4028
$3,500

li 9 9bre 1662. il sig.r Mauritio ha riceuto
in contanti 42 dep. $\frac{1}{2}$ di spagna
alla presenza di sig.r Padre
Giulio Asti Pietro Petiti et il
Giacomo del sig.r Tarino.

in tutto ll. 1 cb cb cb. se pur
non mi equiuoco

VOCABVLARIVS

VTRIVSQVE IVRIS DIFFICILLIMAS QVASQVE VOCES IVXTA RECEPTOS IVRIS interpretes edisserens.

NVNC DEMVM EXACTISSIMA CVRA RECOGNITVS.

Non paucis dictionibus, ac uocabulis elegantissimis hac ultima impressione locupletatus.



VENETIIS,
Apud Franciscum Laurentinum, de Turino,
M D L X.



BREVE

COMPENDIOLVM DE ORTHOGRAPHIA DOMINI ALBERICI DE ROSATE.

VNC *de orthographia de qua aliquid tangitur in Spec.de reſcripti præſentatione.§.patris igitur. 2.col.uerſi.& quoniam ex forma ſcripture aliqua tradam. Circa quã multis modis errare cõtingit, aut quia geminatur litera non geminanda,aut quia non geminatur gemináda. Ad euitationẽ igitur errorũ multorum,ſciendũ eſt quòd quinque ſunt ſigna quibus poſſunt cognoſci,ſcilicet poſitio, deriuatio ſyllabarum naturalis terminatio,& ipſarũ breuiatio ſeu productio.* Ex *poſitione enim inſurgit multiplex uariatio ſcripture,ſcilicet litere geminatio,ut cum ultima litera præpoſitionis ſeu alterius dictionis mutatur in literã dictionis cum qua componitur, ut apporto ſcribitur per geminum pp.quia componitur ex ad & porto. & d.mutatur in p.* Litere *interpoſitio,ut prodeſt componitur a pro, & eſt,ſed interponitur d. cauſa euphonie,* Litere *abiectio, ut traduco cõponitur ex trans & duco ſed abijciuntur n. & s.* Et *litere unius magis quam alterius poſitio,ut comedo componitur ex cum & edo,ſed quia,n,tranſit in m,ſcribitur per m.* Syllabe *quoq; formatio, quia eſt cauſa gemina=*

nationis litere cum additur litera a quâ incipit ſyllaba quæ ſecum adiungitur, ut patet in ſuperlatiuis, in quibus geminatur. ſſ. & ſyllaba ſimus, ut albiſſimus, & in præteritis pluſquam perfectis optatiuorum, ſubiunctiuorum, & infinitiuorum, in quibus geminatur. ſſ. quia formantur a prima perſona præteriti perfecti indicatiui modi adita. ſ. & ſe ut dixiſſe uel duxiſſe, uel per mutationem ultime ſyllabæ in aliam ut patet in datiuo & ablatiuo pluralibus ſecundæ declinationis, quæ formantur ab ablatiuo ſingulari, o, mutata in, s, unde in talibus ſi, i, eſt ante, o, immediate, cauſatur geminatio litere, ut, ſocio ſocij. ſed ſi non prohibetur geminatio, ut domino dominis. cum multis ſimilibus, de quibus perfectæ cognoſcere uolens recurrat ad Priſ. in 7. 8. 9. & 10. libris ubi tractat de formatione nominum & uerborum. Hoc etiam uidetur cauſare deriuatio, ut quia lupus ſcribitur tantum per unum p. lupinus quod eſt eius deriuatiuum non poteſt ſcribi niſi per unum p. & conſules ſcribitur per unum l. quia deriuatur a conſulo lis. quod ſcribitur per unum l. & mundus cum deriuetur a moueor ris, ſcribitur per, o, non per, u, licet al qui dicant quòd o mutuatur in u. cauſa euphonie, & ſcamnum ſcribitur ſine p. quia deriuatur aſcando dis. & quondam ſcribitur per q. quia deriuatur a quodam. nec mirum, quia dictio quæ deriuatur, eſt ſignum certe ſcripture dictionis a qua deriuatur, ut ſicut uelut, non poſſunt ſcribi per d. quia ſicuti ueluti quæ deriuatur ab his ſcribuntur per t. & apud ſcribitur per d. quia ab ipſo deriuatur ad per ſyncopam, & ſimiliter ſcntio ſiti s & ſimilia ſi ſcribuntut per t. quia deriuatiua ab ipſis retinent t. u ſiti mus. Naturalis etiam terminatio ſyllabarum ſimiliter cauſat geminationem literarum, ut abbas ſcribitur per geminum bb. quia nulla ſuperior ſyllaba in ſimplici dictione deſinit in b. niſi ſequens incipiat a. b. Et ſimiliter fit quòd una litera ſæpe magis ponitur pro alia. ut nunquam ſcribitur per n. non per m. quia nulla ſuperior ſyllaba deſinit

n m. niſi ſequens incipiat a litera p. uel b. uel altero m. Et tamen pro regula generali tenendum quòd in ſimplicibus dictionibus nulla ſuperior ſyllaba deſinit in conſonantem niſi ſequens incipiat a conſonante, & ſi ſequens ſyllaba incipit a uocali, oportet quòd præcedens terminetur in uocalem, quia ante conſonantem uel poſt non poteſt fieri geminatio conſonantis, niſi altera illarum fuerit l, uel r. Productio etiam uel breuiatio ſyllabæ ſimiliter uariationem magnam facit in ſcriptura, ut iuppiter ſcribitur per geminum pp. quia cum deriuetur a iuo haberet primam breuem, ſed quia autores poſuerunt primam longam, geminatur pp. unde Ouidius: Iuppiter ex alto &c. Et ideo in obliquis retinet primam breuem, cum in ipſis non ſit pp. ut in Eſopo. Nam Ioue dante trabem &c. & coruſco & eius deriuatiua tantum, per unum ſ. ſcribuntur, quia corripiunt prima ſyllabam, & legitimus ſcribitur ſine p. quia ſi ſcriberetur per p. gi produceretur per poſitionem quæ eſſet pt. & breuiatur per autores, ut per Horatium patet. Legitimumque ſonum digitis callemus & aure. Si autem latius de orthographia cupis habere, recurras ad libellum orthographie magiſtri Bonauenture de Pergamo.

FINIS.

PROEMIVM.

Voniam iuri operam daturum prius noſſe oportet unde nomen iuris deſcendat. ff. de inſti. et principio. Etiam vt ait philoſophus. 1. elencho. qui uirtutes uocabulorum ignorant, de facili paralogizantur. i. decipiuntur. Niſi enim nomen rei ſcieris, cognitio rerum perit. ſecundum Iſido. Turpe etiam uidetur patricio & nobili uiro, & cauſas peroranti eius in quo uerſatur ignorare. ff. de ori. iur. l. 2. §. mutij auditores. uer. nanque eum dixiſſe. & de here. cum ex iniuncto. 28. diſt. ſedulo. Ex quibus omnibus habere quod nemo debet, ignorare ſcientiam in qua uerſatur. Quod attendens legislator Vlpianus dicit. Bene eſt priuſquam ad uerborum interpretationem perueniamus pauca de ipſius ſignificatione tituli referre ff. ſi cert. peta. l. 1. idcirco quorundam terminorum qui in iure utroque maxime frequentantur. neceſſarium fore duxi deſcriptiones & ſignificationes clarius exponere tam ex ſummis Azo. & Gof. quàm aliunde collectorum propter iuuenes maxime iuris utriuſque alumnos. Et hoc breui alphabeti ordine ut eo melius memorie commendentur, & tanto citius inueniantur, perſtringendo etiam cum allegationibus in locis ſuis, & in iure modicum perfecti per ignota minime procedentes, his cognitis principijs & terminorum ſignificationibus, acceſſum faciliorem habeant vt vtriuſque iuris notitiam, quia omnium habere memoriam, in nullo penitus errare potius eſt diuinitatis quam humanitatis. C. de vete. iu. enuc. l. 2. §. ſi quid autem. ver. quia omnium. Et not. Par. de reſcri. c. cum adeo. in gl. 1. de confir. vti. vel inut. c. porrecta. in glo. 2. Et ſi lectori aliqua vocabula occurrerint quorum expoſitio non inueniatur, de hoc non miretur, quia nec omnium memoriam potuit occurrere.

DE LITERA A

QVANdo facit ſeparationẽ & quãdo includit. & quãdo excludit. no. Io.an. de præbẽ. c. ſtatutũ li.6.& Arch.de.ele. c.j.eo.li.Et a & ab in ſimili no.Arch.21.diſt. aliter. Et de a in c.potuit.de dolo & contu. Et etiam a & ab denotant ſeparationem. C. de nup.l.a caligato. & ibi per Cy. in gl.3.l. ordinaria.ff. de libe.cau. & ff.de duobus re.l. ſi ex duobus. vbi tex.cum glo.ff. de actio. emp. l.3.§.fi. Item a vel ab eſt dictio ſignificatiua primi termini a quo. ſicut dictio vſque termini ad quẽ. Hic autem terminus a quo, ſignificat excluſiue vel cluſiue. de quo Bar. in l. patronus. ff. de leg. 3. Vnde a vel ab ſignificat excluſiue dicendo in ſtatuto. A pulſu campane de ſero nullus vadat per vicos ſub pena tali. Nam hoc ſtatutum intelligitur pulſata campana. Ideo ſi quis vadat quando pulſatur,non incidit in penam incluſiue ſignificat ibi. A pulſu campane da mane quiſque poteſt domum exire, quia ſtatuens ſic videtur intellexiſſe &c. Et vide plenius de iſtis dictionibus per Ioan. de Ferra. in ſua practica in forma capituli quando teſtes producuntur ad eternam rei memoriam. Adde hic quod aliquando hæc prę poſitio a ponitur pro fine, vt l.j. de leg.2.§. hi quibus. & ibi gl.ſuper verſi. apolides. & gl.in l.quidam decedens in princi. ſuper verbo. alogiſtas. de admi. tuto. & de ędil. edic.l.ſi quis fit fugitiuus.§. apud labeonem.ſuper verbo aſylũ Aliquãdo ponitur cauſatiue.22.q. 2.cõiuges.& c.coniunx.§.ex his. Aliqñ pro ex.vt.ff. de acquirẽ. re. domi.l.adeo.§.quod ſi ex vno. & 16.q.3.poſt quingentos.§.idem ſi de rebus. & c. ſi ſacerdotes. Aliqñ ponitur propter C. ad. l. Falc. de pa.l.j.ibi ad quo id eſt per quem. & l. ſeruo legato. §. 2.ff.de lega. j. Aliquando ſubauditur a iure.vt ff.de re mil.l.militis, ibi militia.i. ſi milita. & de neg.geſt.l. liberto. §.item.ibi ſententia.i. a ſentẽtia. De iſtis dictionibus a vel ab an includant vel excludãt, vide Bar.in l.patronus.§.j.in fi.ff.de leg.3.& an ſeparationem denotent.Bar.in l.meminiſſe.ff.de offic. procon. & in.l.ſi ex duobus.ff.de duob.reis.

DE A ANTE B

Ab aliquando ponitur pro contra.

vt l.commissa.ff.de pub.ibi ab heredibus.l.contra hæredes. Aliquãdo ponitur pro ob.C.si quis impera.male.l.j.ibi ab iniuria id est,ob iniuriam.Aliquando pro per.extra de appella.ab eodem.libr.6.Et differunt a & ab, vt his versibus continetur. Quod facit ab, sed in hoc differre videntur. Ab cum vocari reliquis vult associari. De ab no.ff.de aqua quoti.& esti.l.j.§. estatem.& C.de tempo.appel.l.fi. in prin.& 55.dist.cap.qui parte. & 77.distin.in veteri.35.q.6.ab isto 37.dist.a quibusdam.& per Archi. 32.dist.aliter.

Ab aliquando denotat separationẽ, vt est glo.expressa in ca. statutam de præben.in 6.glo.in l.si ex duobus.in verbo ab altero.ff.de duobus reis.l.& in l.3.§. fi.in versic.a Brundusio.ff.de actio.empt.& vendi.Bald & Alex.de Imo.in l.j.ff.si quis cautio.in 4.col.Ioa.de Imo. & domi.in ca.frequens.in 7. colu. supra gloss.in ver.15.arctatur tempus.de resti.spo. libr.6.cum concor.ibidem positis.

Abbas ante benedictionem appellatur Abbas, secus in episcopo. ita Fely.in c.eam te.de rescrip.col.5. versi.3.restringitur. & ibi quæ sit differentia inter episcopum & abbatem,vide ibidem Fely.

Abbatissa habet dignitatem c.idemnitatibus, de electio.in 6.in. §. vtrum.& l.generali.C.de sacrosan. eccle.Dominic.de sancto. Gemenia. in c.indemnitatibus. Fely.in c.meminimus.de accusa.versi. vlterius quæro.

Abbas habet dignitatem.c. apostolice,de priuileg.in 6.& in clem.si principalis,de rescript.& ibidem Card.i.q.imo.abbas omnibus prælatis post episcopum debet præferri.de quo per Fely.in d.cap.meminimus.eodem versic.

Abbreuiatura dicitur instrumentũ notarij non extensum.Bar.l.chirographis.in princ.in verb.2.no.ff. de admini.tuto.

Abdicatio quid sit vide.l.2.§.& cũ placuisset.ff. de orig. iuris in.l.liber ho.de statu homi.& l. penult. de offi.præsi.& l.abdicatio.de pat. pote.de abdicatione fratrum minorum. not.in clem.exiui de paradiso.de verbo.signifi.

Abditus, id est absconsus.l.j.C.de thesau.lib.10.

Abeat sine h.id est recedat.ff.de in diem addic.l.j.

Abena est corrigia freni.ad sille.l. §.impuberes.

Abesse quandoque dicitur qui in iure non est vt l.3.§.abesse.ff.de dã. infec.Quandoque etiam abesse dicitur qui a tribunali abest. l.non tantum.§.senatus.fideicom.liber. Item abesse vel adesse, & sic siue per d,siue per b, importat absentiam.gl.Bartol.in l.quoties. C.de dignita.libro 12.

Abesse non dicitur res quę casualiter abesse.Barto.in l.quæsitum.§. fina.de lega.3.

Abesse causa republicę dicitur quis quandiu durat officium, & finito officio quandiu redire potuit secundum qualitatem suę personæ, scilicet die recessus vsque ad reditum,si ob commodum suum absuit. Bartol. in l.abesse .ff.qui.ex cau.maio.

Abhinc aliquando ponitur tempo. raliter, & respicit futurum tempus,vt abhinc id est ab hoc tempore in antea.C.de sacros. eccle.l. placet.

Ab hoc,id est posthac. ff.de ori.iur. l.2.§ hunc.

Abominatio appellatur seruitus idolorum, secundum Hieron. in homil.

mil. Largius tamen sumitur in cō muni vsu loquendi pro qualibet returpi & abominabili. Vnde dici tur abominatione popul. extra de cle. egro. c. tua nos. Vel abomina- tio est deo eleemosina facta de ra pina. simonia vel vsur. j. q. j. nō est putanda. 14. q. 5. scriptum est.

Abhorrere aliquando ponitur pro differre. l. si tibi aree. §. sed si puerum. de præscri. verb.

Abijcere est spernere, vt in authen. quibus mod. natur. effic. legi. §. si ergo licentia.

Abire, id est recedere. ut l. j. ff. de in diem addic.

Abiudicare & adiudicare differunt. Nam abiudicare idem est ꝙ remo uere & abdicare. adiudicare autē, idem est quòd applicare. facit tex. & ibi no. in c. cum venerabilis. in ver. quia vero, ibi, eidem episcopo adiudicauimus, de exce. & in c. auditis, in versi. adiudicantes. de præscrip. & c. cum causa. j. versic. adiudicare curaui. de re iudi. & iu dicatio proprie habet locum in his quæ habent causam. mixtam id est in communibus iudiciis. l. si quis fundum. §. officio. ff. communi diuid. & l. sed & si res in prin. ff. de pub. Aliquādo exponitur adiudicare id est iudicare ad se spectare vide Ioa. Mona. Archid. & doc. in c. abbate sane. in princip. & ibi Domi. de sancto Gemi. in 2. col. in versi. Nota quod procedit conclu sio. cum seq. versic. de re iudi. libr. 6. Quandoque ponitur pro confir mare, vt in cap. qui duas. in fin. de elect. lib. 6. vide Albe. de Rosa. in suo dictio. in versic. adiudicatio.

Abauus est pater proaui vel proauie sicut proauus ē pater aui vel auie.

Abauia est mater proaui, vel proauie sicut proauia mater aui vel auie secundum Isid. 9. li. etymo. & plenius. ff. de gradi. l. iurisconsul. §. quarto gradu. &. §. tertio gradu.

Abauunculus est frater abauie secundum Isid.

Abamita est soror. abaui. ff. de gradi l. prælle. §. auunculus.

Abmatertera est soror abauie. De his terminis vide insti. de gra. §. tertio gradu.

Abnepos est filius nepotis, sicut nepos filius. filii vel filie secundum Isido. libro etymo.

Abnepotis est filia nepotis vel neptis sicut neptis filii vel filie filia. secū dum Isid. vbi supra.

Abigere est a se expellere, uel crimē abigeatus exurcere, ut sequitur.

Abactor secundum Isid. li. 10. etym. est fur iumentorum, vel pecudum quem vulgo vocamus abigeum. Nam abigeus est qui crimen abigeatus committit, & proprie ille qui pecora alicuius a pascuis & armentis subducit abigendi stu dio, hanc artem exercens vt per aliquod signum, quod facit ipsa animalia fugiant separentur, & dispergantur, & ea sic recipiat scilicet cum pāno rubeo vel alias oues quasdam a nemo fugando vtilius accipiat & depredetur. Et est abigeatus crimen capitale. C. de abig. l. vnica. Et maximus orator apud grecos Demosthenes dif ferentiam ponit inter furē & abigeum, dicens quòd ille qui unā so lam pecudem furripit, fur est, & vt fur cohercebitur, sed qui totū gregē subtrahit, abigeus est & crimine abigeatus tenebit. Et siue inscri ptione recipitur hmōi criminis ac cusatio vt d. l. vnica. C. de abige.

Ab intestato. i. sine testamento. insti. de hære. quæ ab intesta. defe. in rubro & nigro.

Abduci est a veritate separari. vnde apostolus. Nolite abduci doctrinis variis

varijs & extraneis 11. dist. nolite & ad Heb.c.14.

Abolitio est accusationis īstitute perē ptio vel absolutio, qua quis nomē alicuius accusauit. cū omni inscriptione iam facta in totū aboletur, remissa necessitate accusandi,& habet impetrare a principe vel a iudice ab illo.s.qui aliquā accusationē instituerat ea se inscripserat,talis enim circa infamiā desistere nō pōt nisi absolutionem impetrauerit.Sed quādo talis impetrat quòd desistat,& quòd illud quod per accusationē inchoatū erat, deleatur, rite fit. Et est duplex abolitio.s.generalis & specialis. De generali habetur.C.de abo.genera.l.vlti & ff. de aboli.l.abolitio.Et per hanc exi mitur reus quod nō incidit in turpillianum si nō deserat accusatum ff.de abol.cri.l.si interueniente. Et si intra triginta dies post abolitionem generalē causa præposita non potest probari ad eā redire non potest.C.de aboli.generali.l.j.

Abortiuus est puer vel alter fetus ante debitum tempus natus, & ideo sic dicitur ꝙ non oriatur sed aboriatur & excidatur secundū Isid.li. 10. Et mulier quæ sic aboritur dicitur homicida occasionaliter 31. qō. 2.quod vero,& c.moyses.87.di stin.si expositus. Et paulus nominat se abortiuum.j. ad Timo j. & 23.q.6.in præsenti.de celebra. missa.c.cū marthe.versi. sane.alias nō est homicida qui abortiuum procreat antequàm animā accepit corpori infusam vt est embrio 30. qō. 2.c.quod vero nō formatum extra de homi.c. si aliquis nec talis contrahit irregulariter quo ad promotionē nisi interficiat hominē iā animatū,de homi.c.sicut ex literarū.

Ab patruus est frater abaui vel abauie,vt insti.de gra.cog.§.6.gradu.

Ab re id est sine causa, vt habetur in l.si quis seruo alieno.C. de furt. & l.consentaneum.C.quomo. & quā do iudex senten.&c.

Ablatiuus casus aliquando resoluitur in accusatiuum & præpositionem propter,vt mandato.id est propter ff.manda.l.si mandato.§.fi.& l.dotem ferro.§.eam rem.de publ. Ali quando in accusatiuum & præpositionem in.vt quiete.i.inquietē. C. de primice.l. j. lib.12. Itē ablatiui absoluti in contractibus non dispo nunt sed resoluuntur, patet. quia agi non potest, ita no. Bar. & Bal. in l.j.C. quando lic. ab empti. dis. facit.l.euictis agris.ff.de vsu.l.euicta re.euic.l.acceptis.ad l.falc. Idē in vltimis voluntatibus l. a testato re.vbi Bart.& alij.ff. de conditi. & demon.nisi verba referantur ad eū quem testator potest grauare l. fideicom.§.cum essent.cum vbi plenius Bar.ff. de leg.3. & ibi late per d.Iaso. Item adde quòd aliquando ablatiui absoluti nihil important, vt est tex.in l.j.§. posthumus ī versi.sed si extraneum.iuncte gl. ī verbo filio præcedente. & l. adoptare ff.de adopt.Item etiam adde quòd ablatiui absoluti faciunt conditionem expressam, secundum Bart.in l.j.vlti.col.ff.de condi.& demon.

Absolui dicitur creditor cum sibi soluitur.l.& in contraria.ff.de vsufru.

Absoluere id est reconciliare 11. q. 3. euidenter.

Absoluta dicuntur lecta & a partibus approbata, vel absoluta subscripta.sic exponitur institu.de cōtrahen.emp.§.j.& pro hoc.C. de fide instr.l.contractus.

Absolute exponitur,id est ex toto,extra de regula. c. beneficium lib.6. vel absolute, id est præcise. extra de hære.c.cōtra christianos.lib. 6. & ī authen.vt fratrum filii.§.i. Ali quando

quando exponitur absolute, id est libere. vt in authenti. de man. prin. §. sed neque.

Absoluo, id est absolutum esse ostendo. 24. q. §. audiuimus. de iureiuran. c. 2. & gl. in c. ex diligenti. de fimo. quæ exponit absoluimus. i. absolutum ostendimus.

Abrogare est destruere vel delere in toto. vnde dicitur lex abrogata, quando in toto est sublata vel destructa. Sed derogatur ei quãdo in parte tollitur vel ei detrahitur. ff. de ver. sig. l derogatur. Et etiã abrogare ĩterdum est addere aliquid. & septem de causis aliquid abrogatur, vt no. distin. 4. §. hoc & si legibus. Primo contraria consuetudine, vt no. in c. erit autem lex. 4. distin. & ff. de leg. & senatusconsul. l. de quibus. Secundo contraria constitutione dist. 31. ante triennium. Tertio cansæ cessatione. distin. 56. c. neophitus. Quarto locorum varietate. distin. 31. aliter. Quinto nimio rigore canonis 24. dist. fraternitatis. Sexto si precibus occasione malignandi habeat 16. q. j. legi. Septimo propter malum inde sequẽs, distin. 58. verum. Sed an abrogata lex possit allegari, vide gl. in versic. quicunque c. nouit. extra de iudi. Et qualiter popul⁹ possit abrogare canonem quem condere non potest. Solutio. Per expressum consensum papæ. de præben. c. cum iã dudum. vel dicitur consuetudo rationalis præscripta quæ etiam tollit. de consue. c. fin. etiam sine scien tia principis, quia difficile esset eũ omnes consuetudines scire, vt in glo. in versic. abrõgare. c. in istis. distin. 4.

Abruptum, id est turpiter acquisitum vel aliter vt. ff. qua. re. ac. non da. l. j. §. si manumisero.

Absentia est quintuplex, & quando quis obtentu absentie in integ. restituatur vide gl. l. fi. ff. de in integ. resti. Item absentiarum alia necessaria, alia probabilis, alia honesta si ue voluntaria. Necessaria vt causa reipublicæ vel demandato principis proficiscenti subuenitur per in integ. resti. ff. ex quib. cau. maio. l. j. & l. necnon. Absentia probabilis vt causa studiorum vel mercature, vel volũtaria, vel peregrinationis, si procuratorẽ non dimisit absens, nõ ita facile subuenitur ei. vt l. nec non præalleg. Sed absens contumaciter nõ auditur. vt C. quorum appel. non reci. l. j. Absens proprie dicitur qui est extra prouinciam. vt C. de bo au. iudi. pos. l. fi. §. vlti. Tamen quãdoq; accipitur pro eo qui præsens nõ est eo loco vbi petitur ff. de verbo. sig. l. absens. Vnde absens multis capitur modis. Primo ille dicitur absens qui alium audire & intelligere non potest. si capitur ibi cum dicitur, stipulatio non potest fieri inter absentes. instit. de inuti. stipu. §. item verborum. Secũdo absens dicitur qui non est in eadem prouincia. vt C. de longi tempo. præscri. l. fi. Tertio absens dicitur vt hic sequitur testium productio nõ põt fieri parte absente si velit adesse. Et sic dicitur absens qui non videt producere vel iurare testes, vt l. si quãdo. C. de testi. Quarto absens est qui non est in domo seu respectu cuius nuntiandum est nouum opus. ff. de no. oper. nuntia. l. de pupillo. §. si quis. Quinto dicitur ille absens qui faciliter non potest inueniri, vt quia presente principali fideiussor nõ põt conueniri, & ita absente põt cõueniri. C. de fideiusso. & man. auth. præsente. Sic ẽt accipitur in l. præsens. ff. de procur. vbi dicitur. Præsens est qui in hortis est. i. qui faciliter põt inueniri

niri. Sexto absens dicitur qui ad lucrandas distributiones materiales præsentiarum abest, scilicet qui nõ est in choro hora determinata, & ita licet sit in ecclesia, tamẽ extra chorum in certis horis dicitur absens. Absentẽ eẽ aliud est quàm haberi pro absente. Bart. in l. si maritus. §. j. ff. de adul. & quæ absentia ꝑdest Bar. ibidem & qnæ absentia iuuet absentem aduersus gesta cõtra eũ. Bar. in l. absentẽ. C. de ꝑcu.

Absolutio differt a reuocatione: nã absolutio fit'a sententia excommunicationis, suspensionis vel interdicti iuxta formam ecclesiæ cũ baculo dicendo psalmum. Miserere & Deprofundis. & fit cum solennitate. Sed reuocatio est sentẽtia verbalis sine solennitate. Etiam absolutio fit si excõmunicatio tenuit, & si nõ tenuit, fit reuocatio. Item absolutio reddit quod excommunicatio intulit, prẽterquam fructus quos excommunicatus iuste perdidit, quia per absolutionem tales non recuperat, vt in authẽ. vt cum de appel. cogan. §. generaliter. ver. si vero post. col. 8. Et absolutio est falsa causa super nota impetrata non tenet, & est nulla vt notatur ca. quod super his. de fide inst. Et licet excõmunicatio sit lata ex falsa causa, semper tamen timenda ex. 11. quæst. 3. c. j. & de offi. ordi. ex parte. in gl. Et an pecunia possit peti vel dari pro absolutione, vide de si. non. ad aures. & cap. dilectus. & j. quæst. j. nullus episcop.

Absque est priuatiuũ, vt in l. minus. C. de acqui. pos. & quando ponitur exclusiue, & quãdo inclusiue, not. Archi. de procura. qui generaliter. lib. 6. Adde quod ista dictio negat & maxime impositionibus & articulis. Barto. in l. inter stipulantem ff. de verbo. oblig.

DE A ANTE C.

Ac aliquando ponitur pro id est, vt de sacr. san. eccle. l. decernimus. in prin. Aliquando ponitur copulatiue. C. de summa trin. l. nullus. in fi. Aliquando similitudinarie. in cle. j. de iud. & habetur de hac dictione extra de testi. c. significauerũt. extra de probatio. c. licet. in prin. C. de rei vendi. l. quoties cũ simil. Aliquando ponitur pro sicut. inst. quibus non est per. §. ex hoc. in fi. Aliquando pro sic. ff. de acqui. re. domi. l qua rõne. §. literæ. Aliquando abijcitur & pro nihilo ponitur instit. de ruto. §. est aũt. ibi, vis ac potestas exponitur, id est violenta potestas. Aliquando pro sed. C. ad l. Iul. maie. l. j. Aliquando ponitur proinde. ff. loca. l. quæro.

Acetum non continetur appellatione vini. ff. de vi. & oleo le. l. si quis vinum. Bartol. in l. prima de erog. mili. anno. lib. 12. C.

Acceptare est frequenter accipere, vel per acceptilationẽ liberare. ff. de pact. l. tale. §. post diuisionem.

Accipere aliquando capitur pro recipere in authen. de depo. & denun. circa prin. col. 6 Aliquando accipere exponitur, id est retinere, ibi. Noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuã. 27. q. 2. Accipere vel recipere dicitur quis vere vel interpretatiue, vt not. in gloss. l. postulante. in fin. ff. ad trebel.

Accipere non inducit dominij translationem de necessitate. Bartol. in l. naturalis. §. & si quidẽ. ff. de præscript. verbo.

Accipiens positum in substitutione est verbum directum. Bartol. in lege centurio. ff. de vulga. & pupilla. substitu.

Acceptilatio est liberatio per mutuã interpretationem qua vtriusque contingit ab eodem nexu absolu-

tio,id est dissolutio.ff.eo. titu.pluribus.& l j.Vnde acceptifero acceptituli acceptilatum verbum cõpositum a quo venit acceptilatio, id est imaginaria solutio, quæ simulat debitorem suum sibi soluisse quod non soluit,idque animo facit remittendi, quia illa verba dicendo, quicquid tibi per stipulationem promisi, vel ex stipulatu debui, habes ne acceptum? & tu respondeas, habeo acceptumque fero, quasi dicas, perinde habeo ac si accepissem a te per veram solutionem. Et sic sicut vera solutione liberatus esses, ita hæc acceptilatione liberaris.vt C.eod.titu. l j.in glos.2.Item acceptilatio inutilis dicitur ratione inepte conceptionis, vt tractatur.ff.eod.titu.l.an inutilis.in glos.l j.

Accepto ferri id est approbari.C.de suscep.& arca.l.securitatis.lib.10. & de apo.pu.l.2.

Accessio dicitur aliquid adiacens alteri,vel omne id quod est accessorium & necessarium principali.vt capistrum equo, vel vestis seruo. vt ff.deposi.l.i.§.quæ depositis.Si enim seruum emeris, vestem in qua traditur acquiris, & si de ea mentio non sit facta. Et acceptiones ciuiles vt vsure nõ veniunt in contractu stricti iuris, etiam post litem contesta.C.de condi.indebi. l.i.in glos.& ff.de vsur.l.mora. in glos.in verbo difficilius.& in cap. cum venerabilis.de excep.

Accessorium idem est quod accessio, & sequitur naturam sui principalis.instit.de re.diui.§.quòd sic partim.ff.si quis cau.l.si eum.§.qui in iuriarum.&in regula accessoriũ de reg.iur.lib.6.Et quãdo accessoriũ venit officio iudicis mercenario, tunc sublato principali tollitur & accessorium. C.deposi.l.4. Secus quando accessorium venit officio iudicis nobili.ff.de condi.indeb.l. si.§.lucius.in glo.alias regulariter non tenet accessorium vbi non tenet principale cum saltem non accedat principali, vt in cap.si diligenti.de foro competen.Fallit tamen in casibus.Primo in c.debitores.de iureiur.vbi accessorium scilicet iuramentum de soluendis vsuris factum tenet,principale tamen non, sed obligatione debitoris ad vsuras sublata, quia ad vsuras soluendas nulla est obligatio de iure canonico & ciuili,& tamẽ iuramẽtum factum de his soluẽdis est seruandum. Sed regulariter contrarium intelligitur quando accessorium & principale regulantur eadem ratione, eodem tempore nõ mutato respectu persone. Sed illa non seruantur in promissione & iuramento, quia promissio sit parti, sed iuramentum Deo. & dixit Ludo.de Rom.se consuluisse quòd accessorium etiam pretiosus principali: sibi tñ accedit.ff.de auro & argen.lega.l.& si non sunt.§.proueniamus.& l.cum aurum.§.si.eo. titu.Et facit ad quæstionem.Si lego mulieri vestes quas sibi feci, quòd etiã in legato veniunt ornamenta aurea vel argentea vestiũ.

Acor & mucor sunt vitia vini & panis quando accrescit & mucescit.

Actus est quædam seruitus qua is cui ea debetur, habet ius quod potest per fundum in quo sibi hæc seruitus debetur, ducere iumentum vel vehiculum suũ scilicet vt non solum possit ambulare per se, sed etiam iumẽtum & quadrigam secum ducere.ff.de ser.rustic.prædio.l.i.versic.actus.& l.inter actũ. & insti.e.ti.§.actus.Aliter capitur actus pro operatione, dum dicitur.Actus actiuorũ sunt in patiente

te præ diſpoſito. ſecundo de anima.& j.q.j.per Eſaiã. ſi qua. pau. fec. di.l.j.§.cum arietes. & ff. ad l.Aquil.l.ſi ex plagis. §. tabernarius. de pœ.diſtin.j.quia diuinitatis.& c.medicina.

Acta dicuntur publice ſcripture negociorum quæ in iudicio aguntur, ordinem eorum modum & figuram continentes. Vel etiam ſunt proceſſus ſiue geſta curie, & ſunt communia. C. de iudic.l. vlti.ff. de re iudi.l.actorum verba.& l.Paulus. quæ ſi perdita fuerint, poſſunt probari per teſtes. ff.de fide inſtru.l.emancipatione. nec valent niſi teſtium amminiculo fulciantur. c. cum a nobis. de teſti. Debent ergo ſcribi per perſonam publicam, aut duos viros idoneos capitulo quoniam cõtra. de probatio. vbi acta originalia debent remanere apud ſcriptores. & qui ea temere violauerit, non poteſt poſtmodum ea impugnare capitulo cum olim.de of fi. deleg. Sunt autem acta triplicia.vt.ff.iudic.ſol.l.2. Nam quedã ſunt acta iudicij ordinatiua quæ valent ad ordinationem iudicum. vt eſt libelli oblatio. lit. conteſt. Quædam valent ad veritatis indagationem, & dicuntur indagatiua veritatis, vt depoſitio teſtium, editio inſtrumentorum, & confeſſio partium. Et quædam litis deciſiua, quæ valent ad deciſionem cauſe. de his dicit Iacobus de Aret. in d.l.2.ff.iudi.ſol.quòd acta a iudice præſumũtur omnia rite celebrata de elec. bone.j. de renuntia.c.in præſentia. Item acta facta coram ſacerdote in foro pœnitentiali faciunt fidem coram iudice ſeculari, vt in auth. hoc ius porrectum.C.de ſacroſante.eccl.& C. de epiſ. & cle.l.ſi quis in hoc genus. Et acta quę debent fieri corã iudice ſi fiant coram notario non valent,vt no.in glo.l. fi.C. de lib. cau.& glo.in l. hac conſultiſſima. C.de teſta. Item acta etiam quandoque dicimus locum in quo reſidet iudex inſtructus de cauſa, cognoſcens vbi acta deteguntur, vt quilibet factum ſuum audiat ſeu videat, & ſuum conſequatur meritum, qui locus aliter etiam ius appellantur. de iuſti.& iure l.peu. §.ſi.

Actor eſt qui agit & pulſat alium, rem aliquam ab ipſo petens in iudicio.ff.de iudic.l.in tribus.ff.fin. regum.l. iudicium. Nam in communibus iudiciis quæritur quis actor ſit eſt ergo ille qui ſuo nomine agit.vel qui conſtituitur ad agendum vel defendendum cauſas vniuerſitatis vel alterius.ff.qđ cuiuſque vniuerſi l. item eorum. §. ſi decuriones. Vel dicitur qui conſtituitur a tutore, vel curatore ante lit. conteſt.C.de procura. l.neque tutores.C. de act.a tu.ſeu cura.dam in rub.& in nigro.Et eſt regulare quòd actore non probante reus abſoluitur in l. qui accuſare. C.de eden.vbi dicit tex. Actore enim non probante, qui conuenitur & ſi nihil ipſe præſtiterit, obtineat, glo. Accur.id eſt abſoluatur 6. queſtio. vlti. actor.vt eccleſia benefi.6. noſtrum. & C. de probatio.l.actor. Fallit enim hoc in caſibns ad minus quidecim quibus actore non probante reus nõ abſoluitur hoc caſus vide in gloſ. præallegata capitu.vt noſtrum.& quod actor ſequi debet forũ rei in c.ſi clericus. & c.cum ſit generale de fo. competen.

Actor ciuitatis conſtituitur ſine ſolennitate.quaſi dicat.decretum ſuperioris non exigitur:vel ſi exigitur;

tur,præsumitur interceſsiſſe.quod eſt notabile dictum ſecundū Bart. in l.actor.in 2.col.ff.rem ra.hab.

Actor tutoris debet conſtitui ſolenniter & cum decreto, vt inſtit. de cura. §.fi.& ita dicit glo.in dicta l. acto. ff. rem ratam habe. vbi dicit quòd modus conſtituendi eſt q̄ præcedat mandatum tutoris, & ſequatur decretum iudicis,hoc eſt quod tutoris mandatum interueniat, & quòd ipſe tutor conſtituat actorem cum decreto iudicis. quod probatur per text.in l ſolēt. ff.de tute. vbi tutor dat permittēte iudice.

Actor vniuerſitatis qualiter inſtitua tur vide Abbatem nec in cap.j. de ſent.& re iudi. qui allegat Bart.in d.l.actor.ff.rem ra.hab.& in l.2.C. de iur.lib.x. vide Ioan.de imol.in c.fi.de procura.

Actio ſignificat tripliciter,ſtricte,& latiſſime. Strictе ſignificat ius procedendi quod oritur ex obligatione. Late ſignificat dum ſignificat iuriſdictionem iudicis, & ita nedū ſignificat perſonales,ſed etiam reales actiones. Latiſſime cum etiam ſignificat officium iudicis, & hoc modo querela inoffic. teſtamen. dicitur actio.ff.de legatis j. l.cum filius.in princ.facit l.actionis verbo.ff de verborum ſigni.& l.actionis verbo.ff.de actio.& obligatio. Et hoc verbum actio ſignificat bene ſimul ius & factum, nec eſt inconueniens.

Actio ergo ſignificat officium,id eſt ius proſequendi, licet officium ſit facti & ponatur differentia inter iuriſdictionem & officium. Eſt enim actio ius proſequendi in iudicio quod ſibi debetur iuſtitu. de actio.in princi. Et addunt quidam quod ſuum eſt vel alienum, ita vt illa diffinitio includat omnē actionem tam in rem quam in perſonā, ſed illa diffinitio præmiſſa ſolum comprehendit actionem perſonalem.illud autem quod tuum eſt tibi debetur. Si vero quod non tuū eſt, & quicquid eſt in iudicio debet includi diuerſimode quo petitur & concluditur in actione reali & perſonali, quia in perſonali peto mihi debitū in reali vero actione peto aliquid vt meum, quare hoc verbum actio ſumitur aliter & aliter vt præmiſſum eſt.

Et nota quod hoc verbum debetur quandoque large ſumitur,vt dicitur quicquid in iudicio tibi debetur, id eſt res quam petis vt rem tuam ſine rei vendicatione actione commodati ſiue depoſiti ſecundum Azo.in ſumma tit. de edendo circa principium. Olim dicebatur actio conceptio verborum formata a magiſtratibus.l.2.§.deinde ex his.ff.de orig. iur. vnde dicebatur formula vulgaris. ff. de furtis. l.ſi ſeruus nauem. Hodie autem fit ſine imperatione & cōceptione verborum ſolennium. C.de formu.& impe.act.ſubla.per totum. Nec hodie eſt aliqua differentia inter interdicta & actiones, cum interdictum nihil aliud ſit quam actio prętoria dicitur ergo actio ius ciuile vel prætorium quo debitum in iudicio a te exigere poſſum, vel petere rem mihi reſtitui ſecundum Azo.& Gofre.de iudi. dilecti & eſt actio de iure ciuili. iuſtitu. de iur. nat.gen.& ciui. §. ius autem.& ſecundum canones actio dicitur cauſa.c.Forus.de verbo.ſign. Et ſecundum leges actio debet poni in cauſa, quia nemo ſine actione experitur.ff.de negotiis geſtis. ſi pupilli. in fi.& cap.examinata.de iud.prohibentur tamen attentius vtinis ſubtiles actionum intentiones, vt

in c.

in c.dilecti.de iudic.

Actionum vero quædam sunt in rem & quædam in personam. Actio in rem dicitur vendicatio rei, quando, scilicet dicit aliquis rem de qua agitur esse suam, & aduersarius dicit contrarium. Quando ergo petis rem aliquam vt tuam rei vendicatione, tunc agis actione in rem. Actio vero in personam cum petis ab aduersario aliquid tibi dari vel fieri.

Item actiones quædam bonefidei dicuntur, quædam stricti iuris. Actiones bonefidei dicuntur non ideo quia in eis debetur seruari bona fides, quia etiam bona fides seruatur in actionibus stricti iuris, sed dicuntur bone fidei, ideo quia maxime exuberare debet bona fides inter contrahentes in eis, & vltra id etiam veniunt omnia accessoria & ea de quibus nihil est excogitatum vt in actione empti vel contractu venditi, venit etiam id quod expresse non est actum, videlicet a tempore more qui alteri non reddit illud ad quod tenetur de natura contractus, veniunt damna & interesse quæ debent restitui, & sic in eis multum exuberat officium iudicis pinguius quã in actione stricti iuris. Sunt autem actiones bone fidei. 17. quæ enumerantur institu.de actio.§.actionum.& ponuntur in glo. de exceptio.cap.cum venerabilis. & continentur in his versibus. Empti cõducti, mandati, depositique Pignora, ciscunde, communi, pro socioque Dotis, & hæredibus, tutele commoda, gestor. Præscriptis verbis, cum estimatque atque permutat. Iste bone fidei sunt stricti cetere iuris. Alie vero dicũtur actiones stricti iuris, vt actio ex mutua, ex stipulatu, ex arbitrio, & consimiles. Et isti non venit accessorium, nec ea de quibus non est cogitatum, vt no. Bar. in gl. præalle. Nec in his a tempore more qui alteri non redit illud ad quod tenetur de natura contractus, veniunt damna & interesse quæ dicuntur restitui. Item actionum realium alie cõpetunt pro rebus corporeis & sic habet locum rei vendicatio. Alie pro incorporalibus & pro seruitutibus acquirendis seruiendi & defendendi, & sic competunt due actiones, quarũ vna vocatur confessoria, alia negatoria.

Item not. quòd actiones personales vsq; ad metas. 30. annorum extenduntur, vt C. de const. pecu. l. 2. & ibi no. tex. quòd possibile est omnes res. in pecuniam conuerti. C. de præscri. 30. annorum. l. sicut in rem. reales autem vsque ad metas 40. annorum. vt C. si ven. pig. agatur l. j. & in glos. de vtroque casu. Est ergo (vt clarius dicatur) actio realis quæ obligatum eum contra quem dirigitur, non supponit. Sed ideo competit, quia quis contendit restituere contra quæ talis actio dirigitur verbi gratia. Intrasti domum meam violenter, ego peto possessione meam quam occupas, tu nullo iure mihi obligatus es, nec aliquid mihi promisisti, nec tecum contraxi, sed tantum te conuenio, quia res mea apud te est. Sed personalis actio præsupponit debitorem contra quem dirigitur, obligatum esse contractu vel maleficio, seu ex variis causarũ figuris. Et ista datur etiã ad rem sed præsupponit obligationem persone, vt vendidisti mihi librum, vel locasti mihi domum, tu mihi obligaris ex contractu licet agam ad rem, scilicet librum vel domum.

Actionum alie ſunt particulares, aliæ vniuerſales. Particulares dicuntur quæ dantur ad res particulares vel ſingulares,non autem ad id quod eſt vniuerſum vel generale, vt ſi peto veſtem,& ago rei vendicatione,vel alia actione particulari, ſeu peto decem quæ tibi mutuaui, & harum actionum alię dicuntur reales,vt quia competunt ad rem, & non dicunt perſonam obligatam. Alique vero dicuntur perſonales, quia non ad rem, ſed in perſonam diriguntur vt ſi ago exempto vel actione ex mutuo, dico enim perſonam obligatam & non rem nec pecuniam,& proſequere latius, ut inſti.de act.in princ. Actiones vniuerſales dicit Inno. in c.conquærẽtes de offi.ordi.quòd ſunt quatuor quæ omnes competunt pro hęreditate tantum cuius nomine cõprehendetur vniuerſum ius defuncti l.nihil aliud ff.de verb. ſig. & ſunt iſte petitio hæreditatis,familiæ erciſ.actio ex teſtamento, quæ datur pro hęreditate ex trebelliano reſtituẽda,& actio exempto quæ datur quoties tota hæreditas emitur, licet ibi dicat Inno.quod ſunt quatuor,intellige de iſtis de quibus iura faciunt mentionem aperte, ſed multæ aliæ poſſunt dici vniuerſales ad ſimilitudinem harum quatuor,ut quando petitur uilla ſeu caſtrum,vt ſentit idem Inno. in c.cũ ad ſedẽ.de reſti. ſpolia clarius per Bar.in l.j.ff.de eden. Item quando petitur eccleſia cum pertinentijs ſuis,vt eſt glo.in capit. ſignificantibus,de libe. obla. & Innocentius in dicto capitu.cum ad ſedem & in capitu.eam te. de reſcript. Vel dic melius ſecundum Bartol. in d.j.l. ff. de eden. quod actio vniuerſalis poteſt intelligi quando datur ad aliquid quod de ſua ſignificatione multa in ſe vniuerſaliter continet, ſiue ſit vniuerſitas iuris, vt hæreditas vel bono.poſſeſ. ſimile: ſiue ſit vniuerſitas facti vt peculium, de quo tamen dicendum eſt.vt l.quarta.ff.de pe. Actio vero generalis ex eo dicitur vt dicitur in d. cap.conquęrente.de offi.ord. quia competit ad id quod ſub ſe continet plura capitula:non tamen vniuerſum: vt eſt actio negotiorum geſtorum tutele &c. Nam multa potuit habere defunctus quæ non peruenerũt ad filium:ſed continet ſub ſe multa capitula.vt adminiſtrationẽ frumenti, vini,olei & ſimilium, ſecus autem ſi ex ſe & ex proprio ſignificato non continet plura ſeu vniuerſitatem:tunc enim licet petantur plura bona, non tamen dicitur petitio vniuerſalis vel generalis.vide Panormitanum in d.c. ſignificãtibus numero 18.

Actio ad exhibendum datur contra poſſeſſorem,vel aduerſus eum qui dolo malo poſſidet: vt rem exhibeat.i. ſi publicum deducat vt fiat aduerſario copia vendicandi ſecũdum Azonem in ſum.titu. ad exhiben.in princip. Nam exhibere eſt rem in publicum deducere, & vidende tangendeque, & apprehendende rei facultatem prebere, & oſtendere, ut aduerſarius copiam habeat rem ſuam eſſe contendendi, vt cum quis dicit, hæc eſt res mea, quia acta ſeu viſa ab eo ſibi ſua videntur, vt ff.ad exhibendum l.ſecunda.cum ibi not.Et ſi erat inſtrumentum res ipſa exhibenda, debet fieri facultas legendi & etiã deſcribendi ff. quemadmodum teſta.aper.l.prima, & ſecunda §. inſpectio.Et ſic exhibere dicitur proprię quaſi extra ſecretum habere, & ſecundum Placent quaſi extra ſe habere,ſicut redhibere quaſi re-

tro habere dicitur ff.de edil. edi.l. exhibere in princip.

Actio arborum furtim cesarum habet condemnationem aduersum eum qui arbores furtim cedit inscio & inuito domino. Et competit contra ipsum damnum dantem ad duplum damni dati. in quo casu etiam competit huic actio legis Aquiliæ,ita tamẽ vt deducere possit in cõdemnationem quod actor consecutus est altera actione,vt ff. arborum furtim cesa l.j. & appellatione arborum etiam vites continentur ff.de arbo. ceden.l.j.§.arboris. Item continentur hedera, quæ impropriæ dicitur arbor ex interpretatione,& plerunq; arboribus hęret.ff.arborum furtim cesarum l.vitem. & in glo. etiam.& arundo non male dicetur arbor & idem de salicto quando iam radices immisit,vt eadem l.vitem.iuncta glo.

Actio caluisiana est per quam reuocantur ea quæ in fraudem creditorũ patroni libertus alienauit vbi etiam locum habet actio fauiana ff.de iure patro.l. si libertus secundum Placentinum.

Actio fauiana, & pauliana sic dictæ sunt ab autoribus & earum inuentoribus & habent locum quando debitor in fraudem creditoris alienauit ea quæ alienata fuerunt creditori,vt reuocatur ipsa alienatio. Datur etiam actio fauiana patrono ad reuocandũ alienata per libertum vel per debitores in fraudem patroni vel creditoris,in qua veniunt fructus etiam post lit.cõtest.percepti, ut not.ff. si quid in fraudem patro.l.2. & ibi per totũ. Sed pauliana datur propriẹ creditori ad reuocanda alienata in fraudem per debitorem,de qua ff.quæ in frau.credi.l.j.§.fi.& l.hac in fa ctum. In qua etiam veniunt fructus,vt eod.titu. ait prætor.§. per hanc & §.præterea quod intellige iuxta l.fina.§.non solum eod.titu. de quibus ambabus ff. de vsu.l.videamus secundo §. in fauiana. & institut.de actio.§. item si quis in fraudem j.

Actiones ciuiles quę sint, & quot require in Specula.in titu. de actione & exceptione proponen.§.postremo. Et nota quod quandoque distinguitur actio ciuilis contra criminalem, & tũc idem est quod actio intentata pro aliquo interesse quandoq; distinguitur contra prætoriam,& tunc idem est quod actio saphyria directa in re. Prætoria aũt dicitur quę datur officio iudicis,vt infra actiones prętoriæ.

Actio commodati est triplex, scilicet directa vtilis & contraria. Vnde directa competit ei qui rem aliquã commodauit, contra commodatarium ad repetendum ipsam rem, vt eis & eius accessiones restituãtur facto, & expleto vsu propter quem commodatum est ff. commo.lege prima secundum Placen.

Actio commodataria ei cõpetit qui commodatum accepit,in eum qui commodauit & impensas in re cõmodata facta, veluti si egrum seruum curauit, quod nomine cibariorum impendit, non repetit ff. commo.l.in rebus §.possunt cum §.sequen. Actio commodati vtilis, secundum Placentinum competit vbi non est vere commodatũ, sed interpretatiue,vt si amicus ex cõfidentia rem amici ex propria autoritate accepit. Et pone melius exemplum per l.prima §. fin.cum lege secunda & tertia in princip. ff.commo.

Actio confessoria est quæ competit ei quæ dicit se habere ius vel seruitutem

tutem per fundum vicini eundi, vel agendi vel altius ædes ſuas leuandi, vel quancunq; aliam ſeruitutem in rem ipſius etiam inuito eo. hæc autem actio in rẽ dicitur vel realis quia rem tuam corporalem ſcilicet ius eundi per fundum petis quamuis ipſa ſeruitus ſit incorporalis, vt ff. ſi ſer. vend. l. 2. in prin. Et dicitur confeſſoria, quia verbis affirmatiuis conſtituitur, & eius cõtraria verbis negatiuis proponitur quę dicitur actio negatoria ſecundum Pla. ff. ſi ſer. vend. l. ſi quando §. cum in domo. & ibi no. Vnde actio negatoria competit ei qui dicit aliquem non habere ius vel ſeruitutem ad aliquid quod facere volebat alter, & ipſum per hanc actionem prohibet, vt quando dominus fundi intẽdat aduerſus te ſolitum ire per fundũ ſuum, dicens. Non eſt tibi ius ire p fundum meum. & hæc actio ſimiliter in rem dicitur, quia dominus fundi vendicat libertatem dum ipſam intendit verbis negatiuis, dicens quod alter non habet ius eũdi vel agendi per fundum ſuũ, nec altius edificãdi ędes ne luminibus ſuis noceat, & ſic p hanc dominus fundi ad hoc agit, vt fundus ſuus declaretur liber, & alter deſiſtat, & prohibeatur ne eum decreto in quietet. ff. ſi ſerui. vendi. l. 2. & l. loci corpus §. competit. & inſtit. de actio. §. econtra. Et actio non competit de dominio, ſed de iure prædiorum, ſicut & confeſſoria vt in prealle. l. 2. in prin. Et licet ſecũdũ Plac. dicatur ideo negatoria, quia verbis negatiuis intentatur, tamẽ contrarium no. in l. 2. §. econtra ſupra alle. Nam quęlibet earum, ſcilicet actio confeſſoria, & negatoria poteſt dari per verba affirmatiua, & ẽt per negatiua. Nõ ergo ſu munt differentiam per formã verborum, ſed differunt ratione materie. Vnde breuiter concludendo ſiue per affirmationem ſiue per negationem dentur, tamẽ in hoc differunt, quia confeſſoria datur ad tuendum ſibi ſeruitutem debitã, & negatoria datur ad tuendam ſibi libertatem ſuam. Et notant docto. exempla in quibus confeſſoria intentatur verbis negatiuis, & negatoria verbis affirmatiuis in c. cum eccleſia ſutrina. de cauſa poſſeſ. & proprieta. ubi bona gloſſ. de his extra de iudi. in cap. examinata. & in d. l. 2. ff. ſi ſerui. uendi.

Actio communi diuidundo inter eos datur qui ſine ſocietate nec ex cauſa hæreditaria aliquid commune habent, ut id diuidatur, ſecundum Placentin. & Azonem, habet ergo locum hęc actio inter eos ad quos res aliqua communis pertinet, non per ſocietatem, nec per hæreditatem, ad hoc quod res illa diuidatur. Item ſi ex contractu ſocietatis res illa ſit communis, habet locum hæc actio. ff. commo. l. prima. Et de iſta actione ff. de iudi. l. in tribus.

Actio conducti competit ei qui conduxit a locante vel a locatore fundum, vel prædium uel domum, & competit ei ad hoc quod liceat ſibi in habitare, uel in uſu habere rem conductam, etiam competit contra locatorem ſi aliquas expenſas vtiles vel neceſſarias ibi fecerit.

Actio directa eſt quando aliquid directe petitur in ius, ut ex commodato uel depoſito, & huiuſmodi.

Actio vtilis eſt quæ datur non ex iure aliquo directo, ſed vtiliter & ex æquitate competit, ut in publiciana & huiuſmodi, ſecundum Placẽ. & Azonẽ. De iſta actione vtili ha-

betur & notatur ff. de nego. geſt. l.actio. & ff.ſi quadrupes pauperiẽ feciſ.dica.l. penulti. Et nota quod actio directa,& vtilis eiuſdem ſunt effectus,vt in l.actio. præallega. & l.differunt. licet ſecundum quoſdam differant,vt no.in l.ex legato C.de lega.& plene per Cynum in l.prima C.de actio.& obliga.unde directa datur ſecundum verba & mentem, & interdictum vnde vi. directum datur tantum cõtra ſpoliantem vel mandantem ſeu ratam habentem ſpoliationem ſuo nomine factam,quia verba, & intentio prętoris hoc uolunt in hoc interdicto, ſed idem interdictum vtile datur ex mente tantum de æquitate quadam nõ virtute verborum. Datur etiam contra eum qui alias ex iuſta cauſa rem poſſidet,non tamen prædictis tribus modis, ſed forte poſſeſſionem vacuam intrauit vel rem in domo ſua inuenit credens eſſe ſuam de quo in cap. cum ad ſedẽ.de reſtit. ſpolia.Et dicit Ange.quod habens ius vtile & intentas directum male libellat,& quando in principio detecta fuit ineptitudo ſuccumbere debet.

Actio depoſiti eſt duplex ſcilicet directa & contraria. Actio depoſiti directa competit depoſitori ad repetendum depoſitum & acceptiones eius, & competit in ſimplum niſi forte res ſint incendio, ruina naufragio depoſite hoc enim caſu qui depoſitum ſic receperit, ſi negauerit & inficietur,& de hoc conuincatur in duplo condemnabitur,hæc probantur ff. depoſi.l.prima §.ait prętor.Sed actio depoſiti contraria competit ei pœnes quẽ res depoſita eſt ad petendum impenſas ſi quas circa rem impenderit,& illas repetit vel damnum datum per ſeruum depoſitum ſecundum Placenti. De illa contraria actione habetur ff.depoſi.l.ſi apud in princip.& l.actione.

Actio de dolo competit mihi quando damnum dolo malo a quouis eſt mihi datum, vel ſi quis aduerſus me uerſetur doloſe conſulendo,vel malitioſe negotia mea adminiſtrando, nec ſupereſt aliqua actio qua poſſim experiri ff.de dolo l.prima.§.verba. ſed non datur niſi duos aureos excedat.hęc autẽ non datur,liberis contra parẽtes. Ratio quia odioſa eſt, & in ea condemnatus, infamis efficitur. Nec datur libertis contra patronos. Nec humili aduerſus eum ſi dignitate excellit,nec plebeio aduerſus conſularem recepte autoritatis, nec luxurioſo vel prodigo aduerſus hominem vite emendatioris. Datur tamen hęc actio in factum contra prædictos, vt ſiant mentio bonæ fidei,& verbis ſic temperandis in cõditione libelli in qua nulla eſt facienda mentio doli. hæc probantur ff. de dolo l. ſi oleum §.ſi cum l. ſeq.

Actio de dolo & furto eorum qui in miniſterio cauponum ſtabulariũ, vel nauem exercent, datur aduerſus ſtabularios & nautas,qui quando officio malorum hominũ utuntur in duplo,ſeu in duplum tenentur,quo dolo uel furtum commiſſum eſt in his rebus quas ſaluas forte recepere ff.nau.caup. ſtab.l. j.& infra act o in factum.

Actio de conſtituta pecunia competit aduerſus eum qui ſine ſtipulatione conſtituit pro ſe vel pro alio ſoluere C.de conſtit. pecu.l.2. Nam conſtituere large dici poſſet quilibet qui pro alio ſe obligat, ſed C.de conſti. pecu. conſtituere ponitur pro eo tantum qui quod alius debet ſe ſoluturum cõſtituit

nec

nec distinguit ex qua causa quis debeat certa vel incerta vel ciuili vel oneraria, dum tamen efficaciter debitū potuerit peti & exigi, vel saltem solutū retineri, ut quia tantum naturale erat debitum.

Actio de in rem uerso datur aduersus dominum vel patrem, si seruus uel filius pecuniam in rem patris uel domini impedit quam mutuo accepit ff. de in rem uerso lege prima in principio.

Actio de tigno iniuncto datur ei cuius tignum edificio alieno iunctū est ab eo qui estimabat suum tignum esse. Si uero sciens alienum is dolose fecerit id, tenetur de tigno immisso & furti & actione ad exhibendum non ꝙ tignum cogatur eximere, sed quod interfit præstare. Et hæc probantur ff. de titu. iniunct. l. j. & ff. de rei uendica. l. in rem §. j. cum ibi notatis.

Actio de rebus ecclesiasticis vendit custodibus earum datur aduersus eos qui sacras res emerunt circa formam nulla eis actio ne relicta contra sacro sanctas ecclesias de pretio quod dederunt repetendo. hęc actio datur in factum cum res in aliam rem est mutata, vt cum ex phiala factus est scyhus. Si vero in forma sua sit rei uendicatio locum habet si alienetur, quod ex lege datur.

Actio de pauperie competit aduersus eum cuius animal damnum dedit cōtra naturam sui generis, uer bi gratia, vt si ęquus non ex loci angustia vel non instigatus calce percutiat, uel bos corrupetat ex naturali feritate. Secus tamen si instigatus vel ex loci angustia dānum dederit in huiusmodi actionis condemnatione uenit damni resartio, aut in solutione venit ex l. 12. tabu. noxe deditio. dominus enim noxali iudicio sui nomine conuentus seruum actorem noxe dedendo liberatur. instit. de noxa. actio. §. & si animalia noxe dedantur, proficiunt reo ad liberationē instit. si qua. pau. fe. di. Et vtrum malit aut soluendo damnum suffe rent, aut alias pro noxa det anima. hoc per eum stat. Et probātur hæc ff. si quadru. pau. fe. dic. l. j. in prin. & insti. eo. ti. §. j. Et noxia significat delictum, sed delinquens vocatur noxa. insti. de noxa. in gl. super verbo noxia. Vnde uersus.

Noxia delictum delinquens noxa vocatur. Et tamen sępe vnum pro reliquo dicitur seu accipitur, ut ibidem dicitur.

Actio de appositō, uel suspenso qualiter est vulgo, cuius casus nocere poterit datur aduersus eum qui in subgrunda, uel protecto habet id appositum vel suspēsum quod nocere potuit cuius cōdemnatio est decem solidorum ff. de his qui deiec. vel effu. l. si vero §. ait prætor.

Actio de effusis & eiectis datur aduersus eum ex cui habitatione uel habitaculo aliquid effusum uel eiectum est contra iter publicum. Vnde damnum datur alicui trāseū ti. & restaurandum est in duplū, & si liber homo inde perijsset dicatur in 50. aureos hæc datur actio. Si uero uiuet, nocitumq; ei esse dicetur, datur ob eam rem quātum videtur iudici ex bono & equo, cōpensatis impēsis factis & operibus quib. est cariturus inutiliter ff. de his qui deie. uel eff. l. j. ī prin.

Actio edilia cōpetit multis modis. Et primo si res vendita sit redhibita propter uitium siue morbū, nec tamen a uenditore restituitur pretium emptori cum actionibus & aliis quæ ediles inhibent, & in hoc casu est perpetua. de hac habe

tur.ff.de edil.edi.l. ediles. in prin. §.j.& fi.& l.illud.ij.respon.& l.redhibitoria.eo.ti.Secundo competit quando fit vt si rēs vendita nō placet, quod reddatur, & tunc est tēporalis vsq; ad 40. dies. vt.ff.eo. ti.l.qđ si nolit.§.si quid ita venerit.Tertio cōpetit si venditor non vult tradere seruum vel mancipiū vel iumentum cū ornamento cum quo ostenderat tpe venditionis ꝓ ipso ornamento,vel vt fiat redhibitio rei principalis propter accessoria,& tunc competit ēt vsq; ad 40. dies.ff.eod.ti.l.ediles. in princ. & §.vendendi.Quarto vero cōpetit. quando eo loco qua iter est vulgo habet quis canem,lupum, vrsum, aprū,verrē,pantherā, leonem,&c. vel animal aliud qđ nocere posset siue sit legatū,siue solutū.ff.eo.ti. l.hi enim & l.seq. Et si homo liber ab illis damnum patiatur seu repererit solidi ducenti præstabuntur, vt l.qua vulgo.ff.eod.titu.sed plenius vide de his Gui. in Spe. in trac. libel. de emp.& ven.§. nunc dicendum est.

Actio de superficie ius rem competit ei qui superficiem habet in alieno solo nemine conducto ad repetendum superficiem si possederat.ff. de superfic.l.1.§.qui superficiem. in fin. & .§. quod autem. versi. & sane.

Actio empti competit emptori ad rem repetendam quam emerat, in qua venit cōmodū quod accessit. Et si quid in speciali pacto comprehenditur. In hac actione attenditur prout quisq; sibi paciscitur.ff. de actio.empt.l. emptor.in prin.& insti.de emp.& vend.§.sed nostra. in fi.huius contraria est actio venditi,quæ competit venditori ad petēdum pretium & interesse & vsuras rempore more,prout inter partes conuentum seu cōtractum est. de ista habetur in l. Iulianus.§.ex vendito.eo.tit. & de emp. & ven. instit.in.§.præalleg. sed nostra.

Actio ex stipulatu nascitur cum de re certa in genere, sed incerta in specie fit stipulatio.vt insti.de verbo.obl.in princ. Nam si res esset simpliciter in certa stipulatio non valeret.ff.eo.ti.l.ita stipulatus. in princ. Est postulatio est concepta, vt cum spondes dare serunm, vel spondes te facturum domum. Et pertinet hæc ad actiones in personam quæ oriuntur ex contractu verborum. Et hæc colliguntur.ff. de actio.l.j.§.j. & l. actionum genera.§.in personā. & insti. de obl. §.fin.& de actio.§.j.& ver.nanque cum si. Et nota quod actio descendens ex stipulatione non habet dilationem anni,sicut actio de dote l.j.§.exactor.C.de rei vxor. act.& §.cum autem.de hoc Bar. in l.si diuortium.ff.de verbo.oblig.

Actiones ex contractu,sicut de actionibus in personam.insti. de actio. §.j. quæ nascuntur ex pacto, siue obligatio surgit ex re, vt conditio certi de numerata pecu. conditio certitudinaria, conditio ob causam, actio commodati,depositi,pignorantia,de quibus omnibus suo loco dicemus,siue etiam consurgit obligatio ex verbis sicut in actione ex stipulatu quando res certa in stipulationibus deducta est. Siue etiam oriatur obligatio ex literis quibus conditio odio desidie datur in eum qui cum spe future numerationis scribit se debere qđ ei non est numeratum. Numeratione autē non sequuta intra biennium non repetit chirographum. Et est introducta & excluſa exceptione non nume.pec.cum minime cogatur soluere quod scripsit se ha-

se habere. Siue etiam oriatur obligatio ex consensu, veluti empti venditi, locati, conducti, pro socio. mandati, præscriptis verb. & actio constitute pecu. necnon actio in factum de iureiurando. Et de his actionibus in proprijs loci secundum ordinem patebit. Et iste sunt species actionum in personã, quæ oriuntur ex contractu, siue re, verbis, literis, aut consensu obligatio oriatur de quibus vide. ff. de actio. & obli. l. 1. & 2. & insti. de obli. §. 1. cum. §. & tit. seq. vsq; ad ti. de obli. quę ex quasi contractu nascun.

Actiones ex quasi contractu sunt de actionibus in personam institu. de acti. §. 1. cum ibi not. quæ neque ex pacto neque ex maleficio oriuntur, sed tamen maiorem habent conuenietiam & affinitatem cum pactis quam cũ maleficiis, & sunt iste scilicet condictio indebiti, condictio libere actionis.

Actio negociorum gestorum, tutele & subsidiaria: communi diuidũdo: finium regundorum familiæ erciscunde: petitio hæreditatis directa & vtilis possessoria fideicommissaria. & actio ex testamento.

De his omnibus. ff. de actio. & obligatio. l. ex maleficiis. §. si quibus absentis &. §. sequen. & institu. de obliga. quę ex quasi contractu nascuntur. cum ibidem not.

Actio de peculio: & quod iussu & de in rem verso actio tributoria: institoria, exercitoria, actio funeraria, ad exhibendum de tigno iuncto. actio in factum, de rei ven. actio de paupere, interdictum quorum bonorum, vti possi. vtrobi. interdictum saluianum. De quibus omnibus require in loco suo.

Actiones vel obligationes ex maleficio sunt actiones in personam. insti. de actio. §. 1. cum ibi notatis. Quibus delicta hominum coercentur, quod publice vtilita. interest. ff. de fideiu. l. si aureo. §. fin. & . ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. cum sim. vt est conditio rei furtiue, actio arborum furtim cæsarum, actio furti, actio vi bonorum rapto. actio legis Aquilię, actio iniuriarum, quod metus causa, de dolo, actio serui corrupti, actio rerum amotarum, conditio ob turpem causam, interdictum, vnde vi, interdictum quod vi aut clam, interdictum de libero homine exhibendo, de vxore ducenda, de liberis exhibendis, interdictum quorum legatorum, interdictum prohibitorium, ne quid in flumine, ripa vel publica, interdictum de itine. actuque pri. de quibus omnibus require in litera l. loco suo.

Actiones vel obligationes ex quasi maleficio sunt actiones in personam. insti. de actio. §. 1. quæ neque ad pacta accedunt neque ad maleficia sunt tamen similiores maleficiis quam pactis, vt actio in factum aduersus iudicem qui litẽ suam fecit, & actio in factum de eiectis & effusis. Et actio in factum de dolo & furto eorum qui ministerium cauponum, aut stabularium, aut nauem exercet. ff. de act. & oblig. l. ex maleficiis. §. si iudex vsque ad finem. & institu. de obligat. quæ ex quasi malefic. nasc. per totum.

Actio exercitoria secundum Azo. in sum. C. eo. ti. datur contrahẽtibus cum magistro nauis propter nauigandi necessitatem contra exercitatorem nauis, qui magistrum naui præposuit, quem equum fuit teneri vt tenetur qui institorẽ tabernę vel negocio ꝑposuit. ff. de exerci. actio. l. j. in prin. Hæc ergo actio non datur contra magistrũ nauis,

sed contra eum quæ magistrum na ui præposuit, scilicet in eam causam in quam præpositus est expres se vel tacite, vt in ea.l.j.§.non autem.&.§.igitur præpositio. Est autem magister cui totius nauis anchora & cura mãdata est.l.j.§.ma gistrũ natis.ff.eo.qui vulgari lombardorum & prouincialium comi tus dicitur: & in theutonico & in almanico syermam dicitur. Nec di stinguitur an iste magister sit liber vel seruus maior vel minor. Et sibi imputatur quæ eum propo suit, vt.l.j.præallegata.§.cuius autem conditionis. Sed exercitor di citur is ad quem obuentiones quo tidiane, aut redditus quęstus & vti litates nauis perueniunt & pertinẽt, vt ea.l.j.§.exercitore. siue vetus dñs nauis sit. siue a domino na uem conduxerit ad tempus vel in perpetuum, vt dicitur ibidem.

Actio estimatoria vel extimatoria. i. actio præscrip. verb. sic cognominata est actio, quæ estimatio proponitur gratia dubitationis tollen de quando res estimata vendenda datur Dubitandum enim est an ex vendito sit actio, an ex locato, an est conducto, an mandati vt si rem meam tibi do: & estimo tibi eam decem: vt aut rem aut decem reddas, si vero plus vendas tuum sit. vt not.ff.de esti. actio.in rubro. & l.prima instit. de actioni.§. actionum autem.

Actio ex testamento non solum scripto hæredi competit ad petendum hæreditatem, sed etiam contra hæredem scriptum a legatariis & fideicommissariis. C. cõmu. delega. & fideicommiss.l.j. Et sapit naturã actionis bonæ fidei.l.in minorem C.ex quib.cau.in integ.rest.nõ est necessa. Tamen dicit Bar. quod re vera est stricti iuris, cum non numeretur inter actiones bonæ fidei. in.§.actionum. insti.de acti.vt no. l.hui usmodi.§.edes.ff.de lega.j.

Actio familiæ herciscunde inter eos competit qui communem habent hæreditatem diuidendam.ff.famil. herciscun.l.j.& ij. Et dicitur actio familiæ herciscunde, idest hæreditatis vel substantię diuidendę secundum Azon. in sum. vt no.ff. eod. titu.in rubro. Nomen autem familiæ quandoque ponitur pro cognitione vt cum dicitur. Illi sunt de familia priami. Et quandoque pro seruitute & potestate vt cum dicitur paterfamilias, filiusfamilias. Hic autem ponitur pro substantia & hæreditate, vt ff.de verb. signifi.l pronunciatio. §.j. Sed herciscо est verbum græcum idem quod diuido inde herciscunde, idest diuidendæ, vt no. glo.ff. eo. tit. in rubr. Et vtimur hoc verbo sicut reperimus apud antiquos qui gerundia sua pronunciabant in vndo. vt legundo, audiundo. diuidundo, herciscundo. secundum Azo.in summa sua. Et ita etiam hodie dicere possumus familiæ herciscunde pro familiæ herciscunde.

Actio fauiana & pauliana habite sunt supra circa actionem caluisianam.

Actio finium regundorum competit finibus ad distinguendum vel ad iudicandum.ff.eod.tit.l.ij.§.iudici.& l.se.& inter eos agitur qui agros confines habent vel prædia. instit.de actio.§.item finiũ regundorum. & habet locum in rusticis prędiis tantum .ff.eod.titu.l.ij. & non in vrbanis, quia vrbana prædia non sunt confinia, sed vicina, quia parietibus distingui cõsueue re, sed confinia dicimus quæ adeo sunt proxima vt nullus paries in medio interponatur.ff.eod. titu.l.

sed

sed & loci.§ in iudicio.cum ibi no ta.Vrbana prædia dicuntur omnia prædia quæ habent edificia, etiam si sint in villa,quia vrba num prædium non facit locus, sed materia habitandi causa facta.Vnde si in vr be edificium causa non habitandi. sed gratia reponendorũ fructuum fiat,dicetur prædium rusticũ . Sed & horti in edificiis constituti nisi plurium sint redditus, vinearii for te, vel etiam olitorii,continentur. appellatione vrbanorũ prædiorũ ff. de verb.signi.l.vrbana. Rustica autem prædia vocantur agri nõ ha bentes edificia.Et si inter te & me contra quẽ ago finium regũdorũ, via publica vel publicũ iter venit non habet locũ hæc actio,quia cõ finium non intelligitur,secus si ri uus priuatus interuenerit,quia fi nium regundorum agi potest con tra dominum riui.ff.eo. tit.l.j. sed & loci.§. fi. cum.l.seq. & ibi not. Est autem hæc actio duplex, quia in ea vterq; est actor, & vterq; est reus. extra de probatio. ex literis ff.eo.titu.l.iudicium communi diuidundo,familię ercis.& l.inter co hæredes.§.si familiæ.ff.fami. ercis. Item est mixta, quia est in rem & in personam.instit.de act.§.quædã actiones.&.§.item finium regun dorum. Item perpetua est vt.C.eo. l.vlti.&.ff.eo.l. iudicium communi diuidũ.& insti. de actio.§. quædam, quod tamen nõ sic intelligi tur,vt si vicinus meus ampliores fines ei cui vendiderat ostenderit, non possit ille qui emit longo tem pore prescribere,hoc enim falsum est vt.ff.pro empto.l.ij.§.sed & si fundum & l.qui fundum.§. si fun dum.Sed sic oportet intelligi secũ dum Azo. vt esset post x. vel 20. annos locum habeat hæc actio pro finibus terminandis quamuis de meis finibus aliquid præscripseris. Nam & si ab initio sine aliqua prę scriptione hoc constaret esse tuũ, agere possem vt commodius ter mini imponantur agris.vt ita rixa rum perimatur occasio &c.Si quæ ras quando incipiat currere præ scriptio huic actioni. Respondetur ab eo tẽpore quo incipit posse hęc actio intentari.Et incipit posse in tentari cum fines ceperunt turba ri.& ex eo nascitur hæc actio se cundum Azo. in sum.C. eo titu.

Actio funeraria contra hæredem bo norum vt possessorem datur.ff.de reli.& sump.fune.l.at si quis.§. fi na.& datur ei qui funerauit vt nõ hæres defunctum, sed causa pieta tis,vt dicta.l.at si quis.§.sed inter dum.& . §. si quis. cum ibi nota. Per hanc enim actionem veniunt reficiendæ expense ibidem a fune ratore factę.

Actio furti manifesti secundũ Azo. locum habet quando fur rem te nens visus vel deprehensus fuerit, siue in publico,siue in priuato,vel a domino. vel alio antequam per ueniat ad locum quo perferre rẽ destinauit.Si talis deprahendator vel cum re videatur,& ad eum de prahendendum occurristi ei, licet abiecto furto aufugerit, furti ma nifesti tenetur.l.si quis.j.§.sed cel sus.ff.de fur.nisi surripientis mute tur status,vt tu mihi surripuisti in seruitute manumissus in furto de prehenderis cum re furtiua, vel si tu pertuleris quo destinabas,tene ris furti non manifesti, cum enim deprahenderis cũ re furtiua priusquam eo loco pertuleris quo desti naueras illo die manere cũ furto, tũc fur est manifestus.Hæc omnia dicũtur.ff.de fur.& de peni.di.j.c. vulgaris.Vtrum qui partem acer ui frumenti furatur, totius acerui

furtum

furtum faciat, & datur actio furti manifesti in quadruplum institu. de obl.quæ ex delic.§.pœna manifesti.

Actio furti non manifesti competit quandoque prædictis, modis furtum non manifestum probatur ff.eod.tit.l.manifestum. & insti.de obli.quæ ex deli.na.§.nec manifestum,Et etiam si vidisti furtum fieri,re tamen abscondisti cũ furtum faceret ne te occideret,non est manifestum ff. eodem titu. l. si quis in seruitute §. ceterum & datur hæc actio in duplum institu. de obli.quę ex delic. nas.§. pœna manifesti.

Actiones hæreditarie dicuntur quæ transeunt ad hæredes vel contra hæredes secundum Azon. Item quæ ab hæredibus incipiunt vel contra hæredes ff.de acti.& obl.hę reditariarum. Vt autem plene sciatur quæ transeunt ad hæredes vel non, distingue, aut nascitur actio ex maleficio vel quasi,aut ex contractu,vel quasi, prout præsequetur Azo in sum.eo.ti.& secundum Pla.in sum.sua eo.ti.Hæc actiones conueniunt his qui succedunt in ius,& non his qui succedunt in rẽ, vt donatarii vel legatarii.

Actio in factum aduersus iudicem qui litem fecit suã,datur aduersus iudicem qui per imperitiam male iudicauit,& ideo uidetur quasi ex maleficio teneri, & inquantum de ea re equum religioni iudicãtis vi debitur pœnam sustinebit,vt insti. de obliga.quæ ex quasi delic.nasc. in prin.& ff.de va.& extraor. cog. l.fi.Si vero dolo malo indicauit vere est ex maleficio obligatus actione in factũ vel actione de dolo ad omne interesse ei quẽ lesit & infamis est.Item tenetur crimine falsi quod pœnam deportationis vel vltimi supplicij continet. ut ff.ad l. cor.de fal.l.j.§.& qui iudicem & §.ult.ff.de iud.l.filius Item & tenetur crimine concussionis vt C. de concussioni l.vlt.Item ciuiliter potest conueniri ex edicto de calumniatoribus in quadruplum ab eo quem debebat damnare per pecuniamvt ff.de calum.l.j.3.§.illud secundum Azo.probantur hęc C.de iudice qui male iudica l.2.&ibi nota.in gl.fi.iniuncta autẽ.nouo iure ibid.posita & l.si filiusfamilias.ff. de iud.iudex aũt ecclesiasticus male inductus p gratiam vel personaliter,ab executione officij per annum est suspensus, ad estimationẽ partis quam lesit nihilominus condemnamus. Et si durante suspensione se diuinis ingesserit, irregularis est, nec cum eo nisi per sedem apostolicam poterit dispensari.vt in c.cum æterni de re iudi. libro 6.

Actio in factum, de eo quod certo loco dicitur vbi aliquid est promissum dari certo loco,si tamen iudicium illi loco constitui non possit introducta est quædam actio arbitraria,vt possit etiam in alio loco agi.Prętor.n.iniquum esse arbitratur non posse conueniri debitorẽ in alio loco quàm in loco destinato solutioni, & hæc actio arbitraria ex sui natura est stricti iuris in qua habita cõsideratione aliarum actionum stricti iuris quicquid esset omissum deberet haberi omissum,tamẽ in illa venit etiam quicquid æquum & iustum visum fuerit religioni iudicantis, & propter hoc appellatur hæc actio arbitraria irregularis,quia contra naturã aliarum actionum stricti iuris est, & hoc est quod dicit gl.in rubrica ff.de eo quod certo loco, quid sit actio irregularis.

Actio

Actio in factum ex edicto prætoris de alienatione iudicii mutandi causa, facta datur ei in cuius fraudem & illusionem facta est alienatio, & suis hæredibus aduersus eum qui rem alienauit quem ad interesse conuenit quanti interesse actoris coram ordinario vel delegato, de qua Gof. in summa de aliena. iudi. mutan. cau. fac. capi. extra. eod. ti. in glo. Cessat autem hæc actio. secundum Hostien. in sum. extra eodem quando is qui alienauit eandem recuperauit secus in furto. ff. eod. ex hoc §. si quis & deposi. l. j. §. si rem. & de edil. edic. l. quis sit fugitiuus. Idem si res non erat petitoris, vel si mortua est sine culpa nisi si quid actoris interfit ratione quæstus vel accessionum vel expẽsarũ ff. eo. non solum §. pœna. & de noxa actio. electio §. si is. Itẽ si res paratus sit subire vtile iudicium, quod est intelligendũ quando eandem causam promittit se præstaturũ, puta promittit se restituere sub maximo pœna, alias si diceret rem non restituam, quia nec habeo sed quanti intererit tua, vel quanti interit litem iuraueris secus esset, nam & si hoc non offert, tenetur ad idẽ cũ dolo desierit possidere, vt ff. de rei vendi. sinautem §. j. & cum autem, & l. si possessor. & l. is qui dolo.

Actio in factum de dolo & furto eorum quorum ministerio quis cauponem aut nauem vel stabulum exercet datur aduersus eos qui præsunt caupone aut naui, vel stabulo qui quoniam officio malorum hominum vtuntur, in duplo tenẽtur quod dolo aut furto eorum commissum est in his rebus quas saluas fore receperunt ff. nau. cau. stabu. l. prima in princi. & §. idem. põponius & l. & ita §. idem & §. ait enim prætor iuncta l. fin. §. hac autem actione & ff. iur. aduer. nau. cau. stabu. l. prima institu. de obli. quæ ex deli. nas. §. nam executor.

Actio in personam dicitur condictio quando contendis aliquem dare aut facere tibi oportere. Quando vero agis vt restituat tibi res tuas speciale nomen accipit & in dispositio dicitur simpliciter actio psonalis & non condictio. Hoc autem nomen conditio inde descendebat quia olim iudicia erant ordinaria &c. verba, & quæ oportuit condici. i. simul dici vt si quis caderet a syllaba, caderet a tota causa. Sed postea ille solennitates in dissuetudinem abierunt. attamẽ nomen remansit, vt adhuc personales actiones quæ solennibus verbis interprætabantur, conditiones uocentur, & hæc colliguntur institu. de actione §. appellamus. cum ibi nota. & ff. eod. titu. l. actionum genera. Et harum actionũ genera quædam nascuntur ex contractu, quædam ex quasi cõtractu quædam ex maleficio ex quasi male inst. de obli. §. sequens, & de actio §. omnium Require scilicet de oĩb. his supra in verbo actiones ex contractu.

Actio in rem, dicitur vendicatio rei. s. quando dicis rem de qua agitur tuam esse. & aduersarius dicit vel ostendit ipsã rẽ esse suã ff. de act. & obli. l. actionũ genera. & insti. e. ti. §. appellamus præa. Et harũ actionũ alia est directa in rẽ actio. vt rei vẽdicatio actio cõfessoria & negatoria. Alia est actio in rẽ vtilis, quæ sunt actiões de dñio nõ directe, sed vtiles quæ ex equitate dãtur qñq; nõ dñis, vt sunt publiciane quæ ex aduersis causis cõpetũt. Et actio p quam quæritur an actor iurauit, & actio in rẽ de supficie & actio fauiana & pauliana caluisiana, actio in rẽ quæ competit inter dominum

tabule

tabulæ & pictoram. Sunt & aliæ in rem actiones in quibus non de domini, sed de pignore agitur, sicut seruiana & quasi seruiana, de quibus videte loco suo. Et nota ꝙ actio personalis non sequitur fundum. ff. de contrahen. empt. & vidi l. titius. §. lucius titius. ff. ad treb. l. j. §. si hæres. ff. de iudi. l. fideicõ. §. tract. &. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. iij. §. opus. in glo. per Dyn. in l. fi. ff. de no. ope. nun. Itẽ actio ꝑsonalis est ita affixa ossibus creditoris qđ in aliũ trãsferri non põt nisi fictione iuris. ff. de pecu. l. qs ergo.

Actio iniuriarum competit ei qui iniuriam passus est, vt not. instit. de iniuri. in rubri. contra eum qui intulit iniuriam vel inferri procurauit instit. eo. titu. §. non solum & pulsauit. vel verberauit vel famosum carmen ad alterius contumeliã scripsit, vel quoquomodo iniuriam aliquem affecit. instit. eo. tit. §. iniuria. In qua iudex condẽnabit quanti actor iurauit se nolle illam iniuriam sustinuisse, præmissa tamen iudicis taxatione, insti. eo. ti. §. pœna. ff. eo. titu. l. constitutionibus Quidã enim dicunt quod iurare debet potius velle de suo perdidisse tantum vel tantum quí talem iniuriã sustinuisse. Et hoc videtur approbare Hostien. in sum. ti. de iniur. dam. dato. & Spec. eo. ti. Alii dicunt qđ sufficiat eũ iurare sic ꝙ nollet lucrari tm̃ vel tm̃ pro eo qđ talẽ iniuriã sustinere vel sustinuisset. Primũ tamen videtur veris. Et actio iniuriarum ex pacto non nascitur sed ex contumelia l. sed si vnius. §. sed & si pater. ff. eo. ti. vbi tex. inquit. Illa enim iniuriarum actio nõ ex pacto nascitur, sed ex contumelia. & ex bono & æquo est dissimulatione aboletur. Nam si quis iniuriã reliquerit hoc est si statim passus ad animum non reuocauerit, postea ex pœnitentiæ remissam iniuriam non poterit recolere. l. non solum. §. j. ff. de iniur. & neque in hæredem, neque in hæredibus datur. l. iniuriarum. actio. ff. eod. titu.

Actio institoria secundum Azon. datur contra illum qui præposuit aliquem stationi vel negociationi gerende contrahentibus cum præpositio in eã causam in quam prępositus est expressum vel tacite. ff. de inst. ac. l. j. & ij. & l. quicunque. §. non tamen. cum ibi not. & dicitur institoria ad institore præposito, quamuis exercitoria nominetur a præponente. insti. quod cum eo. §. exercitoria. &. §. seq. Nã institor dictus est ex eo quod negocio gerendo instet, nec refert an tabernis sit præpositus, vel cuique alteri negociationi. vt dicta. l. cuicunque. & l. institor. dicitur ille qui tabernis vinis vendendis vel alicui alteri negociationi præpositus est.

Actio legis aquilie duo continet capita vel tria licet vnum non sit in vsu. vt. ff. eodem titu. l. si seruus seruum. §. huius legis. & insti. eodem titu. Primum caput est de seruis occisis vel quadrupedibus quę numero pecudum continentur vt in l. lege aquilia. ff. eodem tit. vbi dicitur de animalibus qui segregatim habentẽ & pascũtur, sicut oues, capre, & eą, muli & boues, & asini, & secundũ Labeonẽ sues, sed non canes. Et lõge minus bestie, vrsi fere, & leones &c. sed elephantes & cameli quasi mixti sunt. Et ideo primo capite eos cõtineri oportet quo casu tanti fit condẽnatio quãti plurimi ipsa res valuit anno præterito, vt in d. l. lege aquilia. ff. eo. ti. & inst. eodem titu. in princi. Secundum

cundum caput quod non est invsu hic non ponitur,quia.ff.eo. l.si seruus in §.prælleg a.ibi dicitur. huius legis secundum quidem caput in dissuetudinem abijt . Sed tertiũ caput huius legis est de eis vulneratis feris bestijs occisis ceteriſq; rebus ruptis vt veste,vase,& similibus. Quo casu quis condemnatur qui damnũ dedit quãti res fuit triginta diebus retro , rei partium & valorem estimando,vt dicta l.si seruus seruum §.3.aũt capite. & inst. eodem §.capite tertio cum §. seq. Et in hac actione si quis damnum se dedisse inficiatur,idest negat cõdemnatur in duplum ff.eodem l.2. §.infra dicitur autem lex aquilia ab aquilio plebis tribuno secundum Isido l. v.qui ipsam in monte Auentino tempore discordie populi & plebis constituit.ff. eod.l.j.& postmodum concordia facta vice legis est habita.

Actio mandati directa competit mãdatori & eius hæredi ff.eod. titu.l. si vero §.fi.& l.si mandato titij.j. responso.& §.j.e contra mandatarium vel procuratorem post mandatum susceptum ff.eo.l.si vero nõ remunerandi §.j. Et inquantum interest id factum esle quod mãdaui puta mandaui vt fundum emeres. si mea intereat emit teneberis post mandatũ susceptũ, tamen si eundẽ fundum ego ipse emo vel alius mihi,neq; interest aliud, cessabit hæc actio feudum Azo.ff.eo.tit.l.si procuratorem §.mandati actio.

Actio mandati contraria competit mandatario ff. eod. titu. l. si vero non remunerandi §.contrario.vel procuratori expensas aduersus mãdatorem quatenus fines non est egressus . Si vero aliquid erogauerit vtiliter in eo non habet, mandati iudicium,sed tm negotiorum gestorum scdm Mar.licet Ioa.& Accur.contra prout legi.& not.insti. eo.tit.§.is qui.& ff. eo.l.si pro recum l.seq.in prin.&C.de neg.gest. l.fi.in gl. vlt. Si vero mandauerim tibi vt mihi fundum emeres,etiam si nondum pretium solueris agesmecum mandati,vt suscipiam obligationem qua teneris venditori. Nam & ego agere possumvt cedas mihi actionem empti.ff. eod. tit.si mandato meo.j.rñ.Competit ergo breuiter actio mandati directa contra illum qui mandatum suscepit adimplendum cum primo cogi nõ posset quod susciperet mandatum quantum interfuit mandatoris factum fuisse quod mandatur. Et rursus ipsi mandatario qui mãdatum suscepit competit actiomandati cõtraria ad impensas si quas fecit ratione mandati suscepit si fines mãdati non excessit,sed si mandatum excessisset expensis factis non repetet ipsas per huiusmodi actionem.

Actio negatoria. Require supra actio confessoria.

Actio negotiorum gestorum duplex est scilicet directa & cõtraria,vnde negotiorũ gestorũ directa est quia agit dns rei geste contra eũ qui negotia eius gessit,vt administrationis rationem reddat.vt puta si ego fui absens & negotia mea ceperũt esse deserta, & male se habeant tu hoc videns absq; mandato a me recepto mei contemplatione ex amicitia quã ad me habes gerebas negotia mea,mihi datur hęc actio negotiorum gestorũ directe , ad hæc vt reddas mihi rationẽ administrationis,vt ff.de nego.gest.l.ij.& institu.de obligat.quæ ex quasi contra.nascuntur §.j.& §.sicut.

Actio negotiorum gestorum contraria competit illi qui sine mandato se immiscuit alienis negotiis gerendis

rendis aduersus dominum negotiorum gestorum ad repetendum expensas negotiorum gestorũ factas. Et veniunt omnia quę expendit de suo necessario vel vtiliter, non tamen voluptuose. & hæc colliguntur ff. eo. tit. l. ij. cũ ibi not.

Actio de peculio vel peculio tenus competit ei cum filiofami. vel seruo peculium habentibus contraxit ff. quod cum eod. l. j. cum seq. Quæ post mortẽ filii vel serui est annalis. & non post emancipationem manumissionem vel alienationẽ ff. quando actio de pe. est annalis. l. ij. §. quãdiu vbi dicitur. Quãdiu filius vel seruus in ptãte est, de peculio actio perpetua est, post mortẽ aũt eius vel post quã emancipatus, manumissus alienatus vel fuerit, temporalis esse incipit, id est annali, & competit hæc actio aduersus dominum vel partem, vt not. ff. de pecu. l. j. §. verba.

Actio noxalis secundum Azon. dicitur actio quæ nascitur vel oritur ex delictis seruorum ff. eod. tit. l. j. & institu. eod. titu. in prin. Et dicitur noxalis a noxia, quod significat ipsum delictum, vel a noxa quod dicitur ipse delinquens. Versus. Noxia delictũ delinquens noxa vocatur.

Actio pignoratitia directa competit debitori cõtra creditorem. insti. qui. mod. re cõtra. obli. §. fi. vel contra eius tutorem vel curatorem si pignora acceperunt ff. eod. tit. l. solutum §. fi. & habet locum soluto debito, & aliter satisfacto quẽadmodũ voluit creditor licet non sit solutum, vt si pignora alia data sunt creditori vt a primis recedat vel fideiussores siue res alias, vel pretiũ, vel ẽt nuda cõuentio sine pretio vel pacto. Quoties enim vult creditor recedere a pignore videtur satisfactũ, si vt ipse velit vel voluit cautũ est, licet in hoc deceptus sit sui facilitate ꝑm Azo. vt ff. eo. ti. l. si rem §. omnis, & l. si necessarias §. sivn⁹. Per hãc ergo actionem debitor repetit expensas si quas fecit in re pignorata obligata. nisi eadẽ res sit ampla & ad modicũ ẽt fuerit alij pignorata quasi in nullo captus sit qui pignorata secundo loco accepit.

Actio pignoratitia contraria datur creditori contra debitorẽ & datur ad multa. Si. n. decipiatur a debitore vel ipsa re, vel eius præposito, quia obliganit ei rẽ alienã vel alij pignoratã, tenebitur ei debitor pignoratitia cõtraria ff. eo. ti. l. tutor §. cõtrariã, iuncta l. si quis in pignore §. fi. & si debitor malitiose versatus sit obligando esvel stannũ pro auro vel argento ff. e. ti. l. j. §. si quis. & in §. prę alleg. l. si quis in pignore ij. rñ. vt si obligauit seruũ per quẽ damnũ datũ est puta furtum vel aliud huiusmodi, & hoc si sciuit tenetur in solidũ, id est in totũ, secus si ignorantur, quia tunc liberabitur noxe deditione. s. dando seruũ pro noxe. In his competit hæc actio secundum Azo. & alios hæc probantur ff. eo. ti. l. si seruus pignori. Itẽ secundũ Azo. agit creditor actione pignoraticia si seruos pignoratos artificijs instruxit, si ceperant imbuti antequã sibi pignorarentur, vel debitori voluntate creditor eos instruxit, Sed si nihil horũ ĩterces sit si qdẽ artificijs necessarijs eos instruxit secundũ Azo. erit actio contraria ff. eod. titu. l. si seruus.

Actio autem pignoratitia vtilis secundum Placẽ. datur ei qui impignorauit rem alienam sine consensu dñi, & postea dñs pignoris factus est ff. eod. ti. l. ff. rem alienã.

ff. de

ff.de pigno.l.i.§.i. & l. si titio. cũ seq.& tam recta quam illa dantur principali & sui hæredibus & contra hęredes creditores, ut potest probare,insti.de perpe.& tempo. actio.§.non autem. & ff. de actio. &oblig.l j.§.creditore & inst.qui mo.re contra.obli.§.fi.

Actio per quam quæritur auctor iurauerit secundum quosdam datur ei quæ cum peteret rem suam, delato sibi iureiurãdo ab aduersario eam suã esse iurauit. Ab eo enim rẽ suam petit actione infactũ qui iurauit suam esse.ff.de iureiu.l.nã postea §.i.& §.si. Si vero rem suã sibi traditam postea admisit,& ille qui detulit iuramentum,eã nactus sit,aduersus eum publiciana competit actio.ff.de public. actio.l. eũ qui.§.si petenti.ubi dicitur. Si mihi petenti rem,iuramentum detuleris iurauerog; rem meã esse competit mihi publiciana aduersus te, tamen quomodo hoc debeat intelligi,ibi notatur plene, & solet iusiurandum referri ei qui detulit.C. de re.credi.l.generaliter. §. omne igitur.&.§.sed iuramento.

Actiones præiudiciales in rem esse dicuntur per quas quæritur an quis liber sit,an libertus, & de partu agnoscendo,vt in §. pręiudiciales insti.de acti.Sed illa per quam quęritur an aliquis sit liber,partim ciuilem causam obtinet partim prętoriã.Ciuilẽ aũt secundũ formã domini qua in ea directe agitur, & prętoriã secundum formã &modũ petendi,quia tuũ a te ipso non ab alio petis possessore.Cetere vero due formam capiunt ex prætoria iurisdictione,& in rẽ dicuntur esse ad instat actionum de seruitute, quia in hac de iure patronatus in rẽ,in illa de proprietatis iure agit &pręiudiciales dicuntur,quia quẽ admodũ exceptiones actionibus opponuntur,& ante.i.q.terminantur.Si aũt quis quęrat quare nõ exceptiones sed actiones dicãtur,illa potest esse causa,quia nõ est exceptio nisi sit actiõis exclusio.Devero præiudiciales nullã actionẽ excludunt,sed non competere dicuntur,& ideo actiones dicũtur & nõ exceptiones.verbi gratia. Pręiudiciales actiones pro tanto dici possunt qp in ipsis tractatur de magno pręiudicio,vel quia questioni morte præiudicant,vt agis cõtra me & aliquid petis,oppono tibi quæstionem status,dicendo quod es fillus meus vel seruus in potestate mea constitutus aut libertus, & sic de cõsimilibus.Et præiudicabit actioni tue contra me mote.Sunt &alie in rem actiones in quibus non dicitur de domino,sed de iure pignoris agitur,vt seruiana & quasi seruiana.Require in loco suo.

Actio præscriptis verbis ex contractibus innominatis descendit, vbi scilicet ciuilis causa subest sufficiens ad actionem introducendam, & cum negocium non cadit in certum & speciale nomen contractus nec causa huiusmodi actionis exprimitur,sed he actions exprimuntur sic,do ut des,faciovt facias,do vt facias, facio vt des. Ex quibus nascitur actio prescriptisverbis nominata,alias ciuilis quãdo mihi aliquid adest vel abest vel abfuturũ est,nec tibi adest,nec affuturũ est. aut mihi non abest,nec tibi adest, aut si nec tibi adsit,nec mihi absit & cesses implere quod cõuenit inter nos ego autem si feci,in subsidiũ intẽtatur actio de dolo. Nam vbi vnus cessat implere quod in se est quod promisit alteri implere, locum habet hæc acrio.

Actiones prætorie quæ sunt & quot,

requi-

require in Speculat.titu. de actio. seu peti.propo.§.postremo. Dicuntur autem prętorię secundum Azonem, quia a prætore sunt inducte. vt institu.de actio.in summa secũdum eundem.

Actio pro socio quæ ex vtraq; parte directa est competit ab vsufructu quem solus alter sociorum percipit, vel si dolum commisit in rebus communibus. Nam locum habet quãdo duo ineunt contractum societatis, ita ꝙ tam lucrum quam damnum inter eos commune est. Et si aliquos sociorum male & dolose versetur, tunc alteri contra eũ datur hæc actio. Est autẽ societas secundum Azonem duorum vel plurium conuentio contracta ob commodiorem vsum, vberiorem quæstum. Quę definitio secundum quod ipse dicit non est in legibus, sed in Marco Tullio reperitur. Cõtrahitur autem societas solo consensu, vt ff.eo.l.qui admittitur, & ad tempus, & ex tempore, & in perpetuum, id est dum viuunt socii, & sub conditione, vt ff.eod.l.i. & C. eod.l.pen. Nascitur aũt hæc actio demũ societate finita, quæ finitur pluribus modis prout sequitur ipse Azo in summa.eodem titulo.

Actio publiciana ex equitate datur & qui rem bona fide emit a nõ domino, & rem sibi traditam bona fide cepit, credens vendentem tempore venditionis & traditionis dominum esse.ff.de publ.sed &si res. §.vltimo. & sufficit, emptori habuisse bonam fidem licet venditor malam fidem habuerit, & callido consilio vẽdiderit. vt ead.l.§.prætor ait.huic autem videtur contradicere authen.C.de prescrip.long. tẽpo.male fidei possessore alienante cessat longi temporis præscriptio. Solutio habetur in glo.in c. Abbate.de iudic.lib. 6. Si ergo talis emptor antequã vsucapiat vel ante completam vsucapionem a possessione cadit petat rem a possessore iure quasi domini. Et appellatur actio publiciana a publicio authore qui eam inuenit. institu.de actio, §. alie. Ad hoc vt author obtineat oportet istum probare iustum titulum, & rem sibi fuisse traditam, & bonam fidem habuisse tempore emptionis & venditionis, & quod præsumitur nisi contrarium probetur, & quia credat modo venditorem vel donatorem tempore contractus dominũ non fuisse alias publiciana non cõpeteret. Permittitur autem tali vẽditione ac si suscepisset vendicare, nisi forteverus dominus possideat vt quidam dicunt, quia exceptio veri dominii publicianam excludit. Si autem post vsucapionem a possessione, cadat, tunc nõ competit publiciana, sed ciuilis actio vel rei vendicatio, secundum quosdã vtilis. secundum quosdam directa. ff.de publicia. l.i. De hac materia vide nota.per Ioan. Andr. de senten. & re iudi. abbate sane.libro sexto in glo.vbi dicitur ꝙ rei vendicatio & publiciana non sunt cõtraria, sed aduersa, cum ad eundem finem tendunt secus cum tendunt ad fines diuersos.

Actio publiciana, rescissoria datur ei cuius res quam a domino emit credens eum dominum vt supra, absens erat causa reipublicę, vel studii, vel peregrinationis vel legationis ciuitatis, vel causa appellationis prosequende. vel testimonii ferẽdi, vel quia in captiuitate fuit, vel alia causa necessaria fuit absens, & talis res cum esset absens vsu capta est. Licet enim propter necessariam absentiam intra annũ post-

postquam reuersus est rescindere vsucapionem, vt dicat aduersariũ nõ vsucepisse qui susceptit per auxiliũ prętoris, hoc auxiliũ sibi datur. Si autẽ vere fuit dominus rei, tunc competit ei vendicatio rescissoria. Si vero res talis erat pignori obligata, cõpetit etiam hypothecaria rescissoria, & hoc in re alibus actionibus. In actione autẽ personali conditio rescissoria. De hac materia vide Guliel. in Spec. de in integ. resti. in tractatu libellorũ, super verbo sed scias, & sequenti glos. prima in verbo dominij vel quasi, circa mediũ in cap. Abbate sane, de regul. iuris lib. vj.

Actio quanti minoris quædam est prætoria, quædam ciuilis. Prætoria locum habet cũ quis emit animal vel seruum morbosum seu vitiosum, qui propter morbum vel vitium minus valet quàm emptus sit, & datur ad petendum id quod minus valet, puta si res non esset vitiosa vel morbrosa valeret viginti, nunc aũt valet quindecim. proponitur hæc actio ad petendum quanti minoris interfit emptoris. Hoc aũt sciens ꝙ devitio nunquã tenetur venditor nisi in tribus casibus. Primus est quando nominatim promisit, & tunc agetur ex stipulatu. Secundus est quando sciebat seruũ haberevitiũ, & emptorẽ non admonuit & tunc tenetur ex emptovel ꝙ redibeatur, vel quòd admittere teneaẽ. Tertio si vitio animi sit amixtũ vitiũ corporis. Datur aũt infra annũ vtilẽ. Sed ciuilis actio quanti minoris competit qñ librũ vel aliã rẽ vitiosam vel morbosum emit ꝓpter quod res minus valet & agitur quanti minoris eẽt empturus. De hac actione nihil dicitur in arbore actionũ sed de prætoria solum. Vide similiter de hac materia in Spec. titu. de emptio. & vendit. §. nunc dicendum versic. est & alia actio.

Actio quod iussu perpetuo datur cõtra patrem vel dominum, quorũ iussu cum filio vel seruo aliquis contraxit, siue videatur iussus ad contrahentem, siue ad seruum. Nec est in ea. opus verbis, aut scriptura, vel vt distinguatur secundum Azonem, an videatur iussus vel iussio specialiter in vno cõtractu, an generaliter. ita quod volens cum seruo meo contrahere, secure possit videor enim omnia iussisse, nisi lex certa, id est cõditio vel pactum contrarium prohibeat. habet ergo locum actio quod iussu, quando dominoviuente vel patre seruus vel filius contraxit, quia hæc dominus vel pater eo quod iussu tenebitur.

Actio quod metus causa, datur ei qui ꝓbabili vel iusto metu coactꝰ rem suam vẽdidit, tradidit, vel ꝓmisit aduersus eum qui metũ intulit. Sed intra annũ erit quadrupli propter contumaciam nolẽtis rem restituere iussu iudicis ante lit. cont. Post annũ vero simpli. vt in l. si cum emptore. j. respõ. & §. post annum ff. quòd metus caus.

Actio rei vendicationis est quando dicis rẽ corpalẽ esse tuã, vt hunc seruũ, hunc equum. hanc vestem. Alia dicit vẽdicatio quã legiste nõ hñt, quæ datur ꝓ re incorpali, vt no. ꝑ doct. in c. examinata. de iud.

Actio rescissoria triplex est, vt supra. de publiciana rescisso.

Actio redhibitoria datur emptori contra venditorẽ, vt seruum, vel animal morbosum recipiat, & pretium restituat & datur intra sex menses vtiles, quia hæc actio tantum sex mensibus durat ff. de edi. edic. l. j. verbi gratia. Si vẽdis mihi

animal morbosum latentē morbū habens, vel aliam rem vitiosam tali vitio quod vitium si sciuissem nullo modo emissem. mihi datur actio contra te ad hoc quod pretium receptum restituas intra sex menses & rem tuam morbidā, vel vitiosam reasiumas. Sed pactum legis commissoriæ habet fieri si vendo rem meam tibi sub illa cōditione. si soluas decem pro eo intra certum terminum, quod si nō solueris fit res inempta & mea sicut prius erat, vide infra lex commissoria.

Actio rerum amotarum cōpetit marito aduersus vxorem de rebus constan. matri. causa diuortij ablatis datur aūt post diuortiū, & continet rei ꝓsecutionē. Sed si pendēte iudicio reintegretur matrimo. soluitur iudiciū rerū amotarū. & si redintegrato matrimo. iterum fiat diuortiū remanebit actio rerū amotarū ob res amotas prioris diuortij causa. Et in quo casu actio fuerit datur cōtra extraneū in eo dē casu actio rerū amotarū locū habet, dūmodo illa concurrant. s. vt res mariti dolo malo amoueantur, & econtra. Itē ꝙ fiat amotio constante mat. vel vt aliquid fiat quod pro amotione habeatur. Itē quod fiat causa diuortij. Datur ēt hæc actio cōtra patrē filio vel filiæ quatenus ex ea re locupletior est factus vel dolo malo eius factū est quominus fieret. De hac materia vide not. per Azo. in summa e. ti.

Actio rei vxor, vel vxoratitie sublata est, in cuius locū subrogata est actio ex stipulatu, quæ datur marito vel eius patri vt dos reddatur. Si enim a datione dos incideret, hęc actio locum nō haberet, licet quidam dicunt contrarium, vt dicit Azon. in sum. eod. titu.

Actio seruiana domino fundi. vel domus competit ad persequendas res conductoris pro mercede domus quasi res pignoratas, quæ quāuis nō cōuentione pignorent, tamē iuris cōstit. obligāt tacite, ꝓ locatione iure pignoris in vrbanus prædijs inuecta & illata, in rusticis vero prædijs fructus tm̄. De hoc vide in §. seruiana. inst. de act.

Actio quasi seruiana quæ etiā hypothecaria dicitur, prętoria est, per quā rē mobilem vel immobilem tibi pignori obligatā quam possidet aliquis, siue sit debitor siue alius, poteris ab eo euocare seu petere, & est actio in rē vtilis, & datur creditori ad ꝓsequendum pignus hypothecarie. id est rē mobilem obligatam. vide de hoc instit. de actione §. quasi seruiana.

Actio serui corrupti competit nō solum aduersus eum cuius hortatu vel consilio seruus corruptus vel deterioratus est, sed etiam contra eum noua lex datur qui solicitauit seruum licet bonos mores eius corrumpere nō potuerit. Hæc autem actio in dubium habet condemnationem. s. quāti deteriorat, est seruus quāti ve res fuerit a seruo sollicitato, & tenetur qui corrumpit: siue ex bono malum siue ex malo deteriorē fecerit. de hoc in l. qui seruo alieno suaserint. C. de fur. vbi casus de hoc.

Actio stricti iuris require supra actio nū vero quædam & excep. in cap. cum venerabilis. vide institut. de actionib. §. sed & stricti iuris.

Actio subsidiaria dicitur: quia in subsidium & auxilium alterius quæ inefficax facta est datur vt si tutor res pupilli alienauerit: vel male administrauerit & ipse tutor & eius hęres sint non soluendo; id est non sufficientes ad soluendum pu

pillo

pillo: datur actio contra illum ad quem res eius alienate sunt.

Actio tutele subsidiaria cõpetit pupillo quando nec tutor, nec hęres soluere habet, contra eum cui iura tradita sunt a pupillo, vt cautionem exigat a tutore de indemnitate pupilli: qñ vel nullam, vel parũ idoneam admisit cautionẽ.

Actio tutele directa datur aduersus tutorem ipsi pupillo inquantum conuenit si tutor in rebus pupillaribus damnum dedit dolo vel culpa ipsi pupillo.

Actio tutele contraria competit tutori aduersus pupillum: si in rem eius aliquid de suo impendit. vel pro eo fideiussit, aut rem propriam impignorauit vel obligauit pro pupillo.

Actio venditi competit venditori ad petendum pretium, & vsuras ex tempore more. Et si aliquid speciali pacto comprehenditur: prout is sibi paciscitur, vel inter pares conuentum est. Et huius contraria ẽ actio ẽpti: quã vide supra

Actio vi bonorum raptorum de rebus mobilibus vi surreptis datur. & cui res mobiles per violentiam sunt ablate: & competit restitutio intra annum ad quadruplũ, ita qđ in quadruplo cõtineatur ei restitutio. Et hæc est vis ablatiua.

Actio hypothecarie. vide supra de action. §. item seruiana. Et hæc actio aduocat nudam possessionẽ. ff. de euictioni. l. si cum venditor. §. primo. dicitur tamen iudicium prætorium &cete. Et tantum de actionibus.

Accipere & capere differunt. Nam qui capit rem suam facit: sed qui accipit non facit suam. Et qualiter intelligatur hoc verbum accipit. vide de acquiren. rerum domi. l. in laqueum. in gl. i. &. 2. & ff. de fur. l. qui vas. in glo. 2. & l. naturali §. turbatio: vbi dicitnr, qui accipit furtum committit.

Accola est qui colit terram non propriam vnde. Accola non propriã: propriam colit incola terram. Et dicitur ab ad & colo: quasi qui ad ueniens colit terram.

Acephalus id est sine capite. ab a qđ est sine, & cephas caput. 24. dist. nulla in authen. de appellation. §. generalem. vide Panormi. in cap. cum ne liceat. in secundo no. quũ de præscriptio.

Accersitus est collectus vocatur vel circa se situs 63. distinctio. quia igitur 13. quæstio. secunda quam præposterum.

Accoliti græce dicuntur ceroferarij, vel accedentes latine. a deportandis cereis quando legendum est euangelium: aut sacrificium offerendum. Tunc enim accedunt luminaria & portãt, licet sol eo. tempore rutilet, ad signum tamen letitie ad demonstrandum vt typo luminis corporalis ostendatur illa lux. De qua Ioan. primo capit. Erat lux vera, &c. vt inquit tex. in cap. clericos, ad fin. 21. distin.

Acrimonia est proprie acerbitas, Sed secundum legistas est pœna quæ infligitur sacrilegis. sicut incarceratio, vel exilij relegatio. C. de sacrosanct. eccle. lege placet. quę est canonizato. 16. quęstion. prima c. placet sub. §. uouarum. ubi etiam dicitur de hoc.

Acommode id est, multum commode de elect. ubi periculum lib. 6.

Accusator est ille qui aliquem corã iudice accusat. Et criminalem sibi mouet quęstionem. Et dicitur. accusator quia ad causam uocat eũ quem appellat. ut in capitulo forus, de uerborum significatione. post medium. Et ibidem dicitur

etiam delator, accusator, denuntiator, Et inquisitor possunt eligi ordinari, & eis præbende conferri. Et accusatio testimonium & ordo pari passu ambulant, vt ij. qõ. 7. cap. ipsi apostoli. in glo. sup verbum esse. Et admittitur ad accusandũ qui in peccato mortali est. Nemo tamẽ sine accusatione dãnari debet.

Accusatores vulgo dicuntur emuli præsumitur enim semper quod accusatio fiat causa inuidiæ. vnde canon vocat accusationem illaudabilem intẽtionem cap. si quis episcopus 2. q. 7. Nec solum videtur esse discordia inter accusatorem & accusatum, sed etiam inter domesticos & amicos vtriusque partis glosſ. j. capit. decetero 2. question. 6.

Actus legitimi dicuntur omnes quacunque iuris scripti parte inuenti. iuris autem scripti partes sunt septem, videlicet lex, plebiscita, senatusconsulta decreta principũ, responsa prudentium & magistratuum edicta, vt institu. de iur. natural. gen. & ciuil. §. constat. & l. ius autem ff. de iustitia & iure. vide de hac materia Dyn. in regul. actus de regu. iuris in 6.

Accurate id est diligenter studiose, curialiter vel composite.

Acccusatiuus demonstrans loquentẽ intelligitur in infinitiuo ex parte eius ff. ad legem aquiliam l. inde neratius §. fin. quia extranea persona nunquam subintelligitur ff. de verb. obliga. l. ita stipulatus §. chrysogonus. Item accusatiuus, quandoque caret regimine de legat. primo l. filiusfamil. §. diui & exponitur ibi eos eorum.

Accursius ideo dicitur, & accurrit cõtra tenebras iuris ciui. vt no. ff. ad trebel. l. facta §. si in danda. in glo.

De a ante d.

Ad ponitur pro iuxta ff. de seruitu' vrbano. prædior. l. quidam hyberus. Bar. in l. militis codicillis ff. de testament. milit. De hac dictione notat Archid. de rescrip. si gratiose lib. 6. & 88. distin. presbyter. Et quomodo differant ad & in vide ff. de iniur. l. item apud labeonem §. cum vitium quod not. pro statutis dicẽtibus quod aliquid fiat ad domum vel in domo.

Adam nouissimus, idest Christus vt in clemen. de sum. trini. cap. j.

Adducere id est, manus inijcere ff. qui sine lib. manu. l. imperator.

Adducor id est, moueor de fideic. lib. l. quidam in testamento §. fi.

Adeptus idest assecutus cum omni iure. de concess'. præbend. c. ne captande lib. vj. & institu. de rerum diu. §. si actio. & deriuatur ab adipiscor, ris ff. de acqui. poss'. l. iij. §. adipiscimur ad hoc in clemen. gratie. de rescri. & insti. per quas personas no. acqui. §. non solum.

Adherentes dicuntur hi qui sponte sunt eiusdem voluntatis cuius est princeps capitulo apostolice de re iudicat. in 6.

Adherentia facit esse eiusdem status eum qui adheret & eum cui adheretur nota. Cardinal. in clement. de religio. do. vbi loquitur de adherentia.

Adhibere, idest conuocare seu citare, vt ff. de adoption. l. nam ita diuus. Aliquando. i. præstare. ff. qui satisda. cogan. l. de die. §. j. aliquando. i. reiterare. j. q. j. p illicitã. Aliquando. i. recipere. seu admittere. ff. de testamen. l. j. & l. seio. & l. repetundarum. & l. pater. & institu. quod fal. tut. in princi. Aliquando exponitur. i. habere. ff. de offi. proconsu. l. nec quicquã §. obseruare.

Ad

Ad instantiam iuste dictiones sonant sicut si diceretur ad petitionem seu preces talis, & hoc not. quia facit ad multa & maxime pro instrumentis,& artis iudicii in quibus dicitur ad instantiam talis promisit,vide Fely.in c.cum M Ferrarien.col.2.ver.no.ii.de consti.

Aditus domus est anterior pars siue introitus ff.de vsufruct.l. si cuius §.sed si odium.

Adiectiuum quando dicatur adiectiue teneri,vel substantiuum adiectiue teneri dicitur quãdo venit ad qualificandũ vel restrigendum vt si dico Petrus albus excludo alio Petro albedinem . Substantiue teneri dicitur quando notat sic esse in substantia , vt si dico Petrus est quid album, non nego in aliis albedinem,licet supponam in isto. Pan.in c. damnamus nume. 4.de sum.trinita.& fi.catho.uer.in glo. inver.nec genita.ibi in ea.gl.ibi teneãtur adiectiue adiectiuum autẽ appositum inter duo substantiua quid importat,vide Bart. in l.cum filio.in fine ff. de legat.j.& si duo adiectiua adiiciantur vni substantiuo,an requiratur vtriusq; concursus Bar. in l. qui concubinam. in prin.ff.de leg.3.vide Alberi.in suo dictio. in verbo adiectiuum.

Additamentum est quod pristinis bonis & postea accedit.ff.de administration.tutorum , lege quoties §. constat,& c.ex quibus causis haben.titu.l.fina.& de cura.l.furi.l. fi.§.quod tali itaque.

Ad iacentes id est confines,in auth. de sanctiss. episcop.§.si autem.

Adiacere, idest cogere C.de ero. mili.anno.actu.libro duodecimo. Ali quando accipitur pro iudicare vel damnare. C.de appellatione l.adiectos.

Adigere id est compellere, ff.de in ius vocan.l. adoptiuum ff.de iur: patro.l.fi.& de election.vbi maius lib.6.vel adigere.i.de domo adducere.36.q.j.lex in fi.

Adolescens proprie dicitur quis quã do excessit pubertatem text. in lege aurelio §. primo de liberta. legat.

Aduerbium quandoque resoluitur, in suum nomen & relatiuum quod &verbum est,ut de acquirend.poss sess.l.j.§.furiosus , hoc aduerbium varie exponitur,idest variis locis. in authen.vt omnes obe.iudi.prouin.§. considerantes item aduerbium tanquam non notat similitudinem,vt in eod.tit.§.si autem ille quidem in glo.

Aduersus .i.contra l. non solum §.final.de iniur. aliquando ponitur in clusiue , vt institut. de vsucapion. §.penul.& de obliga.ex quasi contractu.§.j.

Aduersarius aliquando ponitur pro procuratore vel aduocato,ut ff.de calumnia. l. j. §. sed aduersarius principalis est inimicus extra vt lit.non contesta.capitulo accedẽs el secundo.

Adulatio est blandus sermo. 43. dist. c.vl.ff.si quis ali.test.prohib.l. ult. item adulari dicitur quis trib.modis glo.in c.vnum etiam in fin. in verbo adulte.25.distinctin.

Adulterina scientia dicitur falsa,vt in phe.ff.§.discipuli igitur,& adulterina monet,i.falsa.C.d fa. mo.l.2.

Adinstar. de hac dictione vide C.vn de vi.l.si de possessione, & de episcop. & cler. l. omnia priuilegia. de exercito.l. ultim.ff.de publica. l.eum.qui.§. publiciana C. de liber.exhi.l.si ad instar. & de spon. c.2.& de præben.cap.dudum. circa fin.libr.6.

Aditor idem est quod actor. institut. de curato. §. final. de tute.l.

solet. C. quomodo & quando iudex l.preses quandoque pro scriniario ponitur C.de nume.l.nulli.

Adiutor laborū id est ordo.C.de offi. mag.offi.l.j.

Admodum id est valde ; penultima correpta. ff. quod cuiusque vniuer.l.j.in prin.& C.ne quis in sua causa iud.l.j.de iureiu.c. Romani versic.nos itaque in cle. & decen. ca.grauis. de corpo. viti.c.j. Aliquando profertur accentu acuto, &tunc exponitur admodum.id est necessitatem de vsu.l.item si fundi.in fine.

Adnotare id est reprehendere.ff. solu.matrimo.l.si vero §. de viro.& de lega.2.l.debitor. Aliquando ponitur pro notare ff.de inofficio.testamen.l.cum mater.

Adnotatio dicitur quæ fit proprio, motu principis, vt no.C. de pa.l. non aliter de diue.resc.l.j.& C.de omni agro deser.l.quicunque. Vel annotatio est rescriptum principis paucis adhibitis factum C. de sac. san.l.iubemus.Quandoque dicitur adnotatio actus qui sine testib. expeditur.C.de proba.l. instrumenta in glo.j. Aliquando adnotatio est scriptura facta propria manu principis C.de preci.impe. offer.l.j.

Addico ex ad & dico componitur, & est vendere per licitationem : hoc est in venditione publica:vbi alius alio maius pretium pollicetur. ut sibi potius quam alteri venalia addicantur,& dicitur in diem addictio generaliter quandovendo tibi rem hoc pacto 'quod 'si aliquis in diem talem meliorem conditionē attulerit,si tibi inempta.Et dicitur melior conditio afferri si aliquid prætio sit additum, vel maturior absolutio, aut facilior afferatur, vel locus opportunior soluēdo de prætio adiiciatur,& sic de aliis, vt in tit.ff.de in diem addi. & ibi per Azonem.

Adempta legata dicimus illa quæ testator adimit a legatario cui primo legauerit: mutata prima sua voluntate.

Aderatio dicitur quasi eris punitio, vel aderata prædia dicebantur ex quibus es puniebatur. vt habetur ex le.prima C.de co.rei.mil. & C. de col.don.vel rele.aut transla.seu adera.l.j.l.lib. 10.

Adminicula dicuntur vehementia iudicia.cap.cum dilectus, de succes. ab in test.

Admittere est recipere,ut ff. de inof. test.l.papinianus §.si quis impuberi.vt si dicatur. Iste est admittendus.i.recipiendus.Vel est. incitare ad currendum. Inde admissa eius id est velox.

Adoptiuus filius est quem aliquis adoptat vel accipit datum a patre. Et contra pater adoptiuus est qui filium adoptat. insti.de adop.§.j. & 2.Et sunt damnati hæretici qui dixerunt Christum non proprium se adoptiuum filium dei. 24.q.3. quidam ver.noetitiani.& in c.quidam de celeb.mis.

Adoptio est gratuita quædam electio qua quis aliquem sibi eligit, in filium,& hoc faciunt plerunque hi qui filios habere non possunt ad ipsorum solatium. Et talis qui sic recipitur in filium dicitur adoptiuus quia a patre legitimo sic ei datur.Et ille qui sic eum adoptat dicitur adoptiuus pater. Et quæ sit differentia inter adoptionem, & arrogationem vide infra arrogare. & insti.de ado.in prin. Et imitatur naturā carnalis matrimonii. hinc est quòd per hanc cognationem legalem etiam sacerdos qui naturaliter & de facto pōt generare,potest filium adoptare. Idem de aliquo

eumq; genere valente: vt in l.fi.pa ter ff.de adop.& de hoc vide Pan. plene in c.j.de cogna.lega.

Aduena dicitur eo quod aliunde aduenìat ſecundum Iſidor.libro deci mo etymo.

Aduena dicitur quaſi incola.l. pupillus §.aduena.ff.de verb.ſign. adue ne veniunt appellatione popularium.in authenti.de queſt.

Aduocatus eſt qui alio nomine, quaſi legatus ſeu patronus vocatur qui in forenſibus ſeu extraneis, negotiis præeminentibus præbet litigantibus ſuum patrocinium cu ius precium honorarium vocatur ſub antiquo nomine. Et inde venit verbum aduocare quod eſt poſtulare proponẽte & deſiderium eius coram iudice expone & patrocinium in cauſa præſtare. Et aduocatus non poteſt eſſe notarius in eadem cauſa: vt no.in l.vniuerſas. AC cur.de decur.lib.10.

Aduocatus fiſci dicitur qui patrocinium præſtat in cauſa fiſci.

Aduocatus, id eſt conuictus vel ſententiatus.

Deo id eſt in tantum,media correpta vt de reſcrip.cum adeo.

Adultus dicitur qui.25.annos compleuit,vel qui a 14.annis vſque ad 25.procedit. Nam adolere in uno ſignificato eſt creſcere; in alio cremare vel vrere. Et adoleſcens dicitur tribus modis,vt not. Arch.26. q.6.alligantur.

Adeodatus eſt nomen Dauid prophete qui datus fuit a deo ad liberationem Iſrael.

Adimatur id eſt pro non dolo habeatur C.de iud.lib.l.una.

Adire hæreditatem nihil aliud eſt quam velle eam habere. Nam adire non tam facti eſt quã animi imo in nuda & ſola voluntate conſiſtit. Nam hoc animo debet eſſe vt velit eſſe hęres. Ceterum ſi quid pietatis cauſa fecit: ſi quid cuſtodie cauſa vel aliud non quaſi hæres fecit: ſęd quaſi alio iure appareret eum non pro hærede.geſſiſſe, & ideo ſolent proteſtari liberi qui neceſſarii exiſtunt;non animo heredis ſe gerere quæ gerunt,ſed aut pietatis aut cuſtodie cauſa pro ſuo ut puta patrem ſepeliui vel buſta fecit ei,ſi animo hæredis pro hærede geſſit. Enimuero ſi pietatis cauſa: contrarium eſt.

Ad quid, id eſt quare de cenſibus peruenit.

Adulter dicitur qui nuptias violatus.

Adulterium eſt illicitus coitus cum vxore ſponſa vel aliena perpetratus. Et dicitur adulterium quaſi tranſitus ad alterius thorum vel ad alterum. Illud cor non eſt adulterium quo maritus alicuius, aliam ſolutam cognouit: idem & ſi coniugatam,nam & tunc non in dicatur adulterium quia ab vxore diſcedit: ſed quia cognata eſt vxor alterius. Nam ſecundum Petrũ ad Rauen. maior fit iniuria marito vxorem ſuam adulterare quã ſuum proprium filium occidere.facit text. ſingular. ſecundum eum in leg. codicillis §. matre.ff. de legat. ſecundo. Item ſecundum AZonem in ſumma inter alia crimina eſt, excellentius adulterum & ſtuprum inceſtus, & lenocinium. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo: extra corpus eſt,quia autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Item ex adulterio omnia fere crimina proficiſcuntur, violentia, iniuria homicidum periuriumꝫ, falſa teſtimonia. Sine colloquino enim adulterium non committitur hoc eſt propter enormitatem adulterii nõ

licet de eo tranſigere:licet fiat trã ſactio de aliis criminibus quæ inge runt pœnam ſanguinis: vt C. de tranſactionib.l.tranſigere: & quia lex Iulia de adulteriis & ſtupro: & inceſtu: & lenocinio loquitur, ideo plenius vide loco tuo: verbo lex Iulia &c. Item ſecundum Ludou. de Roma pro adulterio ſtatue ſunt quatuor pœnæ de iure hodierno. Prima eſt ſeparatio thori. Secunda eſt pœna detruſionis in monaſterium:vt ibi lachrymis lauet peccatum quod eſt pudor fateri. Tertia eſt quod ſcinduntur in pannis & capillis ante & retro. Quarta eſt excommunicatio quæ eſt maior omni pœna in iure canonico: licet pœna adulterii de iure ciuili ſit pœna capitis: vt.ff. ad legem Iuliam de adulte.l. coercende ſed Paduę eſt pœna 60. ducatorum.& hoc in viro ſed in muliere eſt pœna detruſionis in clauſtrum vt nota. in lege manci.C. de ſeruis fugiti.

Adulterinus dicitur quę de adulterio conceptus, ſeu genitus eſt:vnde adulterina moneta vel ſigillum dicitur falſa moneta,vel falſum ſigillum ad inſtar uere uel ueri facta vel factum.

DE A ANTE F.

Afficere tria ſignificat. Vnde afficit affirmat punit: cupit hæc tria ſignat. Item dicitur: affectus non ſufficit niſi ſequatur effectus: ubi ex neceſſitate opus eſt facto: ut capitulo ultimo de ſponſali. & de eo qui mitt.in poſſeſſ.c.1.

Affatus ideſt reſcripta quę tarde conceduntur per impetratorem.C.de epiſco.aud.l.4.in glo.C. de diuer. reſcr.l.ſacri affatus.

Affluere ideſt affinentiam habere. C.de meta.l.1.lib.11.

Afficere eſt lucrum afferre de diuor. l. fi. filia.ff.

Affatim ideſt generaliter vel abundanter.& ſic eſt media breuis: ſed media longa ideſt facunde.Vnde ſi dicas affatim tũc ſignificabis abõde.Affatim dicens: facunde ſignificãbis: vt habetur in c.vnico.de religio.do.lib.6. in glo. & 23. diſtin. præterea.

Affinis eſt qui habet conſanguineã alterius in vxorem: vel econtra habet conſanguineum alterius in maritum.

Affinitas eſt proximitas perſonarum ex coitu proueniens omni carens parentela:& hoc de iure canonico & ſic contrahitur & affinitas tam per coitum legitimum quam perfornicarium.Similiter dicit Goffre.affinitas eſt attinentia perſonarum ex copula proueniens. Nam quando vir carnaliter coniũgitur vxori.omnes conſanguinei vxoris efficiuntur affines vero:& econtra ſed inter cognatos vtriuſque nulla naſcitur attinentia. de conſang. & affini.c.quod ſuper his. & impedit matrimonium contrahendum & dirimit iam contractum. Dicuntur autẽ affines quaſi ad alterius fines accedentes: vel affines quaſi propinqui vel ex eo quod due cognationes q̃ inter ſe diuerſe ſunt propter nuptias vel coitum copulantur: & altera ad alterius cognationis finẽ accedit ſecũdum Hoſt. Sed ſecundum leges affinitas eſt irregularitas perſonarum ex nuptiis coniunctarum omni carens parentela:vt C.de nup.l. liberi. Et tamen lecuudum glo.l. contrahitur etiã affinitas per concubinam: vt 35 q.3.C.de inceſtu.& ibi not. ff.de concubi.l.1. Etiã per dictum inceſtuoſum vel fornicariũ: vt in c.diſcretioni.& c.tue de eo qui cognouit conſan.vxo.ſuo.& 35. q.2.

nec

nec eam. Alij tamen reputant absurdum quod tale vinculum legitimum oriatur ex coitu damnato. cũ ex nuptiis proueniat. ff. de gra. l. non facile. §. affines &. §. sciendũ. Oritur tamen publice honestatis iustitia secundnm Goff. in ti. de eo qui cogn. cõsan. vxo. sue. Vbi dicit etiã affinitas per fornicarium coitum contracta non dirimit matrimonium: sed exactionem debiti interdicit: vt in d. c. discretioni. Quot sunt autem genera affinitatis: & qualiter affinitas ipsa genera affinitatis insurgunt: item vsque ad quem gradum in singulis generibus prohibeatur. vide plenius per Hostien. in sum. eo. ti.

Affidare idest fidem dare alicui super aliquo facto. c. super eo. l. 2. de testib. & ibi Abb. in primo no. vide tex. in c. fi. in verbo esse affidadatam. de cogna. spiritua.

Affirmatio exponitur quandoq; per negatiuam. vt in c. veniens. de testibus ubi dicitur. In ore duorum vel trium scilicet & non paucorũ: quandoque econuerso: vt distinctio. infra ius naturale. vbi dicitur transire per agrum alienum non tuum phas est iure autem naturã omnia sunt communia. c. quo iur. 8. distin. adde qđ affirmãtiua prægnans parit negatiuam secundum Bar. in. l. fin. C. de hæred. instituen. Item adde quod affirmatiue deponentibus plus creditur quam negatiue. ff. de arbi. l. diem proferre §. si plures. & ibi glo. & notata etiam per Ioan. Andr. in c. 1. de rescrip. lib. 6.

Affictus pœnes vulgare lombardorũ & thuscanorum secundum Petr. de Sam. & Abbatem dicitur census qui datur ratione prędiorum: prout vide velle in Spec. de locatio. & conduct. §. sequitur. in prin. inde affictare: & est locare ad fictum & ad firmum: vt in c. pisanis de resti. spo.

DE A ANTE G.

Agaso dicitur custos equorum: & idẽ dicitur equitus, proprie tamen agaso dicitur custos vel pastor asinorum: iux. illud Græcistæ Asinorum pastor agaso. & habere. l. agaso. ff. si quadru. pau. fe. di.

Agentes in rebus sunt illi quibus cura euictionum mandatur. & erant olim plures diuerse diuisi per certos numeros. Et quilibet numerus habebat propriũ. C. de offi. magis. of. & tales dicebantur principes.

Agere est generale ad omnia quæ fiũt tam re quam verbis tam inter viuos quam in vltima voluntate. Nã faciens testamentum dicitur agere: sicut & emens: vendens: locans &c. Sed gerere compræhendit tantum illud quod fit re: & non verbis: & sic faciens testamentum nõ dicitur gerere. ff. de verb. signific. l. verba contraxerunt.

Ager appellatur area vel campus in iure: vel locus: scilicet vacuus qui sine villa est: vt in l. ager. ff. de verb. sig. sed ager cum edificio appellatur fundus: vel prædium vrbanum & ager nudus vel area nuda sine edificio dicitur rusticum prædium: vel ager rusticus.

Ager vectigalis: respice infra vectigalis.

Ager emphyteoticus: respice infra emphyteota.

Agon. est certamen, inde agonista: & agoniculus: & est ille qui pugnat vel certat: vt. ff. de mu. & hono. l. fi. §. magistrophori.

Agonete & sunt principes Iudi. vt. ff. de alea. l. prima. §. in eum vbi not. Accu. in glo.

Agricola dicitur quasi agnum vel agros colens, & est nomen commune ad

ne ad omnes agricolas. Sed nomina ſpecialia agricolarum ſunt illa· quia agricolarum quidam ſunt aſcriptitii : quidam cenſiti . alij perpetui:aliqui coloni:aliqui conditionales alii in lini . alii originarii : alii ſimpliciter coloni nuncupatur de quibus omnibus infra locis ſuis dicetur.

Agricole & cenſiti prout quidam dicunt ſunt duo nomina ſubſtantiua per endiadim talem figuram copulata: vt ſit ſenſus de agricolis & cẽſitis.i. de agricolis cenſitis quaſi cenſualibus. & habere ſimile.ff.de tuto.l.1. vbi dicitur quod tutela eſt vis & poteſtas: & exponitur ideſt violenta poteſtas: ita exponatur agricole & cenſiti . ideſt agricole cenſuales . Vnde ver.Veteris endiade ſi dixeris. Arma virum que ideſt armatum uirum . ſecundum Virgilium & Greciſtam. Dicuntur autem quaſi cenſibus aſcripti.Et conſtituũtur eo modo quo aſcriptitij.Veruntamen inter cenſitum & aſcriptitium eſt differentia:ſed non certa . Quidã dicunt ꝙ cenſitus ſit ille qui naſcitur ex aſcriptitio. Alii dicunt ꝙ illa ſit differentia· quia cenſibus eſt ille qui rei certe annuatim preſtandæ obligatus eſt . Aſcriptitius autem eſt obligatus ad rem incertã puta ad tertiam uel quartam partem fructuum ex fundo prouenientium . Aliquando tamen etiam cenſitus capitur large:vt etiam aſcriptitiũ comprehendat quandoq; proprie & ſtricte.quidã tamen dicũt quod hi non poſſunt teſtari inter ſuos cũ alienis tamen dimittũtur.Ioan. autem dicit quod poſſunt teſtari inter ſuos ſed non inter alienos . Poſſunt enim inter eos qui ſunt de familia ſecundum Ioann. & Accur.

Agricole perpetui, vocabantur illi qui ualidi erant in corpore : miſeriamque incertam ſimulantes : & ea quæ ueris miſeris erant aſſignata ad ſuſtentationem ex publico percipiendam diminuentes quis proditor ſtudioſis etiam diligens detegens ad perpetuum coronatũ redigit ſi erant liberi. Si uero ſerui qui talia fingebant dominus eis carebat: & proditori aſſignabantur. licet quidam dicant quod ſit correctum per authenticã de quæ ſtore.alii tamen dicunt ꝙ non. De aliis ſpeciebus & differentiis agricolarum inueniens loco ſuo ſuper verbo:aſcriptitius & colonus.

Agrimenſor eſt qui agros mẽſurat: & metitur & fines per debitam menſurã diſtinguit : dictus quaſi agros mentiens & alibi uocatur libripẽs qui ſi doloſe falſum fecerit: uel fines male diſtinxerit tenetur actione in factum. uide de hoc de præſcrip.c.quia indicante in gloſſ.

Ageres dicuntur munitiones quæ fiunt iuxt. ripam fluminis ne flumen excreſcens fruat per limites , & ſic in ru.de nili agge. non rumpen. Bar.in.i.ſi.de immuni. nemi. conceden. lib. 10.C.

Aggregibus niſi nõ rumpendi dicuntur,quia in egypto non pluit , ſed nilus certis uicib.egreditur & inundat agros vnde qui rumpit ibi aggeres,incurrit crimen quaſi leſe maieſtatis , & pœna eius eſt vt in eodem loco vbi ruperat aggeres & vſurpauerit valles niſi fluentis fluminis de proprijs & vetuſtis vſib.in duodecim cubitorum flãma cõburatur.Et cõſocij &participes ſceleris deportantur.& eorũ bona publicantur C.de nili agge.non rumpen.l.vnica . Adde ꝙ chomata ẽt dicuntur aggeres ſeu inſtrumenta quibus aqua diuidit.

choma.

choma.n.græce dicitur diuisio latine.& chomata seu aggeres diuidunt loca adinuicē.& dicitur fieri cōma vocis cū vox exaltatur seu eleuatur in fine:symayero cum in eodē statu, seu sono retinetur periodus cum deprimitur seu breuiatur:vt ff.de extraordinar. crimin.l.penult.§.in egypto.

Agapem, id est ripa, ut distint.42.si quis etiam apaga dicitur conuiuium pauperū in eodē significato ut in c.si quis prēallegato.

Ago agonis grēce est labor latine, quia qui laborat agit.Vnde Christus dicitur fuisse in agone. inde agri & fundi agonetici qui dabantur certantibus in agone:uel cum agone idest labore ad fertilitatem sunt perducti. ut C. de fun. patro. l.fi.lib.11.

Agnati dicuntur qui per uirilis sexus lineam coniuncti sunt in consanguinitate ideo sic dicti quod accedunt & quasi nascuntur pro natis: dum scilicet desunt admittuntur cognati. Vnde cognati cōmuniter uocantur omnes qui per uirilem sexum uel fœmineum in cognatione sunt coniuncti: hoc de ueteri iure.Hodie uero inter agnatos & cognatos parua est differentia per iura aut.

Agnominatio idē est quod agnomen quandoque etiam dicitur fœdus coniugalem.

Agelli parui agri. extra de pecu.cleric.c.ultimo.

Ager dominicus est ordo monachorum nigrorum. in clemen. ne in in agro.de sta. regu. & uide not. per Ioan.And.& licet ord. sit ager dominicus monachi tamen ut plurimum sunt diabolici.

Agitator. idest augur. C. de malefi.l. ultima aliquando dicitur agitator equorum uel aliorum animalium ff. de his qui not. infam.l.prima in prin. aliquando agitator. idest aduocatus qui causas agit. C. de adulte.l.finali aliquando: idest discussor. ut extra de testibus. cum a nobis.

Agitata res dicitur perfecta. de re iudi.l.prima extra de offic.de leg. cum super.

Agmen aliquando dicitur multitudo militū:ut.C.de iustitia codi. com. circa princ.aliquando dicitur officium.C.de aduoca. diuer. in lege penulti. in glos. aliquando idest certamen.C.de expen. ludo. lege prima libr.11.

Agnoscere exponitur idest reddere ff.de hære.uendi.lege secunda.§.si quid publici.

Agnus dicitur duntaxat sex mensiū aniculus est minor lege cum quæreretur. & lege legatis.§.fi.ff. de legat.tertio.

Aggreditur: expone vt. C. ubi quis decre.cur.condi.l.i.in fi.

DE A ANTE L.

Album prætoris est quædam tabula de albata quæ ponebatur in curia uel in turri prætoris in loco communi in quo scribebantur & ponebantur nomina uocatorum ad iudicium:& ad cuius instantiam qui libet citat⁹ esset.Et ibi ēt proponebantur statuta & edicta ptoris in glo.litera:ita q̄ ab omnib.legi possent.Et erat certa pœna cōtra illū q̄ delebat istud albū. qđ modo est sublatum.De hoc in cle.j. de iudi. in autenti.de litigiosis.§.omnem colla.8.in spe.de dol.& contu.§.restat.in in prin.de citato §.sequitur versi.& not.Et dicit q̄ loco huius modi sunt modo quaterni, & qui corrumpebat vel delebat, puniebatur in quinquaginta aureis per edictum de albo corrū.C.li.xi. Est albū pretoris triplex. Vnū in quo scribun-

scribũtur edicta prętori, vel lex ciuilis: vt in l. si quis. ff. de iurisd. om. iudi. Aliud est in quo scribuntur citationes: vt in. §. præal. in auten. de lit. col. 8. Tertiũ est in quo scribũtur nomina decurionum, vt. ff. de albo scriben. per totũ titulum.

Albergarie sunt census seu pactiones quę debentur pro comestionib. de hoc per gl. in c. ꝓterea. de iure pat.

Allegare est argumenti ad probationes vel conclusiones ad communem iudicem pro commodo sue cause, & ꝓprie ꝑtinet ad aduocat.

Adde hic quod allegatio quandoq; sumitur ꝓ allegatione iuris. ff. de mino. lege minor autentica. &. C. de iudi. l. rem non nouam. §. patroni. aliquando pro allegatione iuris & facti. extra de postulatio. pręla. c. bone §. nos igitur aliquando capitur pro probatione. vt. l. laudabile. C. de aduo. di. iud. & de iudi. autent. indemnis. Aliquando pro exceptione dilatoria vel perẽptoris seu declinatoria. C. de iur. & fact. ignoran. l. prima ibi nota & ff. de mino. l. minor. 25. annis.

Allodium est res libera alicuius ex qua tamen præstatur tributum gl. Guil. de Cu. & Bar. in l. si. fami. hærci. in gl. si ibi quod si vni per diuisionem iudicis assequitur. totum allodium. C. fa. hercis. Bald. in c. i. in tit. de allo. in prin. vbi dicit ꝙ allodium est id quod est proprium alicuius a nomine alio recognoscitur, nisi a deo: & de allodio vide l. at si quis. §. interdum. ff. de reli. & sumpti. fune. Et allodium allodii eicitur hæreditas quã vendere vel donare possum secundũ Hug.

Albagaria sunt procurationes quas certe ville debent dominis suis ad eas uenientibus. de rescri ad audientiam.

Alimentorum appellatione continentur calciamenta, vestimenta & habitatio, vt in lege legatis, & lege fin. ff. de alim. & cibar. legat.

Alba est vestis sacra, vel nomen oppidi in Lombardia. Vnde Ver. j. eneid. Albaniaque patres &c. dicitur vrbs alba, vestitur presbiter alba secundum Iaonn. Andr. in clemen. ne in agro. de statu monachorum.

Allunio est latens incrementum, velut i cum paulatim aquis abluendo arenam ex fundo meo vel vicini mei in fundum tuum aliquid ita accrescit vt facile modus non possit apprehendi qua hora sit ablatũ, vel hæc augumentatio facta. vide institutio de re. diui. §. prętera & habet locum ius alludionis in agri qui non sunt limitati secũdum Azonem.

Alma ideſt sancta & nutriens ab alo alis quasi alios nutriens doctrina & exemplo secundum Raba. Quidam dicunt alma. i. virgo nubilis & adolescentula. Vel alma in hæbreo, id est virgo in latino.

Apogripha in Greco id est secreta, quia in cameris solent virgines abscondi, 9. quæstio. iij. in antiquis. 11. quæstione prima. sunt nonnulli.

Aleothéta figura est quando singularis numerus ponitur pro plurali. notat. ff. de transact. l. qui cum tutore. §. fin. de petit. hæred. l. diuus. si cer. peta. l. eius qui.

Allodium ideſt libellarium vt capitulo secundo. &. 3. si de feu contro. fue. in vsi. feu. & vide quod not. glo. in l. pen. C. de inge. ma.

Aleator est qui ludit in alea. Etiam ille qui quasi scholam illam tenet & si talis clericus fuerit, repelletur a promotione. vt de excess. prelato c. inter dilectos. Vel aleator est quę lusum alee consueuit

apud

apud se causa sui emoluméti exercere ficut & in caupon.dicitur.ff. nau.caupo.sta.l.j.§.caupones.

Alienigena quasi aliene regionis vel aliena gente natus vel genitus, secundum Isidorum libro decimo ethymo.

Allibrati dicuntur qui descripti sunt in libro ciuium vel communitatis alicuius ciuitatis.

Altare dicitur quasi alta res vel alta ara,in quo sacerdos incensum adolebat: vel quia in eo sacrificia ardebant de conse.distinct. prima de fabrica.& ibi Archid.& significat Christum qui dator & conseruator est charitatis.8. quęst. i. in scripturis. Item altare non debet esse de ligno,sed lapide vel ferro. de consec.distinct.i.c.altaria & ibi vide not.per Archi.

Altare est duplex quoddam est portabile quod portatur de loco ad locũ,& est paruus lapis continens formam cum consecratione, & signo suppositio.& istud non execratur nisi moueatur illud signum cõtinens consecrationem.c. quod in dubiis.& ibi Panor.in.i.not.de cõsecratio.eccle. vel alta. Aliud est stabile & illud execratur multis modis.Primo vbicunque violatur locus consecrationis:puta quia cecidit aliquid de lapidib. tangentib.ipsam consecrationem,vel motum est sigillum ipsum:vel si tota mense est mota licet ibi non sit foramen consecrationis.Rõ quia qm̃ altare est firmum non consecratur solum tabula, sed totum altare: vnde si patitur enormem lesionem amittit formam suam,& dicitur execratum , ideo debet de nouo consecrari,ita concludit Panorm.in.cap.i.de consecra. eccle.vel alta.nume.3.versi.in gl.i. ibi vnde si ius.

Altercationes sunt certamina verborum secundum Ioann.and.in proemio clemen.

Alias: hæc dictio significat conditionaliter: quandoque altercationẽ, vt promittis dare fundum alias x.nomine pœne.ff.de iur.iu.l.alias vbi rẽ perẽpta iuratur, alias nõ id est si non sit per empta . Secundo alias ponitur pro alio loco.l.adeo §. insula. versicu. q̃ si toto alueo naturali relicto flumen alias fluere ceperit.i. in alio loco alio. ff.de acqui.re.do.Tertio. id est alia vice vel alio tempore vt in l.diẽ. ff.de arbi.vbi dicitur.alias est agitatum i.alia vicevel alia quæstione.Quarto id est alio casu,vt in l.qui testamento §.mulier.de testa.vbi mulier in testamẽto testis esse nõ põt alias potest,i.in alio casu quam testamenti.Quinto alias,id est alio modo l.i.§.illud tãtũ.ff . de aqua plu.arcen.Et breuiter hæc dictio alias significat alterationẽ diuersi mode,sed ĩ casu particulari eo modo tãtũ secundũ quẽ subiecta materia declarat,alias applicata casui significat alterationem eius quod est in oratione præcedenti.

Alia ista dictio refertur ad similia . Bald.in l.si fugitiui. versic. quęro hic dicitur.C . de seru. fugitiu. & Bar.in l.& reprobari.in prin.ff.de excusa.tuto.Feli.in c. inter ceteras.de rescrip.col. 8. versic.denuntias.impropriatur tamen aliquando: vt cum dicitur crucifixus est christus: & cum eo alii duo latrones: vt plene per Bartol. in dicto capitulo sed & reprobari. & in.l. non solum.§.quæritur.ff.de procuratoribus .

Alius alia aliud denotant diuersitatem & implicunt.l.quidam relegatus.ff.de rebus du.Etiã alius.i.contrarius 12. q.1.c.2.11.distin. quis

nescia-

neſciatur.vbi dicitur nullus alius quam Petrus prædicaſſe in Italia: galia. hiſpania. & cæteris prouinciis. Item alius & allunt præcedentibus implicatiue qualitatis præcedentium. vt l. ſi donationis C. de his quæ vi metus ve cauſa fiunt, licet gl. ibi velit quod implicet qualitatem contractus. aliter eſt denotatiuum qualitatis non autem ſubſtantię ff. de verbo. oblig. l. ſi quis cum aliter. C. de teſti. l. etiam . & quod ibi notat glo. & etiam denotat diuerſitatem non in ſubſtantia ſed in qualitate vt no. do. Fran. in l. ſi certos nummos ff. de verb. obligatione.

Alioquin dicitur uel ſignificat conditionaliter coniunctiuæ & aduerſatiuæ. Conditionaliter, vt promitto fundum dare, alioquin centum nomine ff. de dam. infec. l. ſi finita §. ex Damno. Coniunctiuæ capitur in l. damni §. pe. ff. de dam. infec. aduerſatiuæ in lege fluminum §. idem ſeruus. eo. tit. ſignificat ergo ſimpliciter ſecundum quod ſubiecta materia declarat.

Aliquam diu. i. per aliquantulum tempus, extra de eo qui mitti. in poſ. c. conſtitutus. de elec. c. cum poſt de pari. poſt par. c. j. in fi. Item hęc dictio aliquandiu recepit moderationem ad arbitr. iudicis ff. de iure delibe. l. i. & no. per Arch. extra de reſtit. ſpo. c. 2. lib. 5.

Aliquod eſt ſignum partitiuum, & quod vnum eſt, diuidi non poteſt. extra de præben. c. ſi pro eccleſiaſticis. libro ſexto.

Aliquorum res dicuntur etiam ſi non ſint communes, ſed vna unius, alia alterius, vt ff. de re. di. l. litius §. ſi.

Aliquid. i. aliquantulum ff. ne quid in loc. pu. l. fina. §. ſiunt. aliquando ſumitur aliquid pro re ſingulari & determinata, ut C. de ſenten. poſſeſ. l. ſi debitor.

Allumnus eſt qui alit aliquē uel qui aliter ab eo. vel filius ex concubina. vt in l. alumnus C. quæ res pig. obli. poſſit & ibi glo. Et ſunt quinque nomine quæ ſignificant indifferenter. actionem, & paſſionem vnde hoſpes, zelotipus conuiua vector alumnus. Actum ſiue pati ſub eodem nomine ſignant.

Alienare eſt propriæ rem aliquam in dominium alterius transferre. inde alienatio eſt omnis pactio per quam trāsfertur dominium de rebus eccle. non alie. cap. nulli. C. de fur. l. Item alienatio ſumitur dupliciter. Vno modo pro dictione ſignificante trāſlationem rei vel iuris vt in l. alienationis ff. de uer. ſigni. alio modo ſumitur alienatio pro ipſo facto quo rei iuris, ſit trā ſlatio. Tale enim factū quo fit trāſlatio eſt alienatio. Et factum hoc alienatio ſignificat. Nā factis quādoq; ſicut uerbis declaratur uoluntas in l. de quib. ff. de leg. Diuerſimode ergo ſignificat prout ex eis modo & circunſtantiis adiacentibus infertur. Verbi gratia: teſtator legauit ſtichum quem ſi alienauit neceſſitate, legatum non extingui tur, ſi alienauit voluntate legatū extinguitur l. fideicommiſſa §. ſi rem ff. de leg. 3. Ratio quia quando teſtator ex neceſſitate alienauit, non videtur per hoc voluntatem mutaſſe ſecus quando ex voluntate alienauit legatum, tunc. n. vellet videtur quod alius quam legatarius illud habeat. finaliter. uerbum alienatio uel alienare ſignifi cat quod eius impoſitio uel aliud probabile medium declaret ſignificare. Et factum alienationis reuocationem diſpōnis ſignificar ſi voluntate alienantis eſt reuocabilis, & ſecundum ipſum factum ex ſe

vel

vel ex quauis circunſtantia hoc probat.

Alienare cauſa mutandi iudicium dicitur qui credens ſe ab aliquo cõueniendum reali actione uel perſonali quæ in iure ſcripta ſunt alienat rem dolo malo cauſa iudicii futuri mutandi, id eſt uitandi in qua actione alienator tenetur actione in factum ex hoc edicto cõtra ipſum propoſita, & intentione propoſita ad intereſſe condemnetur, ſaluis nihilominus priſtinis actionibus aduerſus nouos poſſeſſores, quia ſolam poſſeſſionem alienans tenetur hac actione. cuicunque ergo metuens controuerſiam rem dolo in alium transfert vt iudicium mutet & euitet, dicitur alienare cauſa iudicum mutandi, ut titulo de alie. iud. mut. cau. fac. Et no. quod nomine alienationis continentur quæſtiones ſeruitutũ prædialium & vſucap. Vix eſt enim ut non videtur alienare qui patitur vſucapi. l. alienationis uerbo ff. de verbo. ſigni.

Alluſio quid ſit uide ff. de acquirenda poſſeſſione. l. j. in gloſſ. primis. & ſi certum petatur l. 2. §. appellata. Item alluſio facit præſumit ſignificatum uocabuli. ut lege & ibi Bar. ff. de fide inſtru.

Alueus propriæ eſt uenter fluminis, vt dicit Bar. ſecundum Hug. in tracta. de alueo. in princ. & ſicut ſtomachus continet vinum, ita alueus ſupra ſe continet flumen & vulgariter lectum fluminis appellamus: quia ibi flumen cubat. Bal. in rub. de re. diu. ff. in 12. col. in verſ. nec ueniamus.

Alternatiua eſt coniunctio alternatiue ſignificans: ſcilicet quando ſignificat alterum de coniunctis eſſe ſeu orationem factam per hanc coniunctionem in altero uerificari. Et quandoq; variatur ſignificatum, uel ex coniunctionis natura ſubiecta materia, ſeu quauis alia circunſtantia. verbi gratia. Lego ſtichum uel pamphilum, ſignificatur vtrunq; eſſe in obligatione, ſed alterum tantum in ſolutione, vt alterum ſoluendo debitor liberetur ff. de verb. obl. l. ſi duo. in fi. & effectus alternatiue eſt q̃ vterque eſt in obligatione, quia vno mortuo alter qui ſuper eſt remanet in obligatione. Eſt autẽ alternatiua quadruplex. Quædam rerũ: in qua electio eſt debitoris l. plerunque §. fina. ff. de iur. do. & arbitraria §. ſceuola ff. de eo quod cer. lo. facit cap. in alternatiuis. de regu. iur. libro ſexto. Secunda eſt locorum reſpectu ſolutionis fiendæ, quia & illa iterum debitoris, eſt electio ante li. conteſt. ut in §. ſceuola. prę all ega. Tertia eſt locorũ quantum ad iudicium inchoandũ, in quo loco debeat conueniri, in qua electio eſt actoris §. prædicto. Quarta alternatiua eſt perſonarũ quando ſtipulatio eſt appoſita de ſoluendo: in illa iterum eſt electio debitoris, ut in §. item iulianus l. arbitraria, præal. Alii dicunt, quod alternatiua legis ſignificat ut eam lex rõ uel ſubiecta materia ſignificare declarat. Sed alternatiua hominis ſignificat ut proferentem ſignificare uerba uelle uel ſubiecta materia uel quauis alia cõiectura probabilis cõcludens declarat. Et de iſtis alternatiuis ſeu: aut: vel require in loco ſuo.

De A ante M

Amita eſt ſororis.

Amita magna eſt ſoror auit.

Amitinus eſt qui ex ea generatur. ſ. amitte filius: vt 25. q. c. vltimo.

Ammittat, hoc verbum non ſonat in pręteritum: ſed in futurum, niſi ad

datur

datur ipso iure. Fely. in c. Rodul. col. 22. versi. publica sunt bona de rescript.

Ambages est dubia locutio vel effugatio sermonis extra propositum.

Ambiguum est ubi opiniones sunt: & iura varia videntur de sen. excõ munica. inter alia. de iudic. c. j. lib. 6. Et ius ambiguum est per summum Pontificem declarandum c. per venerabilem §. rationib. qui fil. sint legit. de rescr. super literis. de offi. delega. super causa possess. pastoralis. de præben. quia sæpe. lib. 6. secundum Archid. & de triplici ambiguitate scilicet iuris; facti & personæ no. 33. distin. c. fi. secundũ Io. An. in prohe. cle. super verbo ambiguitatis. Adde quid dicatur ambiguum per Bar. in l. inter stipulantem §. j. ff. de verb. obliga. & l. si quis intentionem ambigua. ff. de iudi. & per Bar. post glo. in l. si quidem. in 2. col. C. de excep.

Ambire est propriæ cupere honores argu. de consue. cap. j. lib. 6. vnde ambitio. i. cupiditas. per Archid. in c. vlti. de rescri. lib. 6. vel dic quod ambire est bonorum gradus & ordines per peccatum appetere. Cupere vero est terrena lucra optare. Vnde versus. Est censu cupidus vir: ambitiosus honore. no. p Car. in c. auaritiæ. extra de elect.

Ambulare. i. transire: sic etiam dicitur ambulatoria voluntas defuncti vsq; ad mortem ff. de adi. leg. l. 4. de don. inter vir. & vxo. l. cum hic status §. ait oratio. Dicit etiam ambulatoria potestas legis ff. de fundo dota. l. erit ergo. Item ambulatoria actio. C. de fur. l. vltim. §. primo.

Amen exponitur, idest verum est. de consecra. distin. 2. reuera. vel id est ita erit: vt no. per Arch. in prohe. lib. 6. in fi. Et de hac dictione amẽ. vide de conse. dist. i. c. hoc quoq;.

Ampliare & augere licet videantur idem significare, tamen differunt: quia augere spectat ad quantitatẽ ampliare vero ad pretium quod fit diligenti rerum cultura C. de sacrosan. ec. l. iubemus nulli. de iu. fis. l. non intelligitur §. diui.

Amplius: hoc verbum habetur ff. de dam. infec. l. hoc amplius. & ibi includit: non tamen semper est excessiuum vt ff. de dam. infec. l. verbum amplius. & l. j. §. hæc verba. ff. cui plusquam per l. fal. Interdũ est excessiuum, & habet in se vim reparationis & excessus ff. de leg. 3. si sic. & l. tibi pure. & de do. prælega. l. qui ita. vbi de hoc. Item vltra supradicta adde de hac dictione amplius quomodo repetit uer. comparatiue ponatur Bart. in l. si seruus legatus §. si ita scriptum ff. de lega. j. & in l. si tibi. de leg. 3. & ibi an inducat quantitatem vel cõditionem, & de hac dictione plenius vide per eundem in l. lecta ff. si cer. peta.

Amplectens id est undiq; circumplectens C. de leg. lege non dubium.

Amputari: vide C. de iur. deli l. sancimus, & lege prima de plus peti. & extra. de resti. spo. c. frequenter. libro sexto.

Ambassiator est legatus principis in arduis negotiis, & ambassiata est huiusmodi legatio consiliarioriũ, vel principum in suis caus.

Amministrator siue administrator rerum publicarum est qui temporalia gerit: sed magistratus qui iurisdictionem exercet secũdum Azo. C. de admi. reip. lib. 11. in rub.

De A ante N.

An, de ita dictione an uide instit. de re. ciui. §. cum ex aliena. & §. fere. in fi. & §. i. quib. mod. testa. infir. l. an vsusfructus. de vsufruc. & lege

prima

prima.ff.si vsufruct.pestem an aliquando subauditur a iure l.j.C.de de in integ.resti.

Anciani dicũtur p̃sidẽtes vel priores vel pregantes qui regunt vniuersitatẽ vel prouinciam. ita dicit Panor.in c.fin.In princi.no.2. de procura.& debent eligi diuites & nõ pauperes l. subeunda de decur. libr.x.C.

Anathema vno modo est substantiuum & est dãnatio eterne mortis, & non nisi pro mortali crimine debet imponi,&in illis qui aliter nõ patiũtur corrigi.11.q.3.nemo episcoporum.in fine. Vel est communicatio seu suprema maledictio. Et dicitur ab an.i. sursum. & thæma figura,quia olim imprimebatur figura frontibus dãnatorũ. de hoc not.Ioan.and.de iu. cum non homine, vbi post excommunicationẽ in corrigibili anathematis mucrone feritur idem ponitur. idest solenni excõmunicatione cũ 12. episcopus candela in terram proiicentib.& cõculcãtib.vt in c. debet q. 3. Et anathema tale vel maledictio solebat fieri per prelatos. Vel dicitur ab ana quod est rectũ.thenus diuisio quasi recta diuisio dãnatorum a deo & a plebe. alio modo anathema est adiectiuũ omnis generis indeclinabile, & dicitur excõmunicatus maledictus, separatus vel dãnatus. vnde. Qui frãgit,rapit acurit,ferit,est anathema.Frãgit scilicet ecclesias, rapit res alienas,vrit etiam ecclesias, ferit personas ecclesiasticas. Inde etiam anathematizare id est damnare vel excommunicare, maledicere vel separare,vt supra.

Anathematizatus dicitur qui tanquã impius a deo separatus est,& ponitur pro excommunicato, vt 24.q. 3.certum est.

Annalis actio est quæ certo tempore finiendo est puta anno,vt iniuriarum vel minorum.

Anchora retinaculum nauis est.ff.de exercito l.i.§.i.

Anfractus litigiorũ. vide extra de sepul.c.2.li.6.§.i.Et dicitur anfractus litigiorũ, quia multas moras habet.vt.ff.vt le.no.cau.l. ẽt & in certos euentus habet.ff. de pecu. quod debet, & ideo sic dicuntur, quia vndiq; franguntur vel circũeunt.not.per Archi.de ele.quorundam in princi.lib.6.

Angustia temporis id est breuitas.C. de le.non tantum.& ff.si quis cau. l. 2.§.si quis.uer.nisi.

Angusta domo est arcta.ff.de seruit. si tam angu.

Annona secũdũ Azonẽ dicitur salariũ quod cuiq; pro capite suo renumerationis causa datur.vnde titulus.C. de ann.& capite administra.ly.capite secundũ Azo.exponitur.i.capitatione.Sicut enim secũdũ eũ capitatio dicit tributũ quod datur pro capite.ideo hic capitatio pro capite ponitur pro eo quod datur magistratib.vel causa solarii pro renumerãdo labore.Et dicitur capitulatio de capite,quia p̃dictũ debitũ capiti.i.dignitati.Et erãt hæc pretia q̃ singulorũ magistratuũ descriptionibus arctis ligabantur.

Annone militares dicuntur quas milites singulis diebus consequebantur,vt.C.de anno.mili.l. vl.vbi dicitur q̃ ipsi annonas & capitia a singulis consequebantur diebus.

Annone ciuiles sunt quę publice dabantur iudicantibus ciuitatib. vel omnibus tempore necessitatis per singulos dies,vt C.de anno.& tribu.l.2.lib.x.Etiam annona est seges vel frumentum vnius anni.

Annotatio sacra conscriptio bonorũ vel eorũ cõnotatio se confirmatio

velutī cū aliqs cuiuscūq; criminis reus sit absentat se vocatus ad iudiciū patietur bonorū annotationē vt si infra annū venerit &se purgauerit bona sua recuperet. Si aūt nō venerit, tūc fisco applicentur. Et qualiter fiat annotatio, ponit Spe. in ti. de ac. §. fi. ver. sed. qualiter. dicēs q̄ p̄ses siue iudex veniet cū tabellione ad domū accusati & inquiret q̄ domus, q̄ prædia rustica, quot iugere terrę habet in bonis eius. Et oīa bona illius qui non venit citatus, ponit in banno fisci, nisi venerit infra annū. ff. de requireis. l. i. §. i Ab hac tñ. sententia cōditionalis poterit appellari. de ap. pręterea. Et describūtur bona q̄ta mē fiscus de facto nō occupat nisi post annū. Post hoc iterū per edicta requiritur accusatus, & citatus mittit literas suas iudici vel rectori loci in quo degit accusatus, vt p illū citato īnotescat se accusatū vel citatū, & bona eius cē. annotata. in de venit verbū annotare, uel ecōtra ab hoc verbo ipsum nomen.

Annotatio facta dicitur rescriptū illud quod imperator proprio notu mētis indulgeat alicui constituens secundum præces eius seu illis aliud fieri vel nō fieri. C. de diuer. rescri. l. fi. & ibi. in gl. Et notat Cardinalis zabar. in c. super literis. de resc. differentia inter annotationem & pragmaticam sanctionem.

Anima no. Io. an. in c. vnico. §. scire, de sacra vnctione. Animalia sunt in triplici differētia, q̄dam. n. sunt mansueta, vt galline, quedam fera prorsus vt lupi, quedam vero fera naturaliter sed accidentaliter mansueta, vt cerui, pauones &c. inst. de re di. in gl. §. pauonum.

Ante, significat ante rē factā. & bñ in choatā. ff. si certū pe. l. 2. §. itē mutuū vbi de hoc. & ff. de ver. ob. l. q ante & l. eum qui ita. §. quæsitam.

Annus q̄ dies mēses habeat, no. gl. in c. si ꝓpter de rescri. li. 6. & c. cū sit de ele. Nā annus cōtinet 365. dies vt in l. cū hęres. §. stichus. ff. de sta. l. Et q̄n annus īceptus ꝓ cōplemē to habet. vide Inn. in c. generalē. de eta. & qualitate Arch. in c. si annū. de iudi. li. 6. & in l. cū bisextus. ff. de verb. sig. Itē quidā cōputant annum ab incarnatione dñi, vt 34. dis. ī noīe dñi ī prin. Alii a natiuitate dñi. de hoc gl. ī. §. for. 2. q. 5. j. & ī spe. de instr. edi. in prin. in. 1. col.

Annus iubileus dicitur annus remissionis, quia eo anno debita remittebātur, serui hebrei dimittebātur liberi, & omnia reuertebantur in pristinū statum, & est annus quinquagesimus, vt in c. in iubileo. de peniten. distinctio prima.

Annus ad exequēdā voluntatē defuncti curritur a die admonitionis iudicis. extra de testam. nos quidē & C. de fideicom. lege hoc amplius.

Annus vel annuatim ex ꝓprio significato significat multiplicationē simpliciter siue indeterminate, sed q̄n applicatur casibus, significat diuersimode, prout ex diuersificatione materie concluditur proferētē intellexisse, vt pacto seu stipulatione promittis x. titio annuatim, significat multiplicationē perpetuā quia significat promissam summā deberi & cui ꝓmittitur, eius hęredi, & hęredis hęredi, & sic in infinitū, ideo dicitur in. l. stipulatio. ff. de ver. obl. q̄ stipulatio annua est perpetua. Et nota q̄ annū legatū ꝓ primo anno est purū & pro aliis annis est cōditionale, quia ꝓ quolibet anno debetur legatario si tūc viuit. Si vero mortuus est, tūc nō debetur, nec si deportatus est quia talis ciuiliter mortuus est & non habet ius capiendi ex testamento

quod

q̄ est ciuile.l.cū annos singulo.ff. de an.l.vbi dicitur q̄ per singulos ius īspicitur.Sed p̄mitto tibi x.annua ut sis p̄curator meus in parlamēto significatur multiplicatio tēporalis ex cā q̄ apponitur de essendo p̄curatorē quia morte finitur sic & obligatio quæ ex hoc inducitur.De hoc vide l.annua.§.fi.&totum titulum.ff.de ann.leg.

Annuere.i.concedere.ff.de don.inter virum.& vxo. l. ea quę a marito. Et aliter exponiturvt ibi no.Item annuere domino exponitur extra de iur.iu.c.i.§.ego huius.

Anormalus successor est sicut ille qui succedit hęredi nō implēti defuncti voluntem.vt instit.de eod. cui li.ca.§.in primis.

Annus q̄ vnū nō exponitur.id ēvetula.ff.de carb.edi.l.3.§.due causæ.

Angarie pe.longa est iniusta exactio vel cōpulsio.Nā angaria dicuntur personalia obsequia propriis sumptib.præstita.c.non minus.de im. eccl.Sunt ergo quædā personales præstationes quæ a vulgo dicūtur captiones.Sed perāgarie penultima longa vide infra de per.

Ansa est nod⁹ cursilis & facilis ad solueēdū ita fact⁹ q̄ si recte trahit caput fili oīno solut⁹ ēvt no.Ber.ī c. cū olim.de ver.si.vbi dicit ī te.dū ansā soluim⁹ nodū dicim⁹ ligauisse

Antapocha siue antipocha siue antepoca q̄ idē secūdū aliquis &secundū Azo.ī su.de fide īst. ver.ā apochis.vocatur chirographū q̄ facit debitor creditori.in quo cōfitetur se soluisse tm̄ & sic ē de solutis & fit a debitore ī hūc modū cōfiteor me tm̄ vsurū noīe vel pēsionis soluisse & datur creditori. Et sic non dicitur ab anti quod est cōtra sed ab ante secundum Ioā. quia fit ante apocham, vel ab anti quod est ad quia est inducta ad securitatem creditoris & fit ēt ante apocham quia.n. alieno nomine possedit & pensionem soluit.vel qui creditori vsuras repræsentauit, si quando dicat se suo nomine possedisse: & ita dominum factum vel proscriptione liberatū cōtenditius agentis facit vacillare.nisi dns vel creditor vsuras & pēsiones p̄teriti tēporis sibi solutas cōprobet: p̄bat aūt per antipochā debitores.C.de fide instrumēto.l.plures.vbi glos. dat tres modos dicēdi. Vel vt alii dicunt antipoca ē scripturas quā facit debitor obligādo se:& in qua fatetur se debere,& fit cōtra apochā dicēdo.cōfiteor me dbere&c. & sic dicitur ab anti qd̄ est cōtra. Apocha aūt secundum oēs est scriptura creditoris cōfitētis sibi a debitore solutum.& sic apocha ē de receptis,& fit a creditore puta cōfiteor me recepisse tātum.ff.de cōdi.inde.l.fi.§.titius.ff.de fur.l.qui tabulas.§.apocha.& de accep.l.acceptilatio.§.i.plane autem cōsulitur creditori vel dño vt dādo apochā debitori vel colono exemplar retineat cū subscriptiōe debitoris vel coloni,vel creditor det colono apochā & recepit ab eo antipocham secundū Azonem. Dicūt ergo tertii,vt Iaco.de arena q̄ creditor scribat duas apochas, & det eas debitori,vt nam sibi tineat & in alia se subscribat & reddat eam creditori,quod non placet Accur. vt in gl.prealleg.plures. Itē Hostien.de fide instru.§.quid sit antipocha. vbi.addit versum, apocha dantis sit antipocha suscipientis. Alii tamen dicūt quod apochas,& antipochas hodie generaliter vocamus omnia documenta & signa quę solentfieri,siue in scriptis sint confecta,siue in trunculis virgarū quas quidā dicas vocār.Hodie frequenter

quenter fieri ſolent inter ſuperiores & inferiores diſpenſatores in domibus dñorũ ſiue diuitũ. Et etiã inter creditores qui retinent ſibi famẽ & debitores qui recipiunt ſibi minorẽ quantitatẽ virge vel dice inſignum ſolutionis faciende. Differt tamen chirographum ab antipoca vel apocha, quia chirographum dicitur cũ duo paciſcentes faciunt duas ſcripturas & ſub eadem forma verborum conficiunt, & mutuo tradunt.

Animaduerſio dicitur pœna, quia animaduertere eſt punire. vnde dicitur animaduertendum eſt in facinoroſos homines. Itẽ animaduerſio dicitur cuiuslibet operis determinatio ſecundum quam quis pro mercede ſua ſuſcipit certum opus & determinatum ſuis impenſis faciendum, vt terram colendam vel domũ conſtruendã. Etiam animaduerſio eſt conſideratio an quis puniendum ſit. & qua pœna qualiter & quomodo in parochijs & circunſtantijs conuerſetur. Hinc etiã ſignificatio verbi animaduertere conſiderari poteſt ſuo modo.

Anceps eſt aliquid ſeu aliquis huc & illuc fluctuans & dubius an iſtud vel illud recipiat, & anxius in quã partem declinet ſecundum Iſido. lib. 10. ethimo.

Anteceſſor quandoq; dicitur doctor qui alios antecedit. in proemio digeſtorum §. ſed cum nos. Quandoque exponitur id eſt, ſucceſſor. in conſtit. ff. circa princi. Aliquando anteceſſor dicitur neceſſitudine. C. de vete. iure enuclean. l. j. §. quę omnia. Aliqñ antiquitate. 35. qõ. 6. de parentela. Aliquando officii prioritate, 3. qõ. 6. hoc quippe. & quęſtione 5. cap. accuſatores.

Antidotum ponitur pro contra a dono vel pro contra dato, vt ſolet dici; quod datur contra venenum, & ſic ponitur pro medicina, vt in cap. cæterum de iura. calum. Inde antidotarius, & eſt liber in medicina. de iure in cap. j. in clem. vbi gl.

Antidorum eſt etiam contraria donatio. ita exponit gl. ſuper verbo antidora. in l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. in fi. ff. de peti. hered. & 8. q. 2. illud. & de teſta. cum in officijs.

Antidora dicitur obligatio non efficax ad agendum, ſed equitate ſubnixa ad agendum. l. ſed & ſi l. §. cõ ſuluit de petit. heredit. & l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iur. & debetur antidora ab eo qui ſeruitium recipit. Spec. in titu. de expen. §. poſt con. ver. quid ſi victor.

Antiphona pro pignore ponitur ff. de pigno. actio. l. ſi pecuniã & ibi glo. vbi etiam aliter exponitur & melius de pigno. l. ſi is cui. §. Item antiphona poteſt, latine interpretari vox reciproca. in d. l. ſi is cui. §. j.

Antiphorizat id eſt, tacite quæſtioni reſpondet. de ſupplen. negl. præla. cap. j. lib. 6. in princi.

Antiſtes dictum eſt ſacerdos, eo qđ ante ſtas. ca. cleros. 21. diſt. cõmuniter tamen ſumitur pro epiſcopo ſecundũ glo. in cle. dudũ. de ſepul.

Antiteſis eſt figura quæ ponit caſum pro caſu &c. diſtinct. 9. cap. ego ſolus eis ſcriptorum ideſt ſcriptoribus, vbi ponitur genitiuus pro datiuo. de figuris vide cap. forus. de verbo. ſignifi. in glo.

DE A ANTE P.

Apparere id eſt ad memoriam reducere. in auth. de fide inſtr. circa princip. ſecundũ vnã expoſitionẽ. Aliquando apparere exponitur, vt extra de præſum. c. ſcribam.

Apparitores dicuntur qui citant partes & eas apparere faciunt in iudicio, hoc nomen in detrahẽtes. Vel dicuntur ideo apparitores quaſi appa-

apparitores, quia ipſi apparent in iudicio. Idē dicuntur catholiciani quaſi cōmuniter & vulgariter ſeruitutes, vt bidelli ad iudiciū. Item dñr officiales ſecundū Azo. vel ſecundū Iſido. appareat & videatur vt præſto ſit ad obſequiū vel aliqd audiens teneat. Et no. qđ regulariter ſecundū leges ante lit. conteſt. contra abſentem non pręceditur ad diffinitiuam ſententiam, niſi excepto vno caſu cōtra apparitores id eſt nuntios generales. dū ipſi deliquerunt in officio ſuo. Secus ſi aliter delinquerēt, vt no. in gl. ſum. 4. q. 9. Et de apparitore habetur in cap. tue de homi. & glo. magna in cap. veritatis. de dolo & contu.

Aperire viam quid ſit, vide. ff. de via publi. l. i. j. reſpon. Item aperire tabulas. vnde ff. ad ſylle. l. ſi quis in graui. §. aperire.

Appendentia quid ſit, vide, ff. de acquiren. hæred. l. ſi quis hæres. & de admin. tuto. l. tutores, & C. ſi tutor non geſt. l. fina.

Apes vel apis eſt auis volatilis. de cōſec. diſt. 5. nunquā de deci. nūtius. Et habet apiū in genitiuo plurali vt inſti. de re. di. §. apium quoque. & hoc quando in nominatiuo habet apes, licet ſecundū Alex. habet um in genitiuo, tamen Apis habet in noīatiuo. Vnde ver. Vm ibi donat apis, ſed apes dati um genitiuo

Apex eſt ſummitas honoris vel diſtinctionis nota. Nam quod in ſumma eſt diſtat a pedibus vel infimis, & hoc ſummitas reſpicit temporalia vt in c. ſolite de maio. & obe. Etiā ſumitur pro litera, vt dicit Chriſt⁹ minimus apex non peribit. Itē ſumitur pro ſubtilitate dum dicim⁹ de apicibus iuris non diſputandū ff. mand. l. ſi fideiuſſor. §. quędam.

Appellatio ſecundum Azon. eſt a minore iudice per innocationē maioris iudicis prætextu iniquitatis prime late ſententie receptio ff. de minor. l. pręfecti. Itē eſt de minori iudice ad maiorē ꝓuocatio, ſecundum ſummuliſtas, de conſue. ca. 2. lib. 6. in glo. 4. Vel aliter ſecundū Hoſt. appellatio eſt iuriſditionis prioris iudicis per inuocationem ſuperioris iudicis rite facta ſuſpenſio. & hæc diffinitio ſecūdum eum cōpetit tam ſecundum leges quā ſecundum canones, vt extra de offi. deleg. §. præterea. Vel ſic Appellatio eſt ab audientia minoris iudicis ad maiorē propter grauamēvel illatum vel cōminatum ꝓuocatio de appel. ut debitus & c. cum ceſſante & ſi extra iudicium appellatur, tunc eſt ſuperioris inuocatio ſeu protectio ab iniuria uel grauamine irrogādo c. cum ſit romana. & ti. de app. rela. & recu. Et appellatio & recuſatio ſunt paria. de appel. ſuper eo. 2. reſpon. & hoc quo ad modum ſicut nō admittitur fruſtratoria appellatio, ita recuſatio. Differunt tamen: quia recuſo ſi nō grauor, non tamen appello a iudice in quē conſenſu niſi grauer &c. ut de offi. delega. c. ſi contra. in gl. fi. lib. 6. Et nota aliquos caſus in quibus non appellatur. Vnde verſus. Appellare uetant ſcelus excellentia pacta. Contemptus patris & interdictio facta. Arbitriū, res quæ perit & ſi longius acta. Scelus quia in notorio delicto nō appellatur. c. cum ſit romana. §. præterea. de appella. & c. contulit eo. tit. Item excellentia iudicis uetat appellari quia a papa, principe, ſenatu, præfecto pręcotio non appellatur ſecundum Goff. in ſum. Pacta. quia ſi paciſcantur partes ne appellent non poterunt appellare. ff. a quib. app. nō lic. l. j. Cōtemptus partis, quia contumax nō auditur appel-

lans.24.q.3.de illicita. nisi ueniat adhuc iudice sedente pro tribunali.ff.de in integ.rest.l.vlti. Vel nisi esset contumax in exhibēdo.l.creditor.§.missus.ff.eo.ti. Interdictio facta,quia qñ inhibetur appellatio appellari nō pōt,nisi expressa causa,pbabili & probata corā eodē iudice a quo appellatur. Arbitrium, quia ab arbitrio nō appellatur. C. de arbi.l.j. Sed petitur reductio.l. pen. C.eod.titu.& in summa Goff. Res quæ perit. Nā si res ex dilatione pateretur detrimentū,sic quod esset peritura nō admitteretur appellatio in causa. Si longius actu, nā annus datur a iure ad prosequēdum appellationē, & decenniū ad appellandū a tempore sententiæ, vel monitionis. de appel. romana lib.6.de restit. significauerunt 2.q. 6.autenticorum.

Appellare est a minori iudice ad maiorē prouocare. Et licet secundum leges regulariter solūmodo appelletur sententia & in iudicio, tamē secundū canon. appellatur ēt extra iudiciū 2.qō.vj.omnis oppressus,& tunc passim, id est sine assignatione grauaminis admittitur seu permittitur quis appellare.c. cū romana.§.si vero.in eo.tit. Secus si appellatur in iudicio.c.vt debitus eo.ti. Et est inductū appellare secundū leges vt iniquitas, vel imperitia iudicantium corrigatur licet nōnunquā bene latas sententias in peius reformet. de appellationi.cū specialis.§.porro.vbi dicitur appellationis remediū nō ad defensionē iniquitatis, sed ad prę-sidium innocentie institutum, vel ideo vt homines oppressi releuentur. 2.q.6.ad romanam.2. Et quid possit appellare,a quo,ad quē,quā do qualiter,quoties. infra quod tē pus,& a qua sententia,vide 2.que-

stio.6.per totum.& Gof.in sum.

Apostoli secundum Host. dicuntur litere testimoniales,quia testificātur de appellatione facta & secundum eundem & Spe.in 3.parte.in tract.libel.§.sequitur.ver.apostoli. Ibi vide quid sint apostoli. vnde dicantur,& de quadruplici eorum specie,& eorū formis. Nā alij sunt apostoli conuentionales. s.quando pars admittit appellationē siue in iudicio iudice refutante,siue tacēte,siue extra iudicium vt ca.sepe. ij.respon.& oblate.de appell. Alij sunt testimoniales testificantes de appellatione facta,vt supra. Alij dimissorij per quos apparet quòd iudex detulit appellationi. Alij refutatorij per quos apparet,quòd iudex nō defert appellationi. Alij reuerendi, vel reuerentiales scilicet quādo ob reuerentiā supioris appellationi defertur. vt c.j.de app. lib.6.in glo. Et cuius expensis apostoli sint tradēdi cōius seruat qd expensis appellantis,licet contrarium facit cle.quāuis de appellat. dum dicit ablatos,& ibi bona glo. de hoc. Sed de apostolis Christi quando fuerunt consecrati. vide distinct.20.cap.in nouo testamento. in glo.2.in fine.& c.vnico. de reliq.& vene.sancto.lib.vj.

Apostolides dicuntur qui sunt sine ciuitate. ab a quod est sine & polis ciuitas.

Apologia est excusatio vel respōsio. vnde dicitur,clerici qui alios accusant iustam accipiant apologiam, & est apologia posita in defensione vel negatione tantum, nam in ea solent quidam accusantibus respondere, vnde apologeticus, id est excusatorius, vel responsorius not.per Archi.36.q.2.c.circa.

Apostasia secundum Host. est temerarius recessus a statu dei obedien

tie,

tie,vel religionis quã quis profes sus est se tenere 26.q.7.non obseruetis.vbi de apostasia. Et dicitur quasi retro stans,ab apos quod est retro,& status,vel dicitur ab apos quod est apus,& stans, quasi apte stans ad regnum dei per antiphrasim. quia non est aptus regno mittens manum ad aratrũ dei & respiciens retro.c.magne.§.j.de vo.& voti redemp. Et monachus non apostatat,qui de vno ordine transfert se ad alium, sed qui ad sæculũ redit post professionẽ c.ex parte. de tempo.& qua or.in glo. Vel dicitur apostata secundum Azo. qui recedit de via iusta post baptismũ & ad idola conuertitur,& plus est quam hereticus. Vel apostate sunt hi qui nomine christianitatis inducti,sacrificia postea fecerint vel facienda mandauerint fidem polluendo& per donationem diuini mysterij in prophana migrando. Et quæ sit pœna eorum.ponitur in lege prima,secunda,& tertia,& in lege apostatarum. C.de apostа.& in cap.penul.& fi. extra eodem titu.

Aposcrisarii sunt nuntij domini pape quasi secretarij, vt distinct. 16.ca. 70. Nam crisis dicitur secretũ,aurũ vel iudiciũ c.significasti.de electio.in glo.prima Vnde. Aurum secretum dat,indicium tibi crisis.

Apocrypha vel apocryphum dicitur occultum vel secretum, ab apo.id est de, & crisis secretum, inde dicitur apocryphus, id est liber secretus & occultus cuius author ignoratur, vel de cuius veritate dubitatur, non tamen ab ecclesia recipitur, sed reprobatur, quasi diceret:non in ecclesia, sed remote & longe ab ecclesia sit legendus. Vnde dicitur apochrypha grece,id est secreta latine, & quia in cameris solent virgines abscondi, & includi 3.q.3.in antiquis 11.q.j. sunt nonnulli. hinc est quod virgo in hebræo alma, in greco apocrypha, & latine dicitur secreta. De apocryphis habetur. 16.distin.canones qui.vbi glo.dicit quod sapientia Salomonis, liber IESV filij Syrach, qui dicitur ecclesiasticus, liber Thobie, Machabeorũ, & Iob &c.apocryphi dicuntur, & tamen leguntur, sed forte generaliter non.

Apotheca est arca vel locus in quo aliquid ponitur custodiendi causa, vel in quo publice & communiter merces venduntur, & specialiter medicinales, qui locus & alio nomine statio vocatur, Iude apothecarius, id est stationarius qui stat ad vendendũ maxime medicinas.

Applumbatio est diuersarum materiarum, consolidatio, vt auri, argenti, arichalchi, plumbi, stanni &c.& earum materiarum coniunctio dicitur applumbatura.

Apud quandoque exponitur pro id est vt not. de preb.statutum libro sexto quandoque apud id est contra,vt Marcellus apud Iulia.no.ff. de pet.hæred.l.nec villam.§.nõ solum.& de requi.reis l.iij.quandoque exponitur apud,id est pœnes. C.vnde vi l.si quis in tantam & in quo differant apud & pœnes vide. ff.de tab.exhi.l.prima.

Appulsus pecoris ad aquã est ius adducendi pecus vel gregem ad aquam fontis alieni vel riuum adaquandum.

DE A ANTE Q.

Aqua quotidiana & estiua, aqua pluuiali arcenda & aqua de castello educenda. Require infra interdictum de illis.

Aqua profluens ideſt de cœlo cadens inst.de rerum diui.§.j.

Aquarius .i.aquarum cuſtos C.de aqueduct.l. decernimus lib. 11.

Aque dande ius ſoli principi compe tit ff.de aqua quoti.& eſti.l.prima §.penultimo.

Aque ductus eſt ius ducendi aquam per fundum vel agrum alienum ad irrigandū agrū meū vel alterius iu re ſeruitutis conſtitute, vt iuſti.de fer.ruſt.præd.in princi. Aliter dicitur priuilegium qđ datur illis qui præficiūtur ad cuſtodiā formarū p quas ducitur vel per quorum fines formarum meatus trāſeunt,& quo modo purgant formam vel ductus aquarum l.j.C.de aqueduc. lib.11. & l.decernimus eo. tit.& l.2.

Aque hauſtus eſt ius hauriendi aquā &portandi per agrum,fundum ſeu prædium alterius ratione ſeruitutis. Et differunt. Nam aqueductus fit in fiſtulis & meatibus terraneis. Sed aque hauſtus fit per animalia portando,vt l.ſi prius §. j. & 2.ff. de aqua plu.arcē. vbi dicitur quod non debet ille cui debetur ſeruitus aqueductus, lapidibus ſed fiſtulis ordinare,quia vſus domini plus in commodatur ff.de cōtrahen. emp. l. ſi aqueductus.

Aquilegia nomen loci.ff.loca.l.pen. §.j.& dicitur quaſi aquis ligata, quia aquis eſt circundata,& habet patriarcham.9.q.3.nunc vero.

Aquille actio. Require ſupra actio legis aquilie.

Aquiliana ſtipulatio eſt promiſſio, quę nonat omnem cōtractum. Dicitur autē hoc nomine ab inuento re hoc ſtatuēte quivocabatur aquilius. Et habet fieri hoc modo. Si dicam ſic debitori meo. Quæcunque mihi dedes ex quacunq; cauſa illa mihi promittis animo nouandi, & dicat mihi promitto,tunc poſtea p acceptilationem tolletur obligatio. Ad cuius euidētiam not. quod ſic habet fieri acceptilatio, & aquiliana ſtipulatio & eſt quidam circuitus, ſicut quandoq; quod quis per ſe immediate facere non pōt, facit per alium,ita & hic Vnde ſupponendū eſt quod ſi mihi tenearis in cētum libris quas tibi mutuaui, hec eſt obligatio naturalis & re cōtracta,modo immediate per ciuilē obligationem,quæ verbis cōtrahitur tolli nō pōt,quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere pōt naturalia vero nō tunc ſi fiet quod illa naturalis re cōtracta in ciuilē mutuabitur per notationē, vt dicēdo illud qđ ego mutuaui tibi ꝓmittis,ſi tu dicas,ꝓmitto tūc obligatio illa prima efficitur ciuilis,& verbis cōtrahitur per aquilianā ſtipulationē & nouationē. Poſt ſi te dicente mihi ſic id qđ ego ꝓmiſi tibi,acceptum ne habes acceptūq; fers ? reſpōdeā acceptū habeo, acceptūq; fero.i.teneo me pro pagato, iſto modo tollitur obligatio per acceptilationē. Et ſic patet qualiter habet fieri aquilia ſtipulatio &acceptilatio. De hac viſum eſt ſupra acceptilatio.

DE ANTE R.

Ara eſt altare ſi prima producitur vel ſtabulū porcorū ſi prima corripitur.vnde verſus. Eſt ara porcorum breuis & non ara deorum.

Arabia prouincia eſt,vt l.pen.§.j. de extraordi.crimi.ff.

Artanum eſt idem quod aratrum, & aſcindendo dicitur ſciſſum.

Arare ideſt colere.C.de theſau.l.prima lib.11.

Aratrum habentur de pœnitentia diſtin.2.pēnaria.Gregorius dicit retro poſt aratrum reſpicit,qui poſt exordiū boni operis,ad mala reuertitur quæ reliquit,no.per Archi.de elec.c.quorundā,lib.6.ibi.retro reſpiciunt ad aratrum manumiſſa.

Ars quandoq; dicitur cura animarū.

vt

vt de eta.& qualita.cum ſit ars artiū cura animarū rationem dat ibi gl.j.Itē ſecundū Archi. ars dicitur actus dānatus,vt in c.vnico.devit. & honeſta.cle.li.6.ibi, ſi per annū artē iſtamignominioſam.facit hoc quod devſu.dicitur 44.diſt.ſicut hi interdum ēt vſure arte iniquiſſima ex auro aurū naſcitur. Etiam baliſtarii dicuntur exercere artē. de ſagit.c.j.& magi dñi exercere artem de cōſe.diſt.v.ne tales. Et qualiter nimiū inherentes artibus ſophiſticis etiā liberalibus redarguuntur, habes in c.nonne.& cap. legimus. diſt.vbi quatuor genera hominum redarguuntur vel reprehēduntur. Primo dialectici qui quotidie in ſua gārrulitate torquētur. Secūde phyſici qui oculos trans cœlū leuant. Tertio verificatores.Quarto cupidi auari qui diuitias per phas & nephas acquirūt.Etiam ibi reprehenduntur a beato Hieronymo qui filios & nepotes faciūt legere comedias &poetica carmina per quæ ad turpia conuertuntur,qui puniendi ſunt ſicut hely qui cecidit de ſella ſupinus & mortuus eſt, quia filios nō correxit,vt in c.licet hely. de ſimo. Sūt aūt quatuor artes paupertatis,ſcilicet grāmatica quæ eſt prīcipiū,ſed cēſus claudit oſtium Dialetica quæ verū & falſum inſtruit, ſed ſepe ſeu ſepius in perſona ridiculū facit. Arithmetica quæ docet numerū, ſed nummorū neſcit computum.Et geometriaq; menſuram terre narrat, ſed numero priuato exultat.Et ſūt quatuor ſciētie præ ceteris diſcēde .Theologia quæ eſt anima pabulū.Leges quæ ſunt egenis remediū . Decreta ſublimatio humilium & phyſica morbi ſubſidium. Verſus.

Eſurit, ars, decreta tument lex lucra miniſtrat.

Pontifex moyſes,thalamos medicina ſubintrat.

Dat Galenus opes, & ſanctio iuſtiniana.

Ex aliis paleas, ex iſtis college grana.

Arbiter eſt qui ēt cōpromiſſarius appellatur . Et eſt ille qui ex cōpromiſſo.i.cōſenſu partiū & ex litigantiū electione de cā cognoſcit, qui nullā habet iuriſdictionē propriā ſeu delegatā.ff.de arbi.l.j. Sed electus eſt partibus diſcordātib. ad earū litem ſua ſnīa dirimendā. Et ergo ab ipſo nō appellatur,cum ipſo iure non teneat ſnīa eius,ſed metu pene ſtatur ei . Et qđ nō tenet reſcindi nō pōt hoc verū in arbitrio, cōpromiſſario ſecus in arbitro iuris 11.q.j.peruenit C.de iu.l.vl.de off.dele. ſuſpitionis de appel.cum ſpeciali.& cle.j.eo.tit.in gl.j.& c. ab arbitro. de off. deleg.lib.6.vbi glo.Item arbiter ponitur qñq; pro teſte,vt in Gen.c.39.Accidit vt Ioſeph operis quippiā abſq; arbitris faceret. Et eſt differētia inter arbitrū & arbitratorē, & amicabilē cōpoſitorē . Nā arbiter & arbitrator pñt eligi cū pęna,ſed differēter,qa arbiter dicit iudex p conſenſu, litigantium electus,qui iudicis partes ſuſcipit & finē cōtrouerſijs ſua ſententia ſe pollicetur impoſiturū ff.de arb.l.ſi de meis §. recepiſſe. Et a ſnīa talis non poteſt appellari ff.de arb.l.diē proferri.§.ſtari.& l.j.C.e.ti.Sed arbitrator eſt in quē alicui cōpromittunt tali forma vt poſſit cognoſcere & ēt iudicare alte & baſſe & quiſ etiam dici poſſit amicabilis compoſitor, & a ſententia talis etiam non appellatur. Sed ſi fuerit lata cōtra ius conſtitutionis,irrita eſt ipſo iure C.quādo ,puo.non eſt neceſ.l.2.Sed ſi lata eſt contra ius litigatoris valet,redigi-

tur

tur tamen ad arbitrium boni viri. l. si societatem arbitrorum.ff. pro socio. Debet enim arbiter obseruare iuris ordinem tanquã iudex ordinarius, & sentẽtia eius siue iusta siue iniusta semper est tenenda si pœna fuerit appolita. 2.q.7.a iudicibus. Sed arbitrator non tenetur seruare iudiciariũ ordinẽ. Sed si ꝓfert iniustã sententiam emittitur ad audientiam superioris vel arbitrium boni uiri. Et amicabilis cõpositor est sine pœna qui tentat & experitur an litigatores patiantur controuersiam suo consilio vel auctoritate discuti. §. si quis. in prẽal leg. l. si de meis. Alias differentias multas vide per doc. plene. in c. quintauallis. de iureiur. & arbiter esse pẽtest qui nõ prohibetur a iure, vt liber homo, paterfamilias, ẽt filiusfamilias & libertus, sed non seruus. Arbitrorũ duo sunt genera .s. cõmissarij qui proprie dñr arbitri, qui eliguntur vt iudices, vt videlicet procedant seruato in substantialibus ordine iudiciario. Et dantur ad cognoscendũ & diffiniẽ dũ, vt si petis a me domum, & ego denego, & fiat compromissio in aliquẽ ille est verus arbiter, quia eligitur vt cognoscat & diffiniat cuius sit domus. Secundi sunt arbitratores qui non eligũtur vt iudices a partibus vel super re litigiosa. sed vt cõponendo vel diuidẽdo inter partes diffiniant, vt si duo socii res societatis diuidere velint ad arbitrium petri Petrus erit arbitrator. argu. ff. pro so. l. si societatem.

Arbitrium est actus certarum personarum exequentium compromissum secundum Azo. Nam arbiter exequitur veritatẽ inquirendo vt iudex 30.q.5. iudicantẽ. Nã actor vult vt obtineat. & reus vt soluatur vel actor ad amplificandã causam, reus ad diminuẽdam eã. Sunt ergo in actu arbitrii tres personę .s. arbiter, actor, & reus. Ideo alii dicunt arbitriũ est actus triũ psonarũ super ciuili qõne quasi in iudicio contendentiũ vel scdm Hostien. arbitriũ est potestas aliena volũtariã tradita & recepta ad pronũciandũ in lite prout arbitrio visũ fuerit, aliquãdo certa pœna valata & certis terminis limitata. Sed cõpromissum est ptãs arbitris data, quorũ arbitriũ est snĩa arbitralis q̃ ẽt laudum dicitur. Et arbitriũ seu arbitratꝰ suo ꝓprio significato significat libertatẽ arbitrãdi & volũtatẽ rõne regulatã. Et vbi actus ponitur. in arbitrio seu arbitrata significat per modũ cõditionis; vt ꝙ actus valcat si arbitrio decernat, & hoc diuersimode scdm diuersitatẽ materie subiecte, verbigratia. Promitto tibi æquũ arbitratu titii, titio nõ arbitrante, quia nõ vult vel non põt arbitrari, nulla est ꝓmissio, nec recurritur ad arbitriũ boni viri l. si quis arbitratu. ff. de ver. ob. Ratio, ꝙa cõtra hẽs de arbitrio illius tm̃ ĩtellexit, ꝙ hæc verba importãt, vbi aũt stat ꝑ illũ cui ꝓmittit, cõditio statim deficit, nec ꝓmissor decreto ex illa ꝓmissione põt obligari, vt. l. si q̃s prẽal. Ecõtrario si per ꝓmissorẽ steterit, conditio statim habebitur ꝓ impleta. arg. l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. vt ꝓmissio sit efficax siue ille arbitretur siue non, secundũ boni viri arbitrium ad quod tunc recurritur. Et hoc ideo ne sit in potestate debitoris se liberare a promissione.

Arbitrium tutele. i. actio. tutele, est q̃ datur pupillo & eius heredi cõtra tutorẽ & eius hæredẽ finita tutela, vt rõnes sui actus efficiat & pupillo reddat. de hoc supra actio tutele

Arbor vento deiecta non arboris sed

sed ligni appellatione continetur. l.ligni. de lega. 3.

Arboris appellatione multa continẽtur.ff.arb.fur.cesa.l.j.§. arboris.l. 3. & 4 Item uites continentur appellatio, arboris.ut.ff.de arbo.ceden.l.prima.§.j.

Arbores furtim cedere est incidere uel incidere arbores inscio & inuito domino & competit contra ipsum damnum dantem ad duplum damni dan. Etiam competit huic actio legis aquilie de quibus supra loco suo.

Archi cancellarius,require infra cancellarius.

Arbustum locus est.in quo arbores sunt ad fructũ consiste sicut salicetum in quo sunt salices. hoc & arboretum aliqui uocant ut tradit Aulus Gellius,& meminit Paul.iure consul. in.l. se necessarie. ff. de uerb signific.

Archiepiscopus est princeps episcoporum 21.dist.cleros.

Archisynagogus est princeps synagoge.

Archidiaconus est princeps diaconorum qui imperat subdiaconibus & leuitis. Et dicitur ab archos qđ est princeps & diaconus quasi princeps diaconorũ.Vnde quãdo uult pre aliis euangelium legit, uel cui uult legendum committit. extra de offi.archi.c.2. in princ. Vel est oculus episcopi ad conspiciendũ, corrigendum & emendandum per episcopatum exceptis arduis. Et debet audire iurgia singulorum & habere curam & solicitudinem in ecclesiis & de clericis, ut in c. ad hoc.de offi.archi. Inde uenit archidiaconatus & quando fit per electionem,tunc est dignitas, si uero habitus sit per collationem, non est dignitas. ut not. in.l. decernimus de iudi.

Archipresbyter quasi princeps ꝓsbyterorũ,qui tñ subest archidiacono: cuius ministeriũ & officiũ cũ officio archidiaconi ponitur.25. dist. plectis.Itẽ duo sunt genera archipresbyterorum scilicet ciuitatensis vt c.officii.eo.ti.& ruralis vt.c. vt singule. de offi.archipresby. secundum Hostien.

Archiflamines qui sunt vide 21. distinct.in princip.80.distinct.c.j.& penultimo.

Archimandrita est pastor ouium,vnde archimandrita sit ouiũ tibi pastor.Et ponitur pro episcopo.j. q. 7.dispensationes quasi princeps ouiũ,ab archi.idest princeps & mãdros græce quod, est ouis latine.

Archiuum publicum.i.armariũ publicum.s.vbi libri ponuntur, seu instrumẽta seu acta.Et habetur.c.de fid.instru.in authen.ad hęc.& not. 30.q.infra peruenit. Et deriuatur ab archa.Dicit enim Hiero.in prologo.hester seipsum librum leuasse de archiuis hæbreorum.

Arcarius est qui suscipit aurũ & argẽtum publicũ a possessoribus secundum Accur. in glo.C.de pon.& auri.l.j.lib.10.vel dicitur custos arce vel qui facit arcas. Et fuerũt tres arce in tribus temporibus. Vnde.

Temporibus tres esse tribus agnouimus arcas.

Prima noe,moysi fuit altera,tertia Christi.

Lege carens,sub lege manens a lege soluta.

Hanc pelagus tulit, hanc moyses:hanc spiritus almus.

Archiatri dicuntur summi medici: Vel archiatri idest militantes in inermi militia intra palatium principis. si primi gradus militiam obtinuerunt,eã dignitatem adipiscũtur quam duces & vicarii principis qui nil tamen administrauerũt

& etiam

& etiam comites primi ordinis. Et dicuntur archiatri ab arctos ideſt princeps ſecundum Accur. C. de communi & archi. lib. 12. in rub.

Area eſt fundus nudus vbi non eſt edificium. ff. de ſol. & lib. 1. qui res.

Archus eſt pons lapideus, nec appellatione arcus venit pons ligneus ff. de aqua plu. arc. l. ſupra iter.

Architectus ſeu architectum eſt princeps artificum vt fuit Zorobabel, vel principalis edificator, vel domorum tector.

Arduum factum eſt matrimonium. extra de procu. c. fi. lib. 6.

Arenga eſt apta & concors verborum ſententia quæ ponitur poſt ſalutationem in priuilegiis arduorum negociorum.

Aridi fructus qui dicantur. vide. C. de vſur. authen. ad hæc.

Ariſtoteles eſt philoſophorum princeps, vt dicit Ange. in. l. ſicut. ff. quemadmodum. ſer. amit.

Ariopagus eſt via virtutis vel eſt vicus in athenis, vbi fuit olim ſummum ſtudium.

Arreptitius, ideſt poſſeſſus demone.

Argentarij ſunt quaſi campſores, vel argentarie menſe exercitores, qui ſingulorum ſolebāt rationes ideſt calculos & inſtrumenta conficere ſcribentes accepta & data, ita quod ex ſcriptis eorum quæ erant communia, doceatur & ſciatur quantum datum ſit. & quantum acceptum, qui alias dicuntur numerarij, vt infra de. N.

Argentifodine, aurifodine, ſulphurifodine, lapidifodine, arenefodine, ſunt loca in quibus huiuſmodi res & metalla fodiuntur.

Argutus eſt ſeu dicitur ſecundum Iſido. qui cito inuenit & argumenta in loquendo. i. ſubtilis & aſtutus.

Argumentum eſt ratio rei dubie faciens fidem. de here. cum ex iniun cto. Et dicitur quaſi arguens mentem, vel quaſi argute inuentum. vt not. Bernar. in. c. forus. de verb. ſign. & notat probationem naturalem. Nam arguentis res pleruuq; noſcitur & comprobatur facit. l. 1. §. idem cornelio. ff. de q. & arg. eſt probandum quod liquido probari non poteſt. ff. de re milit. l. non omnes. §. a barbaris. Et ſunt multiplicia argumenta in iure. Vnū a contrario ſenſu qđ videlicet. ff. de offic. eius cui. mā. eſt iur. l. 1. §. huius. 25. diſt. qualis. Aliud argumentum ab alluſione vocabuli, & hoc valet negatiue. ff. ſi cer. pe. l. 2. §. appellata. & inſti. de teſta. tute. quid ſi nepotes. §. 1. Tertium arg. ab auctor. ff. ſi cer. pe. l. 2. Quartum argu. ab abſurdo. C. de tēp. in integ. reſti. l. ſi. ff. de bon. lib. l. nam abſurdū. de iureiur. quemad. de homi. c. 2 li. 6. Quintum arg. a ſortiori. ſ. Si id qđ magis videtur ineſſe nō ineſt, nec id quod minus, & econtra. C. de ſa. ſan. eccl. auth. multomagis. & c. cū marthe. §. ceterum de celeb. miſ. Sextū arg. a minori, ut ſi id quod minus videtur ineſſe ineſt, & id quod magis. c. ſi in laicus. 37. diſt. Septimum arg. a ſufficienti partiū enumeratione. ff. de lib. & poſthu. l. filius a patre. §. 1. in glo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie in patre furioſo. ſimiliter arg. a ſufficienti diuiſione videlicet. c. ſi vir & mulier de cog. ſpi. Octauum ar. a ſuperiori ad inferius valet affirmatiue, non loquendo tamen in genere & ſpecie. Nonū arg. a priuatione ad habitum valet. l. qui poteſt. ff. de re iudic. l. manumiſſiones. de iuſti. & iur. & l. decem. ff. de verb. obli. vbi per Bart. Decimum arg. a toto ad partem valet negatiue. de of fi. dele. prudentiam. in glo. uerbi circa formam. & ſic de aliis.

Arme-

Armenia uide C.de offic.magi. mili. l.ulti. & de agri.& cenſi.l.cum antea. lib.11.

Armentum eſt magnorum animaliũ vt equorum, & boum. Grex vero minorum,vt porcorum,caprarum & ouium, licet etiam large. ſumatur pro maioribus.ff. de abigeis.l. 1.in fi.& cle.1.de deci. Nam armẽta proprie dicuntur pecora gregis. inde armentarius ideſt armentorum cuſtos.

Armentarium vel armentariorum eſt locos vbi arma ponuntur.

Arma ſunt defenſoria. Et nomine armorum veniunt fuſtes, lapides, ferum, &omne illud quod manu & arcu mittitur, prout no.Bar. in c.ſicut dignum. de ho. & ſic tela comprehenduntur,licet arma proprie ſint quibus defendimur. Et ſic tela quibus impugnamur inſti. de publ. iudi.§. lex Cor. & no. in cle.ne. in agro. de ſtatu mon. in glo.ſuper verbo arma.l.annorum. ff.de verb. ſignific.Et no.quod inſultus armorum punitur, licet arma non extrahantur ac ſi extracta fuiſſent.l.4.§. armis. ver. qui accuſari.ff.de vi & vi arma. Item expilans aliquem capillis. vel extrahens barbam.non tamen ſanguis exeat,tenetur pœna decem librarum parti applicandarum. Et 20. fiſco.ut eſt tex.in c.1.§.ſi quis aliũ de pace tenen. in vſib. feu. hoc ſecundum Ludo. de Rom. in ſingulatibus ſuis.

Arma clericorum ſunt lachryme & orationes 23.q.8.clerici.& c.quibuſcunque & c.conuenior.

Armus eſt ſpatula aſſata alicuius animalis,vt in c.vnico.circa medium in uer.principis unctio. de ſac.unctio.& ibi per doc.1.Reg.9. eo.

Arenatores dicuntur qui in arenis de iecta & collapſa ſolent extrahere, & dicuntur humiles perſonę.vt C. de inceſt.nup.l.humilem.

Arra dicitur in emptione & uenditione id quod datur in teſtimonium uel ſignum uenditionis, & eſt ita de iure quod ſi ille qui dedit arrã peniteat de contractu inito,amittit arram,ſi uero uẽditor peniteat duplicatam arram debet refundere ſcilicet reſtituere quod accepit, & tantum de ſuo. Eſt autem arrarum datio argumẽtum emptionis & uenditionis,contracte. Et quod datum eſt ſub.nomine arrarũ pretio datur.uide de hoc.l.2. C. quando lic.ab emp.rece. text. & doct.

Arre ſponſalie uel ſponſalitio ſecundum Hoſti. in ſum. de ſpon.& ma. §.unde dicatur.uerſic.ſed quia arre. dicũtur donaria data inter ſpõſum & ſponſam in ſignum matrimonii contrahendi & remunerandi conſentiẽtes.Et fit hoc per uerba affirmatiua,ſcilicet.Do tibi arras iſtas,ut cum filio meo contrahas.Et he arre dicuntur ſub annuli,quia fiunt per immiſſionem annuli.iuxta illud, Annulo ſuo ſubarrauit me, ut patet per eundem.§. quod ſunt ſpecies.

Arreſtare eſt aliquẽ uel bona ſua per mãdatum iudicis impedire,ne moueatur a loco donec conquerenti reſpondeat,ut c.2.de cri.fal.& l.relegatorũ.ff.de interdict.& relega.

Arrogare eſt aliquem qui ſui iuris eſt in filium recipere, inde arrogatus filius dicitur ille qui ſic aſſumitur in filium. Et ſic arrogator eſt pater qui accipit aliquem hoc modo in filium.Et eſt differẽtia inter arrogationẽ & adoptionem, quia ille adoptatur qui non eſt ſui iuris ſed alterius poteſtati ſubiectus ut ſupra uiſum eſt.Sed arrogatur ille qui primo ſui iuris eſt, & per arrogationem tranſit in poteſtatem patris

tris.s.arrogatoris. Vnde arrogo q. suus est,sed habet meus esse necesse. Patris adopto suum, sed patris permanet idem. De hoc de cog.le. c.vnico.in glo.j. Item arrogare in alia significatio.i. ascribere. Vnde dicitur arrogans quasi omnia sibi scribens. Inde arrogantia,id est superbia. Differūt tamē, quia supbia est inanis gloria de eo quod quis habet,vt sunt Philosophi, Legiste, & alij sufficientes in arte sua. Sed arrogantia est inanis gloria de eo quod quis non habet, vt cum quis credit se scire quę tamen nescit.

Articulus est pars intentionis continens illud quod actor probare intendit facit c.veniens.2.de testi.& glo.in c.præsentium §.testes. eod. ti.lib.6. Et articuli dicuntur capitula in iudicio probanda.eo.ti.per tuas. Et quandoque assertiones, & quandoq; intentiones.c. ex parte. A.in fine.de testi.& 6.q. vlt. actor. & not.Panor.in c.cum dilectus de fide instrumento.

Ars dicitur scientia, iuris ciuilis. in proœmio.ff.circa princi.§. quibus §.sed cum vos.

Ars magica est legibus odiosa.C.de thesau.l.unica.lib.10.

Ars mortifera & odibilis est ars balistariorum & sagittariorum. extra de sagitta.c.j.

Ars est collectio præceptorum. insti.de insti.& in §.iuris præcepta. Vel ars secundū Porphy. est de infinitis sumpta doctrina.no.ff. de iusti.& iure.l.j. super ver.ars. Item ars quàndoque sumitur in malam partem,ut C.de his qui ad sta.confu.l.j.& ideo dicitur arte, id est dolo.22.q.5. quæcunq;.

Artifex quid sit,& nomina diuersorum artificum vide tex. iuncta.gl. que exponit significata eorum in l.j.C.de excusa. artifi. lib.10.

Artemona, id est quod retro ponitur adnauim gubernandam l.malum. ff.de verbo.signifi.& Bal.in l.precibus.in 7.col.C.de impube. & aliis substitu.

D ANTE S.

As dicitur tota hæreditas vel quicquid in 12.partes diuidi potest. In asse autem cominentur certere, partes, scilicet quarum 12. quælibet habet proprium uocabulum. Sunt enim ista nomina 12. partium assis.Vncia sescunx,& est uncia cum semiuncia. Sextans, quia sextans partē significat, id est duas vncias. Quadrans, quatuor vncias significat. Triens,tres vncie.Quincunx quinque semis.Septunx.bes, dodrans,dextans deunx,as. De quibus omnibus require loco suo, & insti.de hære.insti.§.hæreditas, & in glo.versicu. sescunx. As tamen aliter in pōderibus idem est quòd vnum. Etiam ponitur pro obolo, Vnde versus. As obolus pondus as est possessio tota.

Assassini fuerunt quidam infideles quæ ex quibusdam falsis opinionibus nitebantur ad occidendum, christianos,cōtra quos statute fuerunt pœnæ grauissime.extra de homi.c.pro humani.lib.6.

Assolatus, id est ad terram reddactus & inuenitur in Nathan in propheta.

Assertio secundum Azo.in sum.de assert.tollen.erat quoddam vanū,& friuolū iudicium quorūdā qui dicebantur assertores, eo quòd asserebāt eum liberum qui erat seruus.

Asseuerare & profiteri quomodo differāt,vide C.de prob.l.non nudis.

Asta fiscalia est venditio quæ fit a fisco subhastatione. Qnādoque autem fiebat hastatio cum dicebatur per præconē. Qui plus dederit intra mensem ille rem habebit, licet

ergo

ergo intra mensem aliter venderetur,tñ admittebat adiectio ītra certum tēpus vt C.de fide instr.& iure haste fiscalis.& de adiectio.l.j.Si aut.cum ipso emptore conuentum esset vt posset dare plus offerenti, esset pactum in diem adiectiōis,vt ibidem.in gl.l.tempora.

Astruere est affirmare asserere,vel assimilare de cau.pos.& proprie.cū eccleſia.& etiam est probare.de hære.cum ex iniuncto.

Assistere.i.cum aliis esse.C.de aduo. diuer.iudi.l.vlti.& ibi not.

Assisterium est locus vel domus sanctimonialium, sicut monasterium monachorū in quo seruiūt Deo, & tex. in auth.nouo iure C.de cust. reo.Item assisteria est illa qui prę est assisterio, quia ipsa cure aliarum assistit principaliter.Et secundum quosdam Azo. videtur exponere assisterias.i.seminarum debilium in statrices.in sum.C.de epis. & cle.§. nunc de orphanorophis. Vel assisteria.i.recluſa,ab assistendo,quia quotidie assistit orationi. Item assisterium apud grecos est locus in quo vnus sacerdos,quinq; acolyti,quinq; mulieres quę assistere dicunt,sūt manētes,vt xxvii. q.ij.si quis rapuerit.in glo.

Assistrix i.ancilla domine assistens ad seruiendum.

Assidue qualiter intelligatur vide extra de præben.c.significatum.& de offic.archipres.c.j.

Assisij dicuntur qui continue seruiūt in eccleſia,& dicuntur quasi asini, quia quotidie portant pondus diei & estus.c.i.de deci.vel dicūtur quasi assassini sicut enim illi exponūt se morti obediendo & in malum pro dominis, vt in c.pro humani. de homi.li.vj.sic ēt isti ducēdo mulierculas do. suis canonicis, quod quā pestiferū sit,legitur in auth.de leno.col.ij.& sicut illi corporū,sic & isti aīarum assassini dicunt.no. inno.& Io.An.in c.cum ad hæc de cle.non residen.et ibidē Abb.in gl. pe.ī ver.si asisij.& ē pessimum genꝰ homicidarum assassinꝰ,& vnde dicatur assassinus vide no. per Archi.in d.c.ꝓp humani.de hom.li.vj.

Ascriptitius glebe dicit ille qui ascriptus est glebe fundo,siue solo terræ, & astrictus per scripturam in qua permittit domino soli se nunquam a solo discedere. Et ex illa scriptura ascriptitius constituitur, sed tamen per eam solum non probatur,imo secundum Az. & Host. aliquando scriptura est necessaria, in qua confiteatur se esse ascriptitium.Et a gleba quā collit,nec uolens recedere permittitur, nec inuitus potest compelli ad recedēdum,nec sine gleba potest alienari.Et sic idem sunt ascriptitius, & partiarius.Inter ascriptitios glebe & originarios colonos quidā hanc dicunt esse differētiā, quia ascriptitij īherēt glebe,vt sine gleba non trāsferantur.Sed coloni originarij non sic inherent prædii quin qñq; sine ꝓdiis dñs fundi possit eos mutare & trāsferre ab uno predio in aliud.Itē inter seruos, & ascriptitios secundum Azo.& Host. pene nulla est differētia.C.de agr.& cēsi.l.ne diutius.lib.xj.Ideo aūt dicitur notanter pene,quia seruus pōt uendi sine peculio, sed ascriptitius nunquā sine solo. Itē ascriptitij in ꝑdijs in quibus ascripti sunt,cōtra dñi volūtatē ordinari possunt, & matrimoniū cōtrahere.ut in auth. de san.epis.§.ascriptitius.col.9.serui vero non.C.de epi.& cle.l.iubemus.insti. in persona.§.j.& ibi gl. in verbo aut seruo. libet secūdum, canones si cōtrahant matrimoniū tenet.Et ascriptitij quia tenent colere

lere terram, dicuntur coloni. Et quia ascriptitij deputati sunt ad hæc facienda, ex conditione sua dicuntur ascriptitij. Et quia ex sui origine, vel patrum, vel auorum suorum ita adhærent glebe ut sine gleba vendi non possint, nec gleba sine illis, ideo dicuntur originarij. Require agricola. & infra colonus.

Assignare sit nudis verbis testamento vel codicillis ff. de uer. sig. assignare & ff. de assig. li. l. j. §. assignare. Et no. Ange. in c. appellatio. de appel. lib. 6. in glo. fi.

Assignatius libertus, require infra libertus.

Assecla, id est seruus, eo quod sequatur aliquem causa lucri secundum Isido. lib. 10. ethimo.

Assessor dicitur quasi assidens iudici in cognitione causarum, suũ præbens consilium iudici, qui alio nomine dicitur officialis iudicis, & consiliarius. Item dicitur domesticus iudicis, de hoc vide Azon. in sum. C. eo. tit. qui videtur ponere differentiam inter assessorem, & domesticum iudicis, & causidicum. & Accur. C. de domest. & protec. in rub. lib. 12.

Assidei sunt Iudei qui semper cultui diuino insidebant.

Assellare est opus naturæ facere, ut dicitur, dũ assellaret, emisit ĩtestina.

Astute. i. malitiose C. de leg. j. l. 2.

Astutia est cum aliquis ad assequendum aliquid siue bonum siue malum falsis viis & simulatis vtitur, vnde propriæ accipitur in malum non enim oportet etiam ad bonũ finem vti falsis vijs uel simulatis 2. Cor. 4. Addicemus occulta dedecoris non ambulantes in astutia, neq; adulterantes verbum dei. & ad hoc facit philosophus sexto ethimo.

De A ante T.

Athleta dicitur propugil. exemplum ponit Bal. ĩ l. athletas ff. de his qui no. infa. in illis qui se armant in bello. vel in ludo gladiatorum. & ad hoc quòd athleta habeat immunitatem tanquam victor, requirũtur tria. Primo quod a tenera etate fuerit in arte pugnandi. Secundo quòd habuerit tres coronas victorie, & unam ad minus in aluearoma. Tertio quod obtinuerit aduersariis in corruptis. ita Bar. in l. j. c. de athle. li. 10. & ille tex. fac t pro trina examinatione fienda antequam quis doctorem & trinam approbationẽ debet reportare secundum Bar. ibidem. quem refert Abb. in c. cum secundum apostolũ de præben. nu. 7. & in c. quando venerabilis. de excep. in prin.

Athlete secundum Accur. dicũtur qui sine mercede gratia virtutum pugnabant, vt ff. de infa. l. athletas. & C. de athle. in prin. lib. 10.

Atauus est pater abaui, & atauia est mater abauie.

Atnepos & atnepotis est filius vel filia abnepotis abneptis, vnde est auus est proauus abauus atauus tritauusq;. Et sic inde venit nepos pro. ab. at. tri. suscipit hæc vox.

Attritus est afflictus, consumptus, exhaustus, imbecillis vel sessus.

At dictio aduersatiua est, vel supabundat, vt in auth. de trien. & se §. & quod sæpe. Aliquando at ponitur pro certe, vt instit. de fidu. tu. §. j. & de re. diui. §. insula & qui. alie. li. §. at contra.

Atq; pro sicut ponitur ff. de iure do. l. si pater mulieris, si pars hær. pe. l. illud & quemadmod. ser. amit. l. non satis §. si ego. Aliquando ponitur atque pro id est ff. de admini. tuto. l. prima. in prin. Aliquãdo pro sed. ff. de nego. gest. l. cum alicui

cui.§.j. Aliquando in eſt perinde. ff.de pact.l.item quia.

Attilianus tutor dicitur ſecundum Azo. in ſum. inſti. eo. titu. quia olim ex lege attilia Romę cõmittebatur datio tutoris prætori vrbano & maiori parti tribunorum plebis. item prouincijs pręſidentibus eorum eſt.l.iulia.& titia, vt ibi videtur.

Atornati dicũtur procuratores apud acta conſtituti,in c.vnico.de ſtatu mona.lib.6.§.porro.

Atrox, id eſt immiſericors vel crudelis, quaſi acris ſit moribus ſecundum Iſido.lib.5.

Atriary ſunt ſerui ſiue cuſtodes atrij eo ijdem dicuntur etiam etrienſes.

Atteſtationes ſunt dicta teſtium vel teſtimonia ordine iuris in ſcriptis redacta.

Attonitus media breui.eſt eleuatꝰ vel quaſi quodam pauore concuſſus.

Atqui ponit pro certe, vt atqui pro ſed certe. inſti.de fi. tu. circa medium.ff.de offi prẽto.l.barbarius. verſi.atqui verum eſt.

DE A ANTE V.

Auarus appellatur cecus & ambitioſus c. quorundam. de elec. lib. 6. quia excecatur eius animus vt agẽda non videat,& a prohibitis non declinet .l.7.diſt. virum.& c.ſicut hi.& differentia inter auarum,largum & prodigum,habetur de conſue.ex parte.

Autoritas & conſenſus tutorum & curatorum,require intra tutor & curator.

Autoritas præſtanda no. ſecundum Azo.in ſum.C. de autor. præſtan. Autoritatem præſtare eſt cũ quis dicat ſe approbare id quod agitur.hoc eſt authorem fieri. Præſtare auctoritatem poteſt quilibet tutor in rebus minoris ad quam ſpectat periculum adminiſtrationis. Et autoritas videtur idẽ qđ cõſenſus legitimorum tutorũ & curatorum.Et differentiam inter auctoritatem & ptãtem vide per Hoſt.in ſum.de ſacra vnctione §. refert autem. Item de autoritate doctorũ ſanctorum habetur diſt.15. c.vlti. & gl.in c. ſicut veterũ. diſt.9. vbi dicitur quod inter iſtos tres,Auguſtinum,Hiero. & Gregorium Auguſtino magis credendum eſt in diſputationibus, Hieronymo in hiſtorijs & tranſlationibus,&Gregorio in moralibus, quia non oẽs in omnibus, ſed certi p certa &c. C.de vet.iur.enu.l.j.ver. quia nõ.

Autoritates diuinæ ſcripturæ ſunt approbate,& poſſunt tãquam leges allegari in cauſis, ita Fely. in c.ex parte.in antepe.col.ver. autoritates diuinæ ſcripturæ. & idem Fel. in c.qualiter & quando l. 2. col.j. de cauſa.& adde quod dictũ vnius ſancti munitum autoritate ueteris vel noui teſtamenti præfertur deciſiõi papali.ita d cit gl in c. de libellis 22.diſt. qua exclamat Pan.ĩ d.c.qualiter & quando.de accu.

Autorizare eſt cingulo militem, aut ordinibus clericum decorare, vel ordinare.

Audax dicitur qui nihil metuit, & ſumitur propriæ pro arrogante. Et ita dicuntur audaces facientes cõtra ius.in auth.de admin.tut.circa prin.col.8. Quandoq; ſumit in bona parte 8.q.j.audacter.in prin.32 q.5.ſi Paulus.verſi.caue quæſo.

Audacia idem eſt quòd temeritas, & accipitur in malo 2. de cen. lib.6. diſt.4.factæ ſunt.& no.Archid.c.2. præalle.in glo.2.

Auditorium eſt forum cauſarum,vel locus in quo cauſæ audiuntur.Sed tamen recte poteſt dici auditoriũ magiſtrorum vbi diſputant,& non

magiſtri forus ſed iudicis,cũ in ab curia papę vocetur, & dicitur audiendo.

Audientia licet etiã taliter capiatur proprie tamen magis dicitur eſſe facultas & poteſtas loquendi corã ſuperiore alicui conceſſa prout dicimus,data eſt illi audientia, vel denegata eſt ei cõis audientia. Et denegatur audiẽtia in quatuor casibus.& eſt gl.in verſic.audientia. 30.diſt.in nomine domini.

Auditus exponitur,id eſt conſenſus in aut.vt imo.ante.nup.do. col.5.

Audiens,id eſt obediens.ff.de arbi.l. ex compromiſſo.& de ædil.edic.l. etiam dum.

Auditor in curia papę vocatur qui vice iudices alicuius cauſam vel cauſas audit.in clemen.auditor.de de reſcrip.

Auditor cameræ papę dicitur qui audit negotia ſuper theſauro papæ, & ſuper his quę ad cameram papę pertinent.

Auditor contradictoriarum dicitur in curia papę,qui audit impetrantes reſcripta ad lites vel aliter ad ius cõmunes pertinẽtes gratias.

Aucupium dicitur locus aptus ad capiendum aues,vel a rete vel virga viſcata,vel tugurium ad hoc præparatũ. An aucupare liceat in fundo alieno.ff.de ſer.ruſti.prędi.l.diuus, & inſti.de re.diui.§.fere.

Auertere .i.tradere.C. de nauicu.l. cum nauicularium.li.xi.

Auſcultare, id eſt obedire,attendere & audire mandatum cum effectu vt in cap. illud.de maior. & obedi. in gloſſ.

Auſpitium iuris idem quod exordiũ litis ſecundũ Ber. in c. paſtoralis, de cau poſſ.& propri.in glo.i. Sed ſecundum Alber.& alios auſpitiũ. i.augurium,quaſi auis garrium,vt 26.q.3.c.i.quia ſicut ille qui ſe cõmittit augurio.i. diuinationi quæ fit in garritu auium,dubius eſt,ita ille dubius eſt qui ſe committit liti. Quare dominus catho. in.l.2. C.de bono.poſ.ſecundum tabu.q melior lex quæ ſit corpore iuris, eſt illa. Cauete a litigando, ſaltem pro uobis,quia dubius eſt litis euẽtus pro aliis autem litigare ſæpe iucundum & lucroſum eſt.

Aureus, id eſt ſolidus.inſti.de pe.teme.litigan.§.fi.& 77.aurei faciũt libram auri.C.de ſuſcep.& arca.l. quoties.& no.de in ius voc.l.fi.& C.de ſer.fugi.l.quicunq;.ſed x.aurei faciunt libram argenti. C. de argen.pre.quod infer.l.i.lib.x.

Aurum coronariũ dicebatur quod cõferebatur ad coronationes principũ, vel quod coronarũ faciẽdarũ noie, preſtabatur quę in tẽplo pẽdentes a Tito & Veſpaſiano ſub late ſunt. Alii dicunt coronarũ illud eſſe qd dabatur athletis ,put no.Azo.de auro corona. C. lib.x.

Aurum publicum eſt quod pertinet ad erarium fiſci.C.de au.pub.perſe.id eſt doctoribus.lib.x.

Auia eſt mater parentum, & auus eſt pater parentum.

Auunculus eſt frater matris.& auunculus magnus eſt frater auie. inde pro auunculus frater pro auie. & abauunculus frater abauie.

Aruſpex eſt inſpector momentorũ vel horarum quo puncto aliquid ſit inchoandum,& dicitur ab auis & inſpicio ita dicit gl.in l. nullus aruſpex.C.de male.& mathe . Sed verius eſt aure inſpector ab aura & inſpicio.Nam augur dicitur qui ex garetu auium prænoſticare prę ſumit.Et ariolus qui aris. i.altaribus demonum deſeruit.vt eſt gl.in l.nemo.eod.tit.vbi de incantatoribus,vatibus caldeis & magicis omnibusq; maleficiis dicitur.Si ineat

omnis

omnis perpetuo diuinandi curiosi tas,etenim suppliciū capitis feret gladio vltore prostatus.Et dicit ti bi gl.quod cremabitur vel dentibus ferarum dabitur dilacerādus. sed iniuriarum nō tenetur qui ali quem dixit furem in diuinando.ff. de iniu.l.item apud ad labeonē §. siquis astrologus.Nā dicit ibi tex. si quis astrologus vel qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur consultus aliquem furem dixisset qui non erat,iniuriarum agi,cū eo non pōt.Ratio gl.ibidem quia nō dolo sed artis sue causa facit.

Autenticum est liber iuris ciuilis excerptus quasi quædam sumula ex aliis legalib libris cōtinē.11.colla tiones. & 11. partes principale. Sed autentica authentice est lex vel.§.incorporatus in libro codicis.& ergo semper allegatur authentica.C. tit.tali vel tali. vt C. de episco.& cleri.authen. generaliter.& sic additur ti. sed non addi tur numerus colla.

Autentica persona quæ dicatur, vide not.per Archid.extra de elect. c.licet canon.

Autentica scriptura quę sit vide extra de side instru.c.1.& 2.per Bart. Inno.& Hostien.

Aut quādoq; ponitur disiunctiue, vt quādo altero posito necesse est alterū tolli,vt cum dicitur dies aut nox.Quādoq; etiā ponitur copulatiue pro &. Nā quādoq; sumus in materia in qua requiritur vtrunq; extremorum per talē disiunctiuā cōiunctorum,vt in c.si post pręsti tum.de confes.lib.6. de hac dictione habes in auth.si quādo.C.de cō sti.pecu.& l.cum quidam.ff.de verbo.sig.& cle.sæpe.eod. titu.2.q.v. omnibus in gloss.2.20.q.1. monachus.& c.cū virū.de reg.l. vl.ff.de verbo.signific.Sed autem aduersatur in facto & in re.ff.de nego.gesti. si autem & qualiter accipiatur autem,vide Bar.& doct. in l. hoc amplius.§.de his.ff.de dam.infect. Et qualiter capiatur aut, vide Archi.47.distin.c.i.

Auellere est auferre violenter vel extirpare,vt.ff.de incen.rui.nau.l.3. §.non solum.

Aurifodina est locus vbi foditur aurum. Sed aurificina est locus in quo fabricatur aurum.

Aurifex est qui operatur aliquid de de auro sicut aurifaber.

Auricularius est consiliarius vel secretarius cui solent secreta domini committi.

Aurichalcum dicitur secundum Isido.quod splendorem habet auri, & duriciam eris.

Aurigenerij vel auricentenari. not. C.de cur.pu.l. quoniam li.12.

Auster, id est feruor spiritusancti in li.de propri.re.ca. scholarum aut. 3.vlt. Aliquando sumitur pro vento australi.Regina austri venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis.8.q.i.vereor.

Auxaria secreta nemoris dicta sunt, eo q; ibi frequentat aues secundum Isido.17.ethimolo.cap.6.Inde venit impensatio auxiaria. C. de fun.patri.l.2.lib.11.

Auxilium iuris est suffragium & beneficium iuris prout dicitur contra hæc prodita sunt iuris auxilia. vide de hoc.ff.ad Sil.l.cum dominus. Frustra auxilium legis inuocat qui committit in legem.ff. de mino.l.auxilium.de vsur. cap. quia frustra. Et tantum de litera. A.

DE B ANTE A.

BARBVRTVS vel barbosus idē est q; stultus vel hebes, & babigor idem.

Batulare idem est q; oportare.

Balanus genus est glandis l. carbonũ ff.de verb.sign licet aliqui ibidem legem mendose ballarijs. Acron. vero scribit Balannum esse herbã vnguentariam, & abhoratio pro vnguento mirabolano posità Balonus etiam nomen est vrbis in epiro, vt refert Strabo.

Balucla est publica vtilitas, uel est vas luteum C.de metal. lib.10.secundum Accur.

Ballinus officium domini temporalis.vt C.de sen.excom.dilecto. lib. 6.& in cle.j.de pœn.

Balbus dicitur balbutiẽs, uel titubãs qui verba non explicat,sed frãgit, a balbando dictus.Sed blesus dicitur qui literas imperfecte ꝓfert.

Bannum secundum vulgare gallicorum & lombardorum videtur esse ædictum publicum iuxta illud qd dicit Rayn.c.quod clericis. de fo. compe.quod prẽco Parisiensis nũtiat bannum nomine epi a rege.

Bannire secundum dicta vulgarium videtur idem esse quod proscribere, & dicitur bannitus quasi proscriptus de ciuitate. ut in proem. digestorum.

Bannitorium est locus causarum,alias panditorium.

Baptismus est ablutio corporis exterior facta subordinata forma. de co se.dist.4.c. necessarium. & per totam dist. De triplici baptismo vide ibidem.in c. baptismi vicem.

Baptismus est triplex fluminis quæ quotidie vtuntur,quod prodest tã adultis quam paruulis c. maiores. de baptis. baptismus spiritusancti qui inuisibiliter baptizat cor interius in c.debitum. de baptis. & in c.per aquam.de consecra.dist.in.4. prodest adultis tantum qui in charitate & fide christiana decesserũt non autem prodest paruulis, quia cum ipsi non sentiant,non habent christianam fidem nec charitatẽ. & de isto baptismo potuisset procedere opinio illorum hęreticorũ asserentium paruulis baptismum non prodesse.in præalle.cap.maiores.Baptismus sanguinis est quando aliquis occiditur pro fide christiana,& ista fides prodest tã adultis quam paruulis ex quo nõ contempserunt baptismum fluminis, exemplum est in sanctis innocentibus.Latro vero in cruce non fuit baptizatus baptismo sanguinis, quia non pro fide christiana, sed pro suo demerito fuit cruci affixus,sed fuit baptizatus baptismo flaminis propter fidem quam habuit in Christo.vt in c.fi. de pe.di. 7.Panor.in c.apostolicam. de presby. non bapti. Barbari sunt quo extra Romanum Imperiũ sunt & maxime hostes.instit.in proemio.

Bartolus lucerna iuris ciuilis,sic eum appellat Ang.in l.j.c. de iudi. De aut.Bar.vide pulchre per do. Frã. de curte.in repet.l. admonendi.in j.col ff.de iureiuran.& per do. Ias. in l.j.ff.si ce .peta.

Basilica dicitur palatium regis, & inde dicitur quælibet ecclesia basilica,quia est palatium regis æterni. De hoc per Archi. 62. dist. non oportet 2.& ibi concordã.Adde qd basilica dicitur ecclesia cõstructa antequam sit consecrata, post consecrationem uero ecclesia no.Ioã. and.in c.nobis supra in vero ecclesiam.de iure patro.

Bastangarij secundum quosdam dicũtur quasi bestie angarie, eo quòd rusticos angariabant id est angebant ad quamtam bestiam prẽstandam.vt C.de nutri.l.quod ad præsens lib.11.& secundum Accur.bestangarij sunt de domo principis quasi bestigarij primo modo, uel quasi festatores animalium secun-

do

do modo aliter ueſtatores.

Baſes dicũtur orbiculi illi in quibus vaſa in menſis collocantur, netoralia polluantur, quorum meminit Iaco. in l. hæres meus §. pe. ff. de lega. 3. quamuis apud iureconſ uerba mendoſe circumferantur, ſunt & alie maiores, ut ſeſſiones ſtatuarum, columnam ſeu ſtatuarũ ſunt & fabricarum quę a fundo cõſurgunt & ſuppoſite fabrice ſuſtinẽt pondus: de his intellexit Pompo. in pe. ff. de verbo. ſigni.

Bariona id eſt filius columbe. ita dictus fuit Sanctus Petrus diſt. 9. ita dominus & Mat. 16.

Bariles dicũtur vaſa ſicut in alpibus ſolent haberi.

De B ante E.

Commodatum est alicuius certe rei ad aliquem specialem vsum gratuita facta concessio. Ad certum tempus tacitum vel expressum secundum Io. an. in. c. vnico. de comin. & differ. a precario per vsum specialem, item precarium non potest reuocari nisi tempore expleto, sed commodatum non potest reuocari nisi expleto vsu ad quem datur. Item commodatum solum in mobilibus reperitur precarium vero etiam in immobilib. insti. quib. mod. contrahi. obli. §. item cui res. ver. commodata aũt res. Et dicitur facta concessio, non autem translatio, quia is qui commodat, dominũ possidet, proprietatem retinet. ff. eo. titu. l. rei commodate. Dicitur gratuita, quia nulla merces interueniret, tunc res transiret in locationem, vel in contractum innominatum do, vt facias. institu. locati. §. i. & mandati. §. vltimo.

Commodare est rem ad vsum alicuius quandiu velit concedere.

Commodatarius est ille cui res aliqua datur vtenda, videlicet ipsum cõmodatum.

Commodati actio. require supra actio commodati.

Commodum secundum Isido. libr. v. est illud quod est nostri iuris, & etiam ad alios temporaliter translatum est cum modo temporis, quandiu apud eos sit, vnde commodum dicitur etiam alio nomine commodatum.

Commercium ſcdm Iſid.lib.v.eſt deriuatũ a mercib.quas res venales nũcupamus,vñ mercatus dicit cetus multorũ q̃ res emerevel vẽdere ſolẽt,& eſt cõmerciũ quaſi commutatio merciũ.Etiã, dicit copula, dicendo,carnale commercium.

Comeſtor vel comeſſor idẽ eſt quod guloſus.

Comminationes ſunt mine per iudicẽ inpoſite,nec tamen habent autoritatem rei iudica.ſecundũ Azo.

Communi diui. ſecundũ Iſid.li.5.eſt inter eos quib.res cõis eſt q̃ actio iubet poſtulãtibus his arbitriũ dari cuius arbitratur diuidatur.Require ſupra actio cõmuni diuidun.

Communia prædiorum.Require infra prædium.

Communia de vſucapionib.Require infra vſucapio.

Communia de ſucceſſionibus.Require infra ſucceſſio,& inuenies.

Commeatus dicitur licentiariusvel recõmẽdatio ſeu remuneratio ipſis licentiatis tempore licẽtiature facta,vt ĩ epiſtola Alex.mag.& Ariſ. legit.& eſt quod vulgo dicitur cõductus lib.i.tranſitus a cõmeando deſcendens, vt ibi dicitur optimis nos ſuſceperunt commeatibus.

Comedia.i.villana locutio,vt in gl.c. non li.ha.metr.lo.ſua ad extraneã conferre.in rubr.lib.11.Item eſt dignitas, ſed ſecundũ Donatũ eſt ruſticana laus ſiue cantilena.a come ideſt villa,& ode.i.cantus.

Comendatitie litere ſunt dimiſſorie quibus clericus dimittitur & abſoluitur a poteſtate ſui epiſcopi,in quibus perhibetur de vita & in ordinibus illius teſtimonium.

Comparatiuus capitur interdũ propoſitiuo.vt latius.i.late.c.auaritie de elec.lib.6.ſimiliter.c.licet proce.fi.de accu.ibi,potius,& c.ſi pignoratiões.de iniur.ibi diſtrictius ideſt diſtricte. Sicut interdũ poſitiuus capitur ,p cõparatiuo, vt in ẽpo 117. Bonum eſt confidere in dño,quã in homine.Bonũ eſt ſperare in deo &c.ibi bonũ.i.melius.

Compendioſa hæc dictio ſignificat ſubſtitutionẽ quæ ſub cõditione mortis alia multa cõplectitur tempora ſeu longum tempus: quod dicitur poſt puberem etatem.Et dicitur ideo cõpendioſa,quia ſub verborum compendio plura complectitur tempora, & quãdoq; plures ſubſtitutiones. facit.l.meuius. §. duorum ibi orationis compendio ff.de leg.2.& l.precibus.C.de impub.& ali.ſubſti.Et hoc prout adaptatur illud ſignificatũ, quia poteſt ad alia adaptari,vt aliter ſignificet prout verbum cui adaptaretur ſignificare dictaret.vide infra ſubſtitutio compendioſa.

Competere dicitur cum ius eſt ad petendum illud quod petitur.not.in gloſ.ff.de dã.infe.l.in prin.Item competit exponitur.i.cõuenit, vt in auten.de equal.dot.§.quia vero & ff.ad velle.l.he actiones.

Competenter not. gl.24.q.4.votũ & vide quod not.de verb.ſigni c.fin. libr.6.ſuper verbo contempſerit.

Compilator ſecundum Iſido.lib.10. eſt ille qui aliena dicta ſuis permiſcet. Et ſic ſolent pigmentarij in pictura diuerſa mixta confundere.Vnde illud Hora.Pictorib. atq; poetis.Quidlibet audiẽdi ſemper fuit equa ptãs. hoc ſcelere quondam accuſabatur Mantuanus ille vates cum quoſdam verſus Homeri transferens ſuis permiſcuiſſet, & cum compilator veterum ab emulis diceretur, ille reſpondit magnarum eſſe virium: clauã a manu Herculis extorquere.

Complures qui dicantur, vid. Bart. in l.j.C.ſi rector prouincie.

Con-

Conclusio est terminus exclusiuus p bationum & allegat. Pan. in cap. cum dilectus. de fi. instru. in fin.

Concubina sumitur dueb. modis. Primo dicitur illa quãquis cognoscit fornicatio affectu, & talis non impedit ordinis promotionẽ. Secundo dicitur illa quã aliquis cognoscit vxorio siue materiali affectu: & talis impedit ꝓmouendum ad sacros ordines. 33. distin. si quis de laicis. de præsum. c. illud de claud. despon. per totum. Item concubina secundũ Azo. in sum. eo. ti. constituitur sola intentione animi, & ab eo q̃q; qui nõ põt vxorẽ ducere, vt ecce p̃ses mulierẽ oriũdã de ꝓuincia non duceret vxorẽ, tñ p̃t habere concubinã. Potest autem secundum leges: vt ipse Azo. dicit eas solas habere mulieres siue metu criminis, in quibus stuprũ non committitur: sicut in virgine, vidua, & minore. 25. annis. in quibus stuprum: committitur.

Concubinatus est crimen mere ecclesiasticũ, vnde debet puniri per iudicem ecclesiasticum, nõ p̃ secularem Feli. c. ecclesia sancte Marie. in col. l. alias 44. ver. 17. constitu. Adde quòd crimen concubinatus non debet puniri per iudicem secularem, quia secundum leges nõ est crimen. l. in concubinatu. ff. de concu. & de hoc tãtum cognoscit ecclesia, secundum omnes scribentes. Fed. de senis consi. suo. clii. Ioan. in reg. sine culpa. de reg. iu. in vi. & Abb. in rub. de adul. & in. c. per venerabilem. 12. col. qui fi. sint legit. & in. c. cum venissent. de inst. in fi.

Conclaue dicitur cella vel thalamus secretus ad quem per multas claues venitur. vide gl. in verbo conclaue. l. quod conclaue. ff. de dam. infe. & ideo in electione papæ cardinales intrant conclaue.

Confessio facta alicui de aliqua re, respicit personam cui fit. non autẽ ipsa rem, adeo quòd finitur morte ipsius cuius facta est, nec ad hæredes eius transmittitur, nisi in ipsa cõfessione fiat mẽtio de hęredib. l. cum seruus. §. si quis. ff. de leg. j.

Confirmatio est iuris prius habiti corroboratio, vt colligitur de fi. inst. c. inter dilectos. Alio modo est sacramentorum administratio, scilicet in fronte chrismatis assignatio. Et sit confirmatio primo modo dicta his verbis. Confirmamus te sicut rite possides, vt sicut siue prauitate facta est electio, vel sicut prouide facta est.

Confirmare, est alicui iuri vel facto firmitatem præstare.

Coniectura est verisimilis ratio suspitionem inducens, non de necessitate personam vincens.

Coniunctio quandoq; ponitur disiunctione, vt cum dicitur mihi heredíq; meo. ff. de ver. sig. l. coniuncti & disiunctio quandoq; pro coniũctione, vt ff. eo. l. sæpe.

Concurbita est verbum iniurio sum, vt not. ff. de his qui. vt indi. l. sed inimicitiæ. in glo. Alias est concurbita, & cito crescit, nec videt quo inst. de re. di. §. preterea.

Conditio est dispõnis suspẽsio ex euẽtu incerto futuro ei appositum: in quem euentu eius dispositionis facta est collatio. ff. si cer. pe. l. itaq; v. g. pro mitto, vel lego, si titius fuerit consul. hæc dispositio est conditionalis, est incerto appositio, si titius &c. Et per hoc dispositionis vel legati fit suspensio, & eueniente casu quo titius fit consul purificatur, & non plus suspenditur. insti. de verb. sig. §. ex conditionali. & ff. de condi. demon. per totum Potest autem capi cõditio dupli-

ter. Vno modo pro temporis ſuſpenſione quod ſolet apponi in cõtractibus, aut vltimis volũtatibus. de quo in titu. prẽal. de condit. & demon. & in tit. de condit. inſtitutionum. Secundo modo quando aliquid ſolutum eſt, & illud intendimus repetere, & appellatur condictio quaſi ſoluti repetit. de iſta tractatur in tit. de condit. ob cau. data, & in tit. ſeq. & de ſui natura non ſolet dari dño quia repetitio præſupponit, dominium eſſe tranſlatum. l. ſi. ff. de vſufru. ea re, quæ vſu conſu. Et hæc conditio principaliter eſt duplex, vna generalis concurrens cum quacunq; actione ex qua certum petitur. l. certi cõdictio. ff. ſi cer. pet. Alia eſt quæ diuiditur in multa membra. ſ. in condit. ob cauſam ob turpem cauſam ĩdebiti, ſine cauſa furtiua &c. de quibus omnibus infra dicetur. Et nota cõditio differt a modo & a cauſa, & a demonſtratione, ſm gl. in rub. ff. de condit. & demon.

Conditio eſt legati cuius defuturo de defectus ſeu confirmatio pendet ſuſpenſio. & ibi legati ponitur exemplariter, & ſic non reſtringit quin conueniat alijs a legato, quia exempla non reſtringunt regulam. l. damni infecti ſtipulatio. ff. de dam. infect. Bar. ſic diffinit. Conditio eſt quædam euentus futurus in quem diſpoſitio ſuſpendi tur. & intelligitur de euentu in facto vel in re. l. mulrũ intereſt de condi. & demon. ſiue conditionis affirmatiue vel negatiue l. in teſtamento eod. titu. Et dicit futurus, quia de preterito & præſenti proprie non eſt conditio, quia non ſuſpendit l. cũ ad præſens, cum duabus ſeq. ff. ſi cert. peta. Bal. vero ſic diffinit. Et adiectio quedam per q̃ diſpoſitũ habet in ſui eſſe pendentiam, exiſtentiã vel defectum. Et hæc generalis eſt ad omnẽ conditionẽ inductiuam, & extinctiuam, de præterito præſenti, vel futuro. Petrus de Peruſio ſic diffinit. Conditio eſt verborũ adiectio in futurum ſuſpendentiũ, ſecundũ quam diſponens vult depoſitũ regulari. Significatur autẽ conditio per dictionẽ ſi, vt in exemplo, lego ſi titius fuerit conſul. Item per aduerbium cum. vt dicendo cum titius conſul fuerit. Sed eſt differentia inter ſi & cũ, non quo ad conditionem faciendã, ſed quo ad modum ſignificandi, quia dictio ſi, ſignificat principaliter conditione vel ſuſpenſionem & per conſequens tempus dilationis & diſpoſitionis in euentum futurum. Et quia ille eſt incertus, ideo conſecutiue ſuſpenſionem ſignificat l. ſi titio. ff. quando dies leg. ced. & l. qui promiſit. ff. de condit. & demon. Item dictio niſi ſignificat conditionẽ vt vendo tibi librum pro decem, ita ꝙ venditio valeat & perficiat niſi alius conditionem meliorẽ intra menſem faciat l. ij. cũ ibi notatis. ff. de in diẽ adiec. Item dictio alioquin conditionẽ facit, vt ꝓmittis mihi ſcribere librũ intra menſem alioquin decẽ nomine pene. nam ſenſus eſt, ſi non ſcripſeris &c. l. ſi finito. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infecto. Itẽ in dictione alias quia eodẽ modo cxponitur. i. ſi nõ ſcripſeris. Itẽ in dictione ſiue dicẽdo, ꝓmitto ſi nauis ex aſia venerit, ſiue titius conſul fuerit. Et quæ illarũ condictionũ diſiunctiuarũ prior fuerit, purificat diſpoſitionem. l. ſi ita quis ſtipuletur. ff. de verb. obl. Itẽ in alternatiua, vt dicendo aut relinquas p̃dia ꝓpinquis aut libertis. l. cũ pater. §. pen. ff. de lega. 2. nã ſenſus eſt, ſi nõ ſunt propin-

pinq, veniant liberti. & hoc significato sumpto ex maiori affectione propinquorũ, quibus testator primo derelinquere voluit vt patet ex ordine scripture. Itẽ in aduerbio quandiu, vt ibi, pmitto vel lego singulis annis decẽ quandiu res meas vel hæredis mei gesseris nã sensus est. si gesseris habeas decẽ. l. pater. §. fi. ff. de cond. & demõ. Item in dictionibus qnoad donec quousq;, quia idẽ significant. Item in dictione dũ dicendo lego vxori dum cũ filio meo erit l. quæ cõcubinã. §. vxori. ff. de leg. 3. Idẽ in dictione qñcunq;, vt vir legat vxori qñq; filios habuerit. l. cũ vir. ff. de condi. & demon. Idẽ de quandoq;, vt lego pupillo quãdo nupserit l. pupillo. ff. de leg. 2. Idẽ de vbi dicendo, lego, filio vbi nupserit l. si ita scriptũ. §. j. ff. de leg. 2. Idem de quatenus vt lego quatenus hæres meus erit, quia sensus est si in toto vel in parte l. stichum ff. de lega. j. Idẽ de postquam & ad vt lego ad tempus liberorum l. si vir vxori. ff. de conditio. & demonstra. Item de præpositione cũ, vt ancilla cũ liberis libera esto. intelligendo qꝫ ancilla libera non fit nisi cũ liberis l. si ita fuerit ff. de manumissis test. Idem dein, vt lego titio in disciplina. l. nec solum. §. si in habitatione ff. quando dies legati ce. Idẽ in nomine, vt promitto tibi partũ agnetis, vel fructus fundi talis. l. interdum, ff. de ver. obl. & l. j. in fi. de cond. & demonst. & pendet dispositio ex in certo futuro euentu id est pariat, vel fructus si crescãt. Idem promitto centum nomine dotis, id est si matrimoniũ sequatur l. si stipulationẽ ff. de iure dot. quia dos sine matrimonio esse nõ potest ergo sic intelligitur. Idem donatione causa mortis l. si mortis causa ff. ne dona. causa mort. & hoc ex natura huius contractus q̃ procedit, ex communi modo sic agendi. Idem in pronomine vt vestem quę mea erit lego lege nuper. ff. de lega. 3. Idem de quisquis vt quisquis mihi hæres erit, si hæres filio meo l. qui liberis. §. hæc herba. ff. de vulgari. substitu. Idem de quisque, vt titium & seium pro quanta parte quisque hæredẽ me fecerit, ipsum instituo l hoc articulo. ff. de heredibus instituendis. Idem de qui, vt qui prius ascenderit capitolium l si fuerit. ff. de verbo. obliga. Idem de quicunque. vt quicunq; professus fuerit. & l. hoc edicto. ff. de iure fisc. & hoc ex significato non tantum pro nominis sed verbi futuri temporis l. secunda ff. de hered. instituend. Similiter ibi emo pisces qui capientur, emptio est conditionalis. idem in participio, vt acceptis centum a titio, instituo eum hæredem l. testatore. ff. de conditio. & demonstratio. Nam licet acceptis sit præteriti temporis tamen significat ibi futurũ scilicet si accepere. &c. Idem ibi lego stichum futurum meum. argumen. l. stichum ff. de legat. primo. Idem in gerundio vt sum institutus adeundo repudiante titio l. si tu ex parte ff. de acquirenda hæredita. Idem in supiuo. vel lego vel promitto euntibus specialium in die dominico, & sic de similibus.

Co*ditio* multiplex est. Nam quædam est conditio certi, quæ competit ex omni causa & omni obligatione ex qua aliquid certum petitur, siue excepto contractu, siue ex lege aquil. agatur, siue suo nomine, siue hæreditario obligetur. Vnde manifestum est quod ista cõ*ditio* cõcurrit cum actione mandati,

dati,depositi,& ceteris ubi ad certū petitur.Et ideo secundū diuersitatem causarū nunc re,nunc verbis,nunc cliteris, nunc cōsensu cōtrahitur,nunc etiam ex contractu, nunc ex quasi contractu, nunc ex delicto competit. immutata tamē pecunia, sola ista competit.

Condictio ex legere secundum Azo. eod.titu.locum habet quando seu quoties ex noua lege surgit obligatione in eadem lege cautum est quo genere actionum experiatur, quæ pro varietate causarum,nunc ex contractu,nunc ex debito nasci tur,& sic non statuiturvel cauetur qua actione agatur.

Condictio furtiua competit domino rei cōtra furem eiusq; successores ad ipsam rem prosequendovel estimationem eius quanti plurimi fuerit postquam ablata fuit. eo quod fur semper est & fuit in mora.

Condictio indebiti competit ei qui per errorem in debitam pecuniam soluit alicui credens ei teneri cum non teneaturvel cum a procurato re suo soluta esset ipso ignorante. Est ergo condictio indebiti secundum Azonem in sum.eod.tit. post quam soluta indebita repetuntur siue per ignorantiam facti etiam non probabilem, vt quia errauit quis in facto suo, siue per ignoran tiam iuris talia indebita soluantur quia ignorantia iuris non debet alicui nocere in damno vitando, vt ff.de iur. & facti igno. l. iuris ignorantia .

Condictio liberationis competit ei qui quod omnino non debuit pro misit.

Condictio ob causam datorum secun dum Azonum eod.tit competit & locum habet vbicunque duo contractus innominat interueniunt, scilicet do vt des , factio vt facias. In illo autem cōtractu in nomina to.s.do.vt des,datur actio.de dolo Et prout alij dicitur,tunc competit ad rem petendam quæ ob causam honestā vt pote in causam futuram vel præterita data est causa non secuta pōt enim condici causa non secuta si penituerit dantem re integra.Si vero dedisti, decem, vt bononiam irem &aliquid quod erogaui ad profectionem exprimā habes condictionem, ita tamen vt præstetur mihi indemnitas. Quia autem ex obligatione quę retrahi tur,&non consensu perficitur hęc conditio minima est, quia res ad aliquem profecta sine consensu vtriusq;,contra eundem assensum petitur & repetitur.

Condictio ob turpem causam est per quam repetimus ea quæ dedimus alteri causa non secuta ob quam data sunt, si turpitudo tantum ex parte accipiētisversetur. Alioquin si ex parte dantis & accipientis,re peti non potest, quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis c.in pari.de reg.iur.li. 6.&.secundum Azo.eod.titu.ponitur exemplum. Ego dedi tibi vt sacrilegium non faceres, ab hoc.n. debuisti abstinere nullo tibi dato. Et ideo etiam causa secuta possum petere quod tibi dedi.

Condictio ob causam.hanc condictionem parit res apud alium constitu ta sine ab initio,siue iam , siue postea peruenit ad eum ex iusta causa postea ad instantiā rediit vt chirographū apud creditorē debitor post debiti solutionem recipit.Sed hāc condictionē ob cām putāt qui dē ex cōtractu ,puenire , quia non cōpetit nisi alii contractus præcedant.Alii ex quasi cōtractu credūt descendere,ad similitudinē condictionis indebiti, quia qui ob causam

ſam condicit actori. primum contractum diſſoluit.

Condictio ſine cauſa cõpetit quando aliquid primo ex iuſta cauſa eſt apud alterum ſed poſtea per aliquem effectum eſſe non debet. verbi gratia, mutuaſti mihi cẽtum feci tibi inſtrumentum in quo confeſſus ſumme tibi teneri, ſoluto tibi, modo inſtrumentũ obligatoriũ eſt apud te ſine cauſa per quam repetam ipſum. Competit ergo cõdictio ſine cauſa, finita cauſa ex qua res ad aliquem peruenit ex contractu qui iã finitus eſt vnde uidet de ſcẽdere. nec inde qđ expirauit, adhuc cauſam ſubſiſtendi habere. Itẽ ſi ſine cauſa penes te res eſt quam non habes per contractũ, & ita nec ex contractu, nec ex maleficio es obligatus mihi. Etiã locum habet vbicũq; ſine cauſa aliquid qđ apud te eſt mea inter me habere.

Condictionalis triticaria generalis eſt de aliis rebus omnibus cõpetens præterquam de pecunia numerata ſiue ſoli mobiles, ſiue immobiles ſint. Ideoq; fundus & vſufructus & cætere ſeruitutes prædiorum per ipſam repetuntur. Rem autem ſuã nemo petit hac actione niſi ex certis cauſis vt ex cauſa furti vel rapine cum itaque ſit generalis hęc cõdictio, vt condictio certi, in multis aliis competet.

Conditiones gñales ſemper in pactionibus includuntur & intelligũtur, ut pote ſi deus voluerit, tres in eodem ſtatu permanſerit, & ſimilia, vt no. in glo. verbi intelligenda de reſcrip. c. 2. & c. quemadmodum, de iureiu. cum ſimilib. Et no. quòd condictio in legatis nõ retrotrahitur ſcđm Bar. in l. j. §. ſerui. ff. ad ſil le. & pro ſua opinione facit tex. in l. ſi filie familias. ff. ex quib. cau. in poſſea. Bal. tamen contra, & dicit quod ille caſus §. ſerui eſt ſpecialis. ergo in contrarium eſt ius cõmune, & pro iſta opinione facit l. ſi filius ff. de verb. oblig. Sed iſti legi poſſet reſpõderi qđ loquat in contractibus, ſecus in vltimis voluntatibus, vt in d. l. ſi filiefamilias.

Conditionalis ſtipulatio. require infra ſtipulatio. Et ponuntur tales verſus de cõditione. Si ius dicetur ſi res peiorare timetur. Si per trãſ. detur, ſi ſoluens certus habere. Si res furetur, res ſine duplando legetur. Si non debetur, ſed pro debito numeretur. Si quid ſoluetur, his caſibus non repetetur.

Condicere eſt rem ſuam in iudicio petere, perſonam pulſando vel inquietando, & ipſam dicẽdo obligatam ſibi eſſe ad aliquid dandũ vel faciendum. Vnde dicitur indebiti cõdictio, & tractum eſt hoc verbũ a vetere obſeruatione, quia olim erãt invſu ſolẽnia verba, quæ oportebat actorẽ cum litigabat coram iudice cõdicere. i. ſimul dicere qñ litigaret, vt ſi caderet a ſyllaba, caderet a tota cauſa. Et qua in perſonalibus actionibus hoc obſeruabatur, ideo perſonales actiones dicebatur condictiones. Deinde ptæfata ſolennitas in diſſuetudinẽ tranſijt, hoc tñ nomeu adhuc remanſit vt perſouales actiones adhuc dicãtur condictiones, quanuis non ſit neceſſe hãc ſolẽnitatẽ obſeruare, & hæc verba cõdicere. Et ex hoc datur intelligi qđ cõdictio non eſt aliud niſi perſonalis actio. Et condicere apud antiquos erat talẽ formã verborũ vt cõditionẽ indebiti, vel cõdictionẽ ob cauſam datorum, vel ſimilẽ formã verborum tanquã uomen actionis exprimere, qđ hodie ſublatũ eſt. Verũ hodie res propriè uon condicitur niſi a fure, quia nemo cõdicit rem ſuam niſi a fure. §.

idem

idem iulianus. in l. si duo patroni. ff. de iureiu. Aliter etiam sumitur conditio in titulo de conditio appo. Et differunt conditio facti, & conditio iuris in testamentis, vnde condictiones facti dicuntur quę apponuntur a testatore siue sint conditionales siue potestatiue. Et vocantur facti quia habent voluntatem testatoris quæ est facti, quia omnes potentie anime. s. volitiua appetitiua, concupiscibilis, sunt facti vt in l. bone fidei. ff. de acqui. rerdo. & de his no. in l. multum interest. ff. de condi. & demon. vbi illa dicitur facti, si nauis ex asia venerit, si titius consul factus fuerit. Et illa est iuris, si quis se filium familias existimet cum pater familias sit. & tibi hoc interest, quia in condictione facti non sufficit vera existẽtia, nisi concurrat opinio & scientia hæredis vt audire possit secus in conditionibus iuris, vbi sufficit existentia & purificatio sine opinione & scientia. Ex quo infertur ꝙ mitius agitur cum lege quam cum homine l. celsus. ff. de ar. & l. multum interest prędallegata. Item addo magnam esse differentiam inter conditio. & condictio. ut inst. de ac. §. sic nanq;. ff. re amo. l. rerũ amotarum & no. C. de pact. l. legẽ super vlti. verbo.

Conducere dicitur ille qui rem alienam ab aliquo data. mercede promissa accipit vtendam. vnde. Conducit qui dat, sed qui locat, accipit illud.

Conducti actio competit ei qui conduxi a locante vel locatore fundũ vel predium aut domum & competit ei ad hoc ꝙ liceat sibi vti vel habitare in re conducta. Item eidẽ competit contra locatorem actio contraria si aliquis expensas necessarias ibidem facit aut vtiles. Require supra actio.

Confestim intelligitur cum prius vel quam prius poterit l. 2. §. penulti. ff. ad trebellia.

Confessio est duplex. s. iudicialis, & penitentialis. Et ad hoc ꝙ cõfessio iudicialis prędiudicet, debet habere hæc sex. vnde. Maior sponte sciens contra se ius sit, & hostes. Nec natura negat fauor, aut lis, ius ve repugnet. vide hoc cum allegationibus singulorum in gl. c. nos in quẽ quã. 2. q. 1. in verbo confessum. & de confessio. c. ex parte in gl. i. & in sum. Hostien. eo. ti. §. qualiter. Et confessio iudicialis est certa & clara assertio. i. responsio eius de quo quærit in iure corã legitimo iudice facta est. Et fit in iure tripliciter. s. ore facti euidentia, & interpretatiue, scilicet cõtumacia c. nullus dubitet. de præsum. Et præiudicat dũ fit in iure, idest in iudicio corã iudice cõpetẽte, & aduersario præsente, quod intelligitur per dictionẽ hostis supra positã Item fit per lit. conte. nec fit contra naturã. vt eũ occidisse qui viuit. nec de religiosa, nec in causa fauorabili. secundũ Bar. in gl. præal. & cõfessio facta in penitentia sacerdoti non facit fidẽ coram iudice seculari. C. de epi. aud. l. archigerotes. & ibi ꝙ doc. Sicut nec præiudicat confessio. extra iudicium facta nisi causa adiiciatur. & confiteor me debere tibi centum ex causa mutui. C. de non nume. pecu. l. generaliter gl. no. 3. q. 9. c. testes. §. de his.

Confessoria actio. Require supra actio confessoria.

Confinia dicuntur ea quę adeo sibi proxima sunt vt nullus medius paries interponatur, sed vrbana parietibus distingui cõsueuerunt. Et ideo vbi nõ possunt dirimi fines oc casione controuersiarum fini timo

rum

rũ permittitur iudiciũ finiũ regũdorũ.i.dirimendorũ vel separandorũ,quo casu opus est vt ex alterius prædio alii adiudicãdũ sit,& is cui adiudicatur pro eo quod ei adiudicatur,certa pecunia cõdemnandus est.actio enim fini. regundorum habet locum in rusticis prædiis tantum,in vrbanis autem prædiis locum habere nõ potest. quia vrbana prædia sibi non sunt confinita,sed magis dicuntur vicina.ff. fi.regun.l.4.§.hoc iudicium.

Confiscari est fisco applicari,vel in fiscum iudici.vnde fiscus est regius saccus in quem reducuntur bona damnatorũ & prosciptorũ.Vnde dicitur facta est omnium bonorũ confiscatio.Et casus in quibus possunt bona alicuius confiscari post mortẽ suam,vide gl.& doct.in l.fi.C.ad l.iul.maie.Et qualiter formabitur sententia,est gl. instit.de hæredi.quæ ab intestato.§. per cõtratium.Casus autẽ in quibus possit quis incarcerari,not. Bart.in l. j.de custo.& exhi.reo.C.

Conniuere est oculos claudere. & interdum ponitur pro dissimulare vel pro parum dormire,vt cum dicitur cõuenientibus oculis. Quãdoque consentire vt cõniues consentiens dicitur. Vnde.Qui mihi conniuet, oculis signum mihi præbet.

Compensatio secundum Azo.in sum. eo.ti.est debiti & crediti adinuicem.i.ab vtraq; parte inter se contrahentes contributio. Dicitur enim compensatio quasi communis pensatio,ac si aperte dicat lex non est nisi in ponderibus & quantitatibus compensandis. vel est debiti ad debitum hincinde facta deductio,vt debeo tibi 40. tum mihi centum.dum peto a te centum, deducis 40. & non recipit permutationem speciei ad quantitatẽ.ff. de leg.j.l.sed si certus.& l.si conuenerit.2.in prin.ff.de pigno. act. vt dapposui pecuniam in sacculo in centum ducatis depositarius mihi totidem commodauit.& non potest tenere saculum.me penitente,licet Barto.Pe.& Cy. contrafacit.C.depositi vel commo.l.fi.

Comparare & emere differunt.not.l. illam. ff. de contrahen. emptor. & venditor. & l. illi. C. de rerum permu.

Compillare leges siue componere est leges ab aliis scriptas in vnum volumen redigere.

Compita dicuntur loca vbi plures vie conueniunt simul, vt 12.q.2. de viro.in prin.ibi per abruta itinera & compita.

Compromissarius dicitur cui simpliciter vel ad tempus committitur vt elligat vice eorum qui compromittunt.vt extra delec.c.quia propter.Nec est per omnia idem arbiter & compromissarius ad eligendum datus,vt ibidem c.sicut cum per formam.ibidem de re iu. cum ab vna lib.6.

Compromissum idest arbitrium.

Compromittere est causam executoriam vel executiuam ad dictamen arbitrorum dare & secundum dictamẽ recte rationis pro vtraq; parte appposita explicari ab ipsis.

Conchylia concha dicuntur,inde conchylegulus legens conchas vel conchylia.C. de murile l. qui autem patte.lib.xi.

Coniugium idem est quod matrimonium & dicitur coniugium, quia communi iugo & æquali cõiuges vitam trahere debent licet aliquãdo dispari tractu.

Coniucere est perpẽdere vel pẽsumere.

Consequens id est conforme.insti. de dona.§.est aliud.

Conse-

Consequentia literarum dicitur consequens ordo scripture .s. quando scribitur sine titello vel titulis ideſt sine omnia abbreuiatione. Et dicitur tenor literarum, seu tenorem dicimus textum literarum quamuis titellis scribatur.

Consensus & auctoritas tutorum. require supra auctoritas præstanda. & consensus est quadruplex scilicet negligentie, consilii, cooperationis,& auctoritatis,aut palliationis vel defensionis.Et primo & secundo consentiens minus ponitur quam faciens, tertio equaliter quarto uero plus.vnde.Consensus spernit, suadet,iubet atq; tuetur. Hic minus, ille minus fuit hic æqualiter hic plus. De hoc glo.optima in j. de offi.delega. super ver sic. pari pœna.

Consiliarii dicuntur eo quod alter alteri suum præbeat consilium.

Consilium est tractatus consulum.Et consilium grauibus & expertis est requirendum.j. q.infra estote. Et qui fraudulenter dat consilium.tenetur de dolo. & contra eum agi potest. Et dicitur a com. ideſt simul. & sales salium, quia non est præcipitandum consilium.l. dist. ponderet. ibi.Nos.n.tempore indigemus ut aliquid maturius agamus,non præcipitemus consilia & opera nostra,neque eorum ordinē corrumpamus.Item consilium dicitur hominis intentio seu propositum vt.ff.eo.si quid fur.§.j.

Consilium est conuentus aliquorum tractantium arduas causas totam christianitatem concernentes. Et dicitur a verbo concalare.i.conuocare.Vel a communi intentione dictum est,eo q̄ existentes in cōsilio in vnum dirigant oēm mentis obtuitum.Vel dicitur quasi considiū. in d.l.literā transeunte 15.dist.c.j. Vbi etiam synodus cetus & conuē tus exponitur. Et ibi de quatuor concilijs in quibus damnati sunt hæretici.de fide catholi. & sum trini.perperam sentientes.

Consistoriani, Require supra comites.

Consistorium idem est quod prætoriū vel tribunal, locus scilicet in quo ius redditur ex more. Et est vulgare italorum seu lombardorum cle. pastoralis de re iudi. 2.q.6.anteriorum de appella. ex insinuatione.Et dicitur a consisto consistis. Hester.5.c.in princ.Sedebat super solium suum in cōsistorio palatii.

Constitutio speciali uocabulo dicitur Imperatoris vel alterius principis qui constitutionem facere potest. & describitur sic. Est ius relatum in scriptis. redactum. Vel secundum Gof. est ius scriptum di.j.§. cum itaque Dicitur autem constitutio quasi commune statum. Nā papa cum fratribus suis cardinalibus & ceteri prælati cum capitulis & canonicis suis constitutiones faciunt de sen. excom. inter alia. Et de his quę fiunt a præla. per totum.Item legatus,synodus prouincialis,synodus episcopalis princeps cum proceribus, præfectus prætorio, populus romanus, collegium approbatum, capitulum facere possunt constitutiones secundum Gof. in sum. eod. titu. §. nanque papa.Et sunt quatuor virtutes constitutionum, vnde. Quatuor ex verbis virtutes collige legis. Permittit punit, imperat atq; vetat. Nam permittit vt vir fortis petat præmium. Punit scelera & delicta. Imperat & prȩcipit vt statuta canonica seruentur vt clerici regulare propositum & honestum habitum deferentes, continē ter & caste studeant videre.Prohibet clericos sæcularibus immesceri ne-

ri negotiis. Et constitutio consulit quæ virtus potest comprehendit sub prima.nata qui consulit satis permittit.

Constitutor dicitur qui pro alio se soluturum promittit, vel aliqua facturum, & alterius in se transfert vel suscipit obligationem.

Constituere potest quilibet qui se pro alio obligaturum promittit, vel obligat secundum Azon. in sum de consti.

Conspiratio est quædam fraudulenta confederatio facta in præiudicium alicuius persone vel dignitatis 22. q.2.si quis laicus.& est palea,& dicitur a simul spirando,quando scilicet plures spirant fiant & tendũt in vnum, & fit sine iuramento, a spiritu superbie & elationis,& omnis talis est illicita secundum glo. in.c.exhibita. de iudi. Et quando quandoque licita, iusta eo approbata, vt si canonici conspiret de non obediendo prelato excommunicato vel de non eligendo indignum.in dubio tamen præsumitur illicita. vide 11. q. 3. coniurationem &c. conspirationum. Nã coniuratio est plurium in vnũ iuratio.

Consobrini dicuntur duarum suorum filii,quasi consubrini dicti l.consobrinorum C. vnde legit in l. j. Etiam possunt dici ex duobus fratribus nati,licet proprie dicantur fratres consanguinei vel patrucles insti. de gra. §. quarto gradu. & §. plerunque.

Consortes eiusdẽ litis dicuntur illi q simul agere vel cõuenire possunt.

Consortium idem est quo matrimonium. & dicitur quia omnis societas inter eos excommunicari debet. vt no.l. per glos.j. §. sunt & alie. insti.de nu.

Consul olim dicebatur senatus magistratur, vt.ff.de sena. & institu.de iu.nat. gen. & ciui. hodie tamen consul sumitur a consulendo, quia reipublice consulit. Exactis enim a romana ciuitate regibus constituti sunt consules vt reipublice consulerent.

Consularis dicitur uxor cõsulis,quia fœminæ nupte clarissimis viris clarissimarum personarum nume. & nomine cẽsentur seu continentur, vt.ff.de sena.l. fœmine nupte, vt dixit glos. Femine choruscant a radiis maritorũ,ut in aut. de consul. §. hoc itaque col. 4.

Consultus idest interrogatus. ff. de pact.l. item quia vnde Consulo te quæro tibi consulo,consilium do. consulator poscit quod consultus bene noscit.

Consultatio dicitur in qua alicui papa de iure respondet. Et nota q cõsultus potest uendere consilium suum. & aduocatus iustum patrocinium,non tamen ideo index sententiam vendere potest.c.sane.14. quæstio 5. licet contrarium videtur dicere glo.in c.non licet.11.q. 3.dicens. Si doctor sine reuolutione liborum potest consulere, tunc gratis debet facere.sed ista glo.nõ recipitur hodie a doctoribus, quia sic doctor subtilis & memorosus minoris esset reputationis quam grossus & obliuiosus, vt patet,sed hoc esset inconueniens,vt no.in c. in nomine domini de test. j.

Contestatio litis secundum Host. eo. tit. est fundamentum iudicij per petitionem in iure propositam,& congruam responsionem ad eã secutã animo cõtestãdi litẽ facta narratio,quo omisso,inanibus vexantur laboribus & expensis ligantes. vel est actoris narratio & rei respõsio in iudicio facta vel secundum Gof.est hincide apud iudicẽ negotij principalis facta narratio per prin-

principales personas,nō per aduocatos, nisi forte principales adeo fuerint indiscreti,vt eorū defectus de licentia iudicis per alios suppleatur.& litis contest. perpetuat iurisdictionem de offi.delega.& debet præcedere receptionem testium nisi &c. c. quoniam vt lit. non contesta.

Contestari litem patet ex dictis.

Consumptum vel consumptio est ratio, videlicet quando dictio vel syllaba abraditur, & alia scribitur.

Contignatio dicitur lignorum vel tignorum vel aliarum rerum coniunctio. Et quandoque dicitur tegmen.Vnde due edes dicuntur esse sub vna contignatione hoc est sub vno & eodem tegmine.

Consuetudo dicitur ius quoddam motibus.i.assiduus actibus institutum quod pro lege suscipitur cum lex deficit.j.dist.consuetudo. Quæ.n. in scriptis redacta est uocatur lex siue constitutio, quæ autem in scriptis non est retinet, nomen suum consuetudo.di.j.§.cum ergo. Vel est vsus rationabilis competenti tempore confirmatus, nullo actu contrario interruptus, frequenti seu contradito iudicio, vel tempore cuius non extat memoria introductus, vsuq; communi vrentium approbatus c.fi.de consue.& si debet præiudicare iuri communi vel speciali requiritur ꝙ sit non erronea. non contra ius diuinum, rationabilis, prescriptibilis, præscripta sciēte popolo introducta, quæ maior pars populi vtitur, & qua vtens intendit sibi ius acquirere, quam etiam ratio & veritas semper excludunt. dist.8. c. veritate. ubi dicitur. Nemo consuetudinē rationi & veritati præponat. Nam dominus dicit. Ego sum veritas. non ego sum consuetudo. ea.dist. c.si consuetudinem.&c.qui contēpta.Et dicitur consuetudo quasi communis assuetudo. gl.instit.de iu.nat.gen.§.ex non scripto.& ad hoc quod confirmata si requiritur vsus decem annorum. ut.ff. qui & a quibus ma.l.non fi.l.si cum fidei com.§.arist.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo proueniens ꝙ vna descendit ab alia, vel ambe ab eadem vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali compagine contractum. Vel est conuentio vnius personæ ad aliam, proueniens ex parentela, & dicitur consanguinitas, quasi sanguinis vnitas.

Conseruator est iudex datus ad defendendum aliquos contra manifestas iniurias, iudiciali indagine nō vtens.ff.de offi.deleg.c.statuimus. lib.vj.Et nō sunt nisi episcopi vel eorum superiores,abbates, vel dignitates,aut personatus in cathedralibus ecclesiis obtinentes. de officio delega.c.vlt. lib.6. vbi ponitur differentia inter conseruatorem & delegatum.

Consensu dicitur obligatio contrahi, velut in emptione, locatione,conductione, permutatione mandati pro socio & simiiib.In quibus dicitur ideo obligatio contrahi consensu, quia absque eo ꝙ res in prę senti datur hincinde nascitur, & erit actio & obligatio vtilis & efficax ad agendum.

Complexus vel copulatio dicitur plurimum in idem in vnitate sermonis coniunctio. Et fit ab homine vel a lege.. Ab homine fit tripliciter, ut.l.triplici.ff.de verb.signifi. Nam aut est commune lexus vel copulatio nominum tantum.s. verbis, quando vnum nomen sequitur aliud immediate cum copula

vel

vel ſine.verbi gratia.Titio & Seio lego fundum pro equis portionibus.l.recõiuncti.j.reſpõ. ff.de leg. 3.ibi, inſti.non ſunt reconiuncti, ſed verbis tantum,quia vnũ ſequitur aliud immedietate cum copula, & idẽ eſſet ſi ſine copula, quia tunc intelligitur.l.triplici.prẽall. in.§.videamus. Aut ſecũdum rem tantum quando per rem tantum fit complexus, vt titio lego fundum,& eundem fundum meuio legio.l.prẽall.re coniuncti. in prin. Aut tertio re & uerbis ſimul complectendo res & nomina,vt Titio, & Seio lego fundum Sempronii, vbi Titius & Seius ſunt coniuncti uerbis,propter verbum cõplexũ, & re,quia eadẽ re copulantur. Et ſic teſtator cenſetur cuilibet inſolidum legaſſe eam rem, vt.§.ſi eadem reſti.inſti.de leg. Et ex cõplexu prędictis modis facto habetur hæc differentia,quia ex complexo re tantũ, uel re & verbis, ſi vnus coniunctorum deficit vel quia repudiat,vel alias non admittitur in perpetuũ, uel interim aliter nõ in totum admittitur, iure nõ accreſ. l.ſi ſeparatim.ff.de cond.& demõ. Nam non põt partem agnoſcere, & partem repudiare.l. neminẽ.ff. de leg.2. & l.unica.§.ſinaũt ad deficiẽtis perſona.C.de cadu. toll. & res inſolidum cuiq; aſſignatur.d.l. vnica.§.ſi uero. Sed in coniunctis uerbis tantum ſi unus coniunctorũ repudiat uel alias deficit,aliter admittitur ad partem deficientis iure accreſcendi,& cum onere impoſito,ſocio deficiente,vt l.plane §.ſi coniunctum.ff.de lega.j. & l. vnica.§.ne autem huc.de cad.tol. præal. Item ſi ſocius interim non admittitur, ſed ſpes eſt quod admittatur. alter iterum ad hãc partem non admittitur.l. ſi duobus. in prin.ff.de leg.j.ſunt & aliæ differentiæ ex complexu uel coniunctione prouenientes ſupra de quibus in tractatu de verb.ſig.qui incipit uerbum.Finaliter ergo complexus, uel coniunctio ſignificat diuerſimode,ſecundum quod ſunt cõiũgẽdi modi, vel quoduis aliud ſignificatũ ſignificare declarat.

Coniunctio autẽ legalis dicitur quæ lege inducitur, ſignificat id quod ipſa lex uel alia ex ſuis uel alteri⁹ legis aut uerbis,aut aliter quocunque modo ſignificare debeat.

Contractus eſt duorum vel plurium in idem conſenſus. Et ponit quandoq; ꝑ omni pacto,conuentione, vel quaſi contractu,ut ſi quis geſſit alterius negotia, vel tutelam. de hoc uide Archi.in.§.contrahẽtes.c.romana.de fo.compe.lib.6. in glo.uerbi mittis.Ideoque dicimus quòd paciſcendo diuerſas in vnum trahimus uoluntates, unde emptiones,conductiones,& ſimilia contracta dicimus, quæ omnino obligationis ex contractu naſcuntur.Et no.quòd etiam alique obligationes dicũtur oriri ex quaſi contractu, in quibus fingitur tacite conſenſus interceſſiſſe dato, quod non interceſſerit expreſſe: vtpote hæres adeundo hæreditatẽ obligatur creditoribus hæreditariis,& legatariis.Et in plurib.aliis caſibus, de quibus infra.

Contrahenda emptione, ſecundum Azo.eodem titu.contrahitur ſolo conſenſu.

Contractus etiam eſt nomen iuris, quando naſcitur obligatio, & eſt nomen facti quando non naſcitur obligatio.l.labeo.§. contractum. ff.de uerbo.ſig. & ibi per Bart. ſicut in ſimili dicimus de teſtamento.l.tabularum.ff.quemadmo.teſtam. aperi. & ſecundum alios in

aut. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vend. Et in ſuo generali nominc contractus prolatus continet tam innominatos, quam nominatos contractus, vt eſt glo. ſuper verbo in ſuo nomine in l. iuſgentium. ff. de pact. Et hoc valet pro ſtatutis Bal. no. triplicem eſſe contractum. ſ. proprium, improprium & impropriiſſimum. Primus eſt quando vltro citroq; .i. hincinde, ex vtraque parte oritur obligatio §. contractum. in l. labeo, prę al. vt in emptione & locat. Secundus. ſ. improprius eſt quando ſolum vna pars obligatur. vt in donatione ſolum donans ad tradendum. & aliquando de euictione, va not. l. ariſto. ff. de do. cau. mor. & in mutuo ſolummodo recipiēs obligatur ad tantūdem reſtituendum. ff. ſi cert. pe. l. 2. Et in ſtipulatione quando ſolummodo vna pars obligatur, nam tunc non eſt proprie contractus. & ita intelligitur gl. inſti. de diui. ſtip. §. conuentionales, quæ ſuper verbo contrahendarū. Tertius. ſ. impropriiſſimus, eſt quādo ex nulla pte oritur obligatio, ſed potius diſſoluitur obligatio facta vt eſt tranſactio facta nudo pacto ex qua non agitur ante cōplementum condōnis. de hoc Saly. in l. ſiue apud acta. C. de tranſact. vt etiā eſt liberatio per acceptilationē. in ſti. quib. mod. tol. obli. §. j. & in l. vbi pactum. C. de tranſa. per Bart. Et ergo ſi ſtatutū facit mentionē de contractu intelligitur de prio tantum, quia verba ſtatutorū ſunt proprie intelligēda. l. j. §. ſi igitur qui nauem. ff. de exerci. act. niſi diceret omnem contractum. vt in gl. §. contractum. prælleg. Item contractus appellatione intelligitur de validis non de inualidis, vt in authen. ſacramenta puberum. prælleg. & continetur inſtrumēto. ff. de duo. re. l. eandem. Item continetur donatio. C. quod met. cau. l. ſi donationem. Et generaliter omne illud, ex quo naſcitur obligatio appellatione contractus intelligitur. l. ſi ab eo. ff. de legatis ſecundo.

Contumax, a contemnendo dicitur Et ſecundum Iſido. Eſt quæ comparere debet in iudicio, & nō comparet. Et dicitur quandoque vere quandoq; ficte præſumptiue. Verc contumax dicitur qui expreſſe dicit iudici uel eius ſeruienti. ſ. nuntio ipſum citandi, quod non comparebis coram ipſo, vel qui dum comparet illicentiatus recedit. Ficte vere contumax eſt qui citatur non tamen venit, vel latitat, aut facit quod citatio ad ipſum nō veniat, aut eum non apprehēdat, vel qui uocē iudicis audire negligit. Sed iſto vltimo caſu potius dicitur uere contumax.

Contumacia eſt erga iudicem vel p̄latum commiſſa inobedientia. Et eſt multiplex. Aliquando. n. committitur in non veniendo. Aliquā do in non reſpondendo. Aliquādo in latendo, abſentando, vel procurando ne ad citatum veniat citatio. Aliquando in non reſtituēdo. Aliquando in non emendando delictum. Aliquando in non exhibēdo. Vnde Gof. de ſenten. excōicatio fieri habet, in ſumma. & Guil. in Spec. tit. de contuma. §. j. verſi. & nota. vbi diſtinguo duplicē contumaciam. Primo. ſ. ueram, & præſumptam. Secundo triplicem, ſcilicet veram, euidentem, & p̄ſumptam, ut in gloſſ. notabili in clemen. vnica de do. & contum. quæ eſt glo. ſi. & per Innocent. in cap. querelam. de procu. Bart. in l. ſi. ff. de in inte. reſti. & in l. conſenſu. §. 2. ff. de

2.ff.de appel.Cyn.& Pe.poſt Iac. Bu.in l.properandum.§.ſinautem reus.C. de iudi.

Continue,& continuo nõ ſemper notatur.i. ſtatim.i. ſed recipit interuallum.ff.de uerb.obli. l. ſtipulatus ſum.ff.de ſolu.tua.xvi.q.3.volumus.& per Bar.in l.celſus.ff. de vſuca.vbi probatis extremis probatur medium. Etiam qualiter cõtinue intelligatur,ponit Barto.in l.ſi quis ita.ff.de cond. & demon. Nam qui tenetur cum aliquo continue morari,quia nõ tenet quolibet momento cum eo morari.facit hoc ad quæſtionem ſi teſtes debeant probare quòd titius decem annis continue poſſedit fundum, ſufficit deponere, quòd uiderunt eũ omni anno colligere fructus, vel arare &c. licet.n. nõ continue ſteterunt in conſpectu titii & fundi, tamen intelliguntur continue per decem annos vidiſſe.

Contradictor quando dicatur legitimus ad cõtradicendũ alicui actui, de mittendo aliquem in poſſeſſionem.uide Bar. in l.a diuo pio.§.ſuper rebus ff.de re iudi.& Inno. in c.cum ſuper.de re iudi. & Spec.in titu.de actio.§. ſupereſt.

Copulatiua oratio dicitur in qua plura copulantur,vt in omnibus uerificetur, & ideo ad uerificationem ipſius omnium concurſus exigitur ex ꝓprio ſignificato. Sed hũc concurſum quãdoque diuerſimode ſignificat, prout diuerſa materia uel alius quiuis modus ſignificandi ſignificare declarat.v.g. ibi lego ſtichum & pamphilũ ſignificat utrunq; eſſe in ſtipulatiõe,uel diſpoſitione.l. inter ſtipulantẽ. §. ſed ſtipulante.ff.de uerb.ob.l. ſcire debemus.in prin.eo.ti.& l.quoties.ff.de leg.2.

Copulatiua etiam quandoque ſignificat concurſum alterius tantum prout ex ſignificandi modo concluditur. Et ad ueritatem copulatiue requiritur vtranque partẽ eſſe ueram.ff. de condi. inſtitu. l. ſi hæres.& l. ſi is qui. ff. de rebus dubiis.

Conuerſi, & oblati differunt, quia conuerſi portant habitum religioſorum, & profitentur ſolenniter, ſed non ſunt clerici oblati uero portant aliquando habitum, & aliquando non, & poſſunt recedere, niſi ſint perpetuo oblati, quo caſu equiparantur aliis profeſſis. Domi. de ſancto Gemin. in c. per exceptionem.in.ii.col.de priuile. in vi.Cardina. in clemen. ulti. de deciſio.Bald.in authen.ngreſſi. in 3.colum.C. de ſacroſanct. eccleſ. Panormit. in capit. noſtra. de ſepulch.Felyn.in cap.in præſentia. de probatio.in.2.colum. uerſi.ibi obtulit ſe & ſua.

Conuerſi veniunt appellatione monachorum, & gaudẽt immuuitatem religioſorum. Felyn.in.c.non dubium.de ſen. excom.

Conuitium, dicitur quaſi conuociũ a concitatione, uel concentu, id eſt collectione uocum, ſcilicet, quando in unum plures uoces cõferuntur, & iniurium eſſe labeo ait. ff. de iniur.l. apud labeonem. §. conuitium.

Conuenire eſt ſimul in unum locum uenire. Etiam dicitur conuenire quod alicui competit, ſecundum conditionem ſuam,ut iſtud conuenit illi. Item conuenire capitur quandoque pro conuentione, id eſt pacto ex conſenſu, de aliquo faciendo.

Conuenire etiam quandoque ſumitur pro alium in iudicium uocare, uel facere euocari. Item eſt placere. Vnde conuenire inter

aliquos est complacere inter eos, vt conuenit inter te & me, vt des mihi hoc.

Conuenire mihi est congruere mihi, vel adesse mihi quod me decet, & honestum est.

Conuenire me, est alloqui me super aliquo facto.

Contubernium est matrimoniū contractum, & proprie seruorū. insti. de nup. in gl. super uerbo ciues. & l. serui. C. de adul.

Coram no. Pau. in commento de cō fess. cap. ex parte. de electio. vt circa. li. vi. Et intelligitur ita vt præsentes intelligant. ff. de arbi. l. diē. §. forum.

Cornicularij, dicuntur illi qui gerebant cornua vel aciem in bello, uel qui in aures iudicum uota pertulerunt sua.

Cornupeta, require supra bos.

Corona quæ ēt clerica dicitur est signum regni & perfectionis, cū sit circularis carens angulo, in signū carentie sordium, quia ubi angulus ibi sordes. Se igitur, & alios uirtutibus regere, & a sordibus mundare debent, qui coronas gerunt, & sic in deo regnabunt. xii. q. 2. duo sunt. & qūo rasura, tonsura, & corona differant, & quid significent. uide gl. in uerbo tonsuram. in cle. ii. de uita & hone. cler. Et differentiam inter diadema, coronam, & fertum. uide in clemē. unica. de iureiu. Et no. quòd rex Romanorū coronatur triplici corona. Primo ferrea ab archiepisc. coloniēsi Aquisgrani. & significat fortitudinem qua uincere dēt rebelles, & infideles conculcare. Secundo argentea ab archiepo. Mediolanensiū in uilla Modoetiensi, quæ significat munditiam & claritatem quam talis princeps habere debet. Et hodie ut plurimū datur Mediolani in ecclesia S. Ambrosii ubi Henricus, de quo loquitur clemē. & Sigismūdus nouissime fuit coronatus. Tertio coronatur corona de puro auro a papa in ecclesia sancti Petri ad altare sancti Mauricii. Et quia aurum est metallium omnibus excellentius, significat imperatorem aliis regibus & principibus in potentia & iustitia excellentiorem esse debere in gl. clemen. unica. de iureiu. & Io. de Pla. in procemio insti.

Corpore uitiati dicuntur qui sunt mutilati in membris, uel debilitati ꝓprie sicut qui membrum habent, sed inefficax vt oculum cecū, manum aridam, crus confractum &c. sic mutilatus proprie dicitur, qui caret aliquo membro.

Corporati, id est collegiati, require supra collegiati.

Corporatus urbis Romanæ dicitur, qui in aliquo corpore & præcipue urbis scribitur, sic quodlibet membrū hominis dicitur corporatum, uel ciuis factus uel incola, ut C. li. 11. de priui. cor. urb. Rom.

Corrogare est quasi simul rogare, & simul colligere uel adunare.

Corpus quandoque dicitur collegiū siue uniuersitas, cuius caput ē prælatus. c. nouit. de his quæ fi. a prę-la. Et tale corpus potest habere unum sigillum. de excess. præla. dilecta. Dicitur etiam congregatio cuiuscunque ciuitatis uel uillæ, uel castri habere corpus. Itē quęlibet congregatio pro iustitia facienda, ut cōgregatio sabinorum uel totius uniuersitatis. Item societas causa religionis, cui permissum est corpus habere debet instar reipublicę habere res communes, scilicet actorem, siue syndicū communem, per quem agere potest &c. ff. quod cuiusque vni. no.

aga-

agatur.l.i.Item episcopus cum capitulo suo facit vnum corpus cuius ipse caput est. Sed cum clero ciuitatis vel diocesis non dicitur facere vnam corpus,sic nec abbatissa cum clericis suis licet sit caput,vnum corpus facit.

Corepiscopi hi remoti sunt ab ecclesia vt lxvii.dist.§.præsbyteri vero Et poterant constitui in villis vel castris, episcopi vero non nisi in ciuitatibus, conferebant tantum minores ordines.

Corpus etiam vnum dicitur quod vno clauditur spiritu ut animal. Etiam dicitur quod habet partes integrales, siue sibi cohærentes, vt domus, vel habet partes distantes,vt grex, populus, collegium, secundum Barto.de excess. prælato.libro.vi.

Corruptela est puersa consuetudo sacris canonibus inimica. de consu. c.cum venerabilis.& de vi.& hon. cle.cum decorem &c.

Corciuia dicitur morsum freni,vel secundum alios illud quod come eq. imponitur vt curuetur.C.nulli licere in fre.& eque sellis &c. in li. 11.secundum Accur.

DE CANTER.

Crassature dicuntur quæ fiunt a latronibus in itinere dum crudeliter contra transeuntes crassantur. de pœni.dist.i.a crassaturis.Et crassatores sunt qui præde causa aliquid faciunt,& proximi latronib. habentur,& sunt malum nitentes, vt est text.iuncta gloss.in l.capitolium.§.crassatores.ff.de pœ.& dicitur a crassor,crassaris,alias grassor,idque rectius.

Creditor, est qui alienam fidem sequitur mutuatam pecunia numerando. Generaliter vero creditor, dicitur qui ex causa quacunque alienam fidem sequitur. Et dicitur ideo creditor, quia credit debitori.

Creta, est limus vel gleba, idest, si crete.ff.de fur.in gl,magna.l.j.C. de ser.fugiti.

Crassari, est quasi crudeliter gradi. 2.Reg.vlti.Cesset interfectio quæ crassatur in populo.facit. xxiii.q. 2.militare.ff.de pœ.l.capitalium. ad medium.Et no. Io.an.in cle.j. de pœ.in vẽrbo crassantibus.

Crimen est peccatum querela,id est accusatione,& damnatione dignis simum.

Criminum capitas erant carceris custodes, qui etiam stratores dicuntur asternendo,quia damnatos pũ gebant.

quibus modis contra. obli. §. itē is cui. & ibi melius quam aliqua alia lex finali. C. de pigno. act. l. qua fortuitis. Et quando dolum adhibet reus, intelligenda sunt verba secundum quod actor intelligit, alias debent intelligi verba in proprio sensu, de spon. c. ex literis in text. & in glos. Item qui dolum obiicit dolum probabit. l. quoties. ff. de probationi. Hoc tamen fallit in pastore qui negat suo dolo vel negligentia quem periisse & custode carceris. arg. ff. de eden. l. si quis. §. vlti. Item dolus est fraus, & non econuerso. ff. de pact. l. iurisgentium. §. dolo. Sed contra. ff. de re iudic. l. fraudem ubi dicitur quod fraus non fit sine dolo. Solus. Fraus fit dupliciter. Vno modo de re cū consilio, & sic fraus nunquam fit sine dolo. Alio modo de re sine consilio, ut quando aliquis decipit aliquem re ipsa ignoranter & sic fit sine dolo.

Doli capax est proximus pubertati scilicet quando mas habet. 12. annos & dimidium. tunc enim potest delinquere, præterquam in adulterio, secundum Accurt. Femina uero quando habet. 11. & dimidium annos, vt not. ff. de regul. iur. l. pupillum. Augustin. vero dicit in epistola ad Renatum, quod puer dicitur doli capax cum est septem annorū quia tunc mentiri & uerum loqui potest. de hoc not. in c. omnes vtriusque sexus de pœ. & remiss.

Domicilium alicuius est ibi maiorem partem fortune siue constituit, vel magnam partem bonorum suorum, vel si ibi habet larem idest familiam. vt. C. de inco. & cen. l. siue libr. 10. vel nihil ibi habet assidue tamen conuersatur, sola tamen domus non constituit domicilium sed magis ibi erit vbi summam rerum suarum constituit, vnde rursus discessurus non sit, vnde cum profectus fuerit peregrinari videtur & ad quem locum cum redierit, peregrinari desinit de hoc. Inn. de fo. comp. ex parte Abb. tamen nō potest habere domicilium nisi in suo monasterio licet alii seculares clerici, & laici bene possint plura habere domicilia si diuersis locis se ista instruerint, ut non minus in vno quam in alio se collocasse videantur. Potest etiam quis esse sine domicilio, secundum Goff. de fo. compe. Et quamuis Goff. scripsit clericus ibi habet domicilium ubi larem constituit & non semper ubi ecclesiam secundum Archidia. tamen no. q̄ locus vbi clerici seu loca in quibus clerici tenentur ad residentiam, semper debent pro domiciliis reputari. licet etiam aliqui contradicant. & sic etiam not. Innocen. Hostien. de priui. c. ex ore. Vide de hoc Archidiac. de rescrip. statutum. lib. 6. in glos. super verbo actor & reus.

Domesticus quis dicatur. vide Bart. in. l. j. in princ. ff. ad syllenia. & in l. 2. C. de testib. in l. præsenti. §. sane. C. de his qui ad ecclesiam cōfug. bo. gloss. 3. q. 5. in summa. Felyn. in. c. cum oporteat col. 3. ver. nec obstat. de accu.

Dominium directū secundū Azon. in summa de iure emphy. circa fi. dicitur habere ille qui possidet ciuiliter tanquam dominus. & illud dicitur dominium directū, quia solus dns directas habet ciuilē possessionem, vt not. in. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquirē. pos. Vel ideo dicitur habere dominium directū,

quia sine omni alia obligatione liberam potestatem habet rei qualiter non est in illo qui habet dominium vtile, vel mixtum.

Dominium merum forte idem est qđ directum, licet de illo dominio & sequenti raro legatur, dicitur tamen quòd illa duo dominia merũ & mixtum sunt potius due differẽtie quę diuidunt hoc genus imperium, vt sic omni imperium aut sit merum aut mixtum. vt in l. imperium ff. de iurisd. om. iud.

Dominium mixtũ est illud quod partim conuenit cum directo dominio, & partium cum vtili.

Dominium vtile secundum Azo. dicitur habere ille qui solum naturaliter possidet, & non ciuiliter, vt emphyteota vsusfructuarius & feudatarius, quod Ioan. nõ placet, vt l. 3 §. ex cõtrario ff. de acquiren. poss. Sed quidam vt Azo refert in sum. C. de iur. emphy. dicũt emphyteotam habere quandam ciuilem possessi. & vtilem rei vendicationem. ff. si ager vectigal. cap. j. Et differt dominium a possessore. vt l. si quis ff. de acquiren. possess. in §. differentia. & ibi nota. Bartol. quid sit dominium, & quotuplex. Et quamuis communiter dominium tradatur rei traditione, datur tamen casus quo dominium traditur sine rei traditione, saltem noua quando videlicet quis prius habet rem aliquo titulo, scilicet pignori obligatam ex locato vel cõducto, & creditor dicit debitori, placet qp habeas pignus insolutũ & alter respondeat, placet, vt no. in l. cum dominam. C. de pigno.

Domini recti erant quidam officiales defensores ciuitatum vel municipiorum.

Domini mores magistratus sic dicti, quia domini recti suffragio duorum eligebantur, vnus constituebatur a plebe, alter a maioribus C. de iudicijs.

Domus sumitur quandoque agnatione. l. cum vnus. in princi. ff. de alimen. & ciba. lega. & ad similiter in princip. Item pro omnibus cohabitantibus in domo C. ne lic. pot. patr. li. præ. l. j. in fi. Accipitur etiã pro omnib. gerentib. eadem signa vel arma. Etiam cõiter domus est quæ constat ex parietibus, tecto & fundamento protegẽs nos a chaumatib. & imbribus. Si omnes de domo nobilium dñr. an bastardus cõprehendatur. Et rñdetur quod capiendo p agnatione, tunc nõ comprehenditur. Si pro descendentibus ex eodem sanguine tunc comprehenditur, vt l. pronuntiatio in l. ff. de verbo. sign. Si capiatur pro habitatione, tunc attenditur an sit habens, vel ne. Similiter accipiendo pro portantib. idem signũ. est vdendum an portet, vel ne, & dicit Bar quòd scđm cõem modum lõbardie dicẽdo omnes de domo intelliguntur omnes de eodem sanguine descendens, sed quaudo simpliciter fit mentio de domo, tunc capitur pro loco. De hoc uide Bartol. l. tutele. ff. de cap. dimin. Nam appellatione domus secundũ Bar. non comprehenditur porticus nisi fiat extensio uocabuli, & sic statuta de domo non comprehendũt porticum. Alii contra in l. certa ff. de legat. j. in §. sed si quis ad opus. Stante ergo statuto quòd puniatur repertus sine lumine in nocte extra domum secundum illos nõ punietur repertus sub portico domus sue.

Domum reuocare est dicere te non debere litem pati eo loco quo conueneris, sed ibi domum habes. Vnde legatus qui mittitur Romam,

vel

vel vocatur a principe pro neceſſitate vel vtilitate reipu. non tenebit tunc reſpondere, ſed habet ius reuocandi domum. De hoc vide quod legitur & not. de for. comp. cap. vlt. & de dilat. expoſuit & ff. de iud. l. 2. §. legatis.

Donatio ſecundum Azon. in ſum. C. de don. & ſecundum Hoſt. l. ſum. eo. ti. §. j. eſt rei licite nullo iure cogẽti mera liberalitate facta collocatio. vt ff. eod tit. l. donari. Nã illicita rei donatio non tenetur. vt d. l. j. §. ſcilicet. Et dicitur donatio quaſi donis graris cõtractio. vt ff. de dot. cauſa mort. l. ſenatus. §. donatio. Donationis autem diuerſe ſunt ſpecies, prout no. Azo. & Hoſtien. ibidem. quis alia eſt inter vinos. alia eſt cauſa mor. & hæc ſunt duo genera donationũ. vt inſtitu. eod. tit. in prin. Item donationem inter viuos alia ob cauſam interpoſitã. alia ſimpliciter. Et illatum ſimplicium alia eſt ſimplex pura & perfecta alia imperfecta ſeu conditionalis, & ſub hac ſpecie donationis ob cauſa forte cadunt donationes inter virũ & vxo. imo qñq; sũt ſimplices, & tunc regulariter ſunt prohibiti propter cauſas quæ not. C. de don. ante nup. l. ſi ante mediũ ibi ſimplices. Interdũ. n. donationes ille fiunt ob cauſam honeſtam & licitam, & ſunt permiſſe vt in caſibus qui ſunt. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. conceſſa. vſq; ad §. ſi maritus. & quę in illo §. ẽt conſueuerunt notari per doct. ſ. caſus plures inter quos caſus ſunt aliqui in quib. etiam ſimplex donatio valet. ideo dictum eſt ſupra regulariter. Et ſponſalitia donatio ſemper in dubio ob cauſam futuri matrimonij præſumitur factu, vt not. in. l. cũ veterẽ. C. de don. ante nup. Donationũ etiam cauſa mor. tres ſunt ſpecies. non tantũ ſecundum ordinem regularem, ſed etiã ſecundũ ordinẽ alphabeti vt in tit. de do. propter nup. A quo iure vero deſcendat. vt de inſtit. in glo. de do. §. j.

Donatio ante nup. vel propter nupt. ſecundũ Azo. in ſum. C. eo. titu. eſt illa quam facit ſponſus, vel aliquis nomine eius, ſponſe vel alteri nomine ſponſe. & hęc donatio eſt ob cauſam. Forte tamen ſic dicitur. l. fi. C. eo. tit. vbi hoc expreſſe habetur quòd non ſit donatio ſimplex quia ſicut ſiue matrimonio dos eſt nulla ita & donatio ſine matrimonio nulla eſt. Hinc eſt quod illa donatio vocatur antipherna, quaſi cõtraria donatio. Et dicitur ab anti quod eſt contra. & pherna donatio, vt prę alleg. l. fi. C. eo. ti. Maritus. n. ab vxore accipit dotẽ id eſt donationem ad matrimonium, ſic econtrario ipſe donat vxori propter nuptias & ideo licet olim diceretur donatio ante nuptias, tamen quia hodie conceditur fieri poſt nuptias, ideo hodie uocatus donatio ꝓpter nuptias, vt inſt. de dona. §. eſt & aliud genus & d. l. fi.

Donatio cauſa mort. ſecundũ Azo. in ſum. eod. titu. eſt cum quis vidit magis ſe habere q̃ eum cui donat, ſubaudi tradẽde vel ſe obligãdo, nec hæc diffinitio legatũ contineat per verba ibi poſita. Dicitur. n. attrahẽdo vel te obligando, vt nõ referãtur ad teſtatorẽ. Differt aũt hæc donatio. ſ. cauſa mortis a legato, iuxta ea quæ no. C. de don. §. j. in fi. Hoſtiẽ. aũt eo. ti. in ſum. §. j. eam ſic diffinit. Donatio cauſa mortis eſt timore mortis immentis vel future alicuius prouide & liberaliter facta collatio. Et huius tres ſunt ſpecies ſecundũ Hoſt. ti. de dona. in ſum. quas ponit ſub. §.

quot eius. sub versi. donationum. Nam donationū causa mortis prima species est cum quis donat metu mortalitatis future, & non instantis. Secunda est cum quis donat metu mortalitatis instantis, desperans omnino de conualescentia, & hæc donatio comparatur ei qui est inter viuos. Tertia est quando magis vult se habere quàm eū cui donat, & magis donatariū quā suum hæredem. Prędictę species possunt colligi ex l. senatus. §. mortis. iuncta. l. j. ff. eod. tit. & sunt expresse. in l. 2. eod. titu.

Donatio inter vir. & vxo. secundum Azo. in sum. C. eo. ti. est quæ fit cō stante matrimo. quæ secundum leges est prohibita ideo ne mutuo amore inuicem spoliarentur donationibus non temperantes, sed ꝓfusa erga se facilitate abutentes, nec esset eis studiū liberos potius educandi. & illa est ratio secundū Azo. quia sepi futurum etiā vt matrimonia separarētur si non donarent hi qui possent, & matrimonia venalia essēt. Oēs prędicta habent eo. tit. l. j. & 2. Aliter tamē accipit. de hoc vide Hostien. in summ.

Donatio inter viuos secundū Azon. in sum. est quando rem quam dono, malo habere illum cui dono quàm me. Hęc diffinitio colligi ꝓtest ex l. j. in princip. ff. de donat. Et hæc quinque causis potest reuocari. glo. insti. de don. §. sciendū.

Donatio inter parentes & liberos, secundum Azo. in sum. C. de don. inter vir. & vxo. omnia illa quæ dicuntur de dona. inter vir. & vxor. intelligitur etiā de donatione inter parentes & liberos Hæc enim (vt not. C. eod. tit. l. donationes) iuris impossibilitate prohibite sunt, cum vna & eadem persona iuris artificio estimetur pater & filius genitor, & genitus, vt C. de imp. & alijs substi. l. fin. ad fi. Si enim alter alteri donat sibijpsi donare videtur, & ideo nulla est donatio, nisi in casib. puta in dote, & donatione ꝓpter nup. vt ff. fam. ercis. Pomponius philadelphus. ff. de col. do. per totū. quæ equis passibus ambulant. vt l. fi. C. de don. ante nup. Itē cū donat mobilia filiofamil. eunci in castra vt C. fam. ercis. l. 4. Itē valet remissio vsufructus in rebus aduentitijs. vt C de bo. lib. l. cū oportet. §. sinautem res. Et de omnibus prædictis casibus. s. in quibus tenet hæc donatio. est glo. no. C. de inof. dona. l. j. in verbo duabus. Itē donatio facta in alimentum. Alias nō tenet donatio. sed tamen si factum est in filium tanquam in extraneū vel collata in eū supremo iudicio, confirmatur eodem modo & cum eadem determinatione qua confirmatur donatio facta inter coniuges, vt l. donationē. præalle. C. de donat. inter virum & vxorem.

Donatio mera est eadem cum simplici. s. quādo inter viuos donatio fit, quæ etiam dicitur pura libertate fieri non ob causam secuta. Si vero fit ex causa præcedente. tunc dicitur remuneratio potius quàm donatio, vt C. de bon. liberto. l. cum oportet. §. cum autem.

Donatio facta ob causam interpositam secundum Hostien. in sum. eo. ti. §. quòd eius species, est quædā donatio inter viuos quę fit ob causam interpositā, & denotat vt aliquid fiat vel non fiat, vel propter quid sit donatio secuta iuxta ea q̄ habentur l. j. §. j. ff. de donation. vt etiam supra dictum est.

Donatio perfecta & est pura est species donatiōis simplicis & est quā do statim pura liberalitate transfertur dominiū rei date de ista. C.

de

de dona.& ff.eo.titu.generaliter, per totum.& maxime.ff.eo.ti.l.j.

Donatio autem imperfecta siue conditionalis vel sub modo est & an species donationis simplicis secundum Hostien.ibidem.Et est quando statim transfertur dominiũ rei date, & non nisi sub conditione, vel modo,vel in diẽ, vt dono tibi si rex iurauerit Italiam vel dono ita quòd tuum sit hinc ad annum vel aliquid huiusmodi.De ista materia require.C.de donat.quæ sub modo.& con.

Donatio simplex est quæ causam non habet & cum donans nullo casu vult ad se redire quod dedit vel daturum se promisit, vt ff.de donation.l.j.

Donatio sub modo comprẹhenditur supra sub donatione perfecta vel imperfecta.Donatio sponsalitia secundum Azo.in sum.C.de donat. ante nup.§.sponsal tia.dicitur illa quæ a sponso sponse fit, vel econtra,licet raro accidit.C.ti. præal.l. si a sponso.§.quòd si sponsa interueniente, vbi dicitur si sponsa interueniente vel non interueniente osculo,donationis tit.(quod raro accidit)fuerit.aliquid spõso largita &c.Ratio,quia fœminiñ genus auariſſimum est in donãdo ff. ad velleian.l.sed si ego.in fine.vbi dicitur.Facilius se mulier obligat quàm alicui donet.Et ibi not.Accur.Hæc donatio fit intuitu mulierum, & ideo non potest dici vere propter nup.donatio,sed simpliciter.Conditio autem inest,si steterit per donantem, vt C.de donat. ante nupt.l.cũ veterũ sententia.

Donet, vt not.Ioan Cal.in commento decreta.post cessionẽ.de proba. significat diuersimode, put quoduis medium probabile significare declarat, verbi gratia. Lego filie decem donec nubat significat legatum esse annuum.l.legatum ff. de annu.leg.Ratio, quia hæc dictio significat limitationem.Et ex hoc sequitur quòd testator voluit facere multiplicationem,cuius fit limitatio ad tempus nubendi, vt ex tunc non debeatis,item ibi, lego filie fundum cornelianum, donec nubat, vel donec capitoliuni ascendat, non significat legatum annuum, quia subiecta materia nõ patitur,quæ non est multiplicabilis,sed tantum significat extinctionem adueniente tempore nuptus vel ascensionis capitolij. Item ibi donec inuentarium scribitur non licet creditorib.& legatarijs hæredem conueniri.l.fi.§.donec . C.de iur.delib ꝙa subiecta materia hæc declarat.Nam inuentarium debet incipi & finiti intra certum tempus, vt in eadem.l.dicitur . Item ibi,creditor facit debitori pactum de non petendo donec titius fiat consul significat imitationẽ exceptionis per euentũ,& sic etiã conditionem,vt si titius fiat consul,finiatur exceptio pacti,si nõ sed moriatur antequã fiat consul, fiat perpetuo exceptio.l.sufficit.ff.de condit.& demon.Nam ex euentu incerto futuro significatur conditio l.itaq;.ff.si cer.pet.itẽ ibi locus est conditioni furtiue donec dominũ a domino recedat significat limitationẽ & quòd ipso iure dñio ab eo recedente non locus conditioni.l. siue.§.tãdiu ff.de condit.furti.Itẽ promitto decem singulis annis donec titius cõsul fiat,titio existente consule adhuc obligatus sum ipso iure, sed petentẽ repellã.l.eũ qui ita.§.qui ita ff.de verb.obl.Ratio quia nõ est in potestate disponentiũ obligationẽ limitare tẽpore vt ipso iure finiatur tpe.Itẽ lego fun

dum

dum donec titius fiat consul, ipso existente consule finitur legatum & dominũ ipso iure ad hæredum reuertitur.l.fi.C.de le.quia in potestate testõris est facere legatum certo tẽpore finitur ipso iure, vt ibid.Item ibi.Dono tibi prędium donec titius,fiat consuli, titio existente cõsule non finitur donatio ipso iure, nec reducitur dominiũ ad donantẽ.ar.l.ea lẽge.C.de cõd. ob cãm.Rõ quia nõ est in potesta te contrahentium facere contractum finiri tpe,uel do nium trã sferri.Et sic de consimilibus.

Dos secundum Azo.in sum.C.de iu. do.est quod datur a muliere mari to.vt l.si rẽ estimatam. ff. de iure do.vel ab eius parte,vel extraneo vt in §.accedit.l.vnica de rei vxo. actio.C. cum infinitis aliis in quibus dos semper marito datur, vel eius patri,vt l.fundus.ff.fami.her ciſc.& l.si maritus,& l.filia.§. hoc amplius.eod.ti.& hoc propter onera matrimonii.vt l.pro onerib. C.de iure dot. vt perpetuo sit penes eum,vt l.j.ff.de iu.dot.& durat quandiu durat matrimonium, nisi maritus vergat ad inopiam. Hoc ideo dicitur. quia dos soluto matrimo.debet redire ad vxorem vel eius hæredes,sicut donatio ꝓpter nupt. ad maritum vel hæredes.C.de pac.conuen. super do.l. pen.& in authen.de quali. & propter nup.do. ob. dicit quòd bonũ est argumen.de dote,ad dona.propter nup.Fallit hoc in casibus, in glo.vnica.circa medium.in c. peruenit.de emp.& vend.Dicitur autem dos pherna,vt canit gl. C. de dona.ante nup.l.fi.i. donatio quæ propter matrimoniũ conceditur, & sine eo non põt esse,vt prędal.ff. de dona.ante nup.& ff.de iu.do.l. j.cum sim.nec propter matrimonium prohebetur, sicut prohibentur simplicis donationes.Et oportet vt dos sit quando matrimoniũ est nedum de facto,sed de iure cõtractum,vt C.de cond. ob cau.l.j. & repetitur quando matrimoniũ stare non potest.c.& si necesse.de do.inter vi.&vxo.Et redditur mulieri separatæ propter consanguinitatem.c.nuper.& c.j.eo.ti.Diuiduntur autem secundum Azo.vbi supra dos in profectitiam (de qua habetur in l.profectitia.ff.de iure dot.)& in aduentitiam.Quæ diuisio colligitur ex l. filie dotem ibi nec dubium.C. de colla.

Dos aduentitia. secundum Azo. est quę nõ proficiscitur a parente, vt si extraneus dederit patri, vt daret in do.l. ꝓfectitia.§. si quis certam.ff.de iu.dot. Vel si pater non tanquã pater,sed vt extraneus dedit,puta quia debeat filię,&de ei⁹ voluntate dedit in dotem viro,vt d.l.profectitia.§.fi.versi.ceterum.

Dos profectitia est quæ a patre, & tanquam a patre,vel ab auo, uel a proauo paterno profecta est. s. de bonis eius,uel facto eius pro filia, vel nepote eius,vel quam alias de mandato eorum constituit? vel præses, aut curator dedit de bonis alicuius eorum, si erat parens prodigus,vel furiosus. Nec refert an filia vel neptis sit in potestate constituta,vel emancipata. Non enim ius potestatis,sed nomen parentis facit profectitiam. A parente ergo videtur data si ipse dedit, vel iussit alium dare, vel præses, vel curator eius dedit, vt dictum est.Idem est si negotiorum gestor eius dederit,& ipse ratũ habuerit, quæ omnia habentur in d.l. profectitia.in prin.iuncto.§. j. & fin.

Dotis priuilegia sunt multa rẽquire.de hoc in sum.de priuil. do. &

Spẽ.

Spe.in tract.libel.ti.de dona.inter vir. & vxor.§.formatis, vbi no.

Dotis promisso secundū Host.vel nuda pollicitatio secundum Azo.eo. ti. sit per stipulationem, & etiam quandoq; sine præcedenti interrogatione. Nam pollicitatio nihil aliud est quem offerentis promissio,vt no.eo. super rub.

O talitium.l. donatio propter nupt.vel res paraphernales.i. ultra dotē date.doctor.in c.ex parte de foro competen. & in ca. nuper de dona.inter vir.& uxorem.

DE D ANTE R.

Dromones dicuntur qui præerant nauibus ad seruādum traiectum maris,in hoc rēipublice militiantes, & maris transitum tenentes vel tuentes.C.de off.prefect.prætorio aphri.l.2. vnde etiam adhuc eorundem naues nomine vulgari promonens appellantur.

DE D ANTE V.

Dubium siue obscurum verbum interpretandum est pro reo, nisi in quatuor casibus.s. quando agitur causa liberali. de inoffic. testa.de matrimonio,& de dote,ut de fid. instru.inter dilectos, in glo.vlt.& de re indi.c.vlt.Itē dubia sunt in meliorem partē interpretanda.de reg.iu.estote.In quibus ad eōem intelligētiā verborū recurrendū est c. ex literis.de spons. & tutior via In dubiis est eligēda.de homi. ad audientiā. & de spon.iuuenis.

Dubium esse nō dicitur illud de quo est regula, licet sint aliqui casus speciales nisi de casibus specialibus mentio facit Bar.in.l. quoties .ff.quis cautio.

Dubius in fide est infidelis de he.c.j.

Ducennarij dicuntur duces vel magistri ducentorum militū, quorū dignitatem dicimus substantiuo nomine ducennam.

Ducer factionū.i.malorum operum .ff.de appella.l.constitutiones.

Dudum .i.ante.in aut.vt lib.de cete. .§.quia propter.& hæc dictio aliquādo nō respicit multum retro. in auth.de her & fal.§.si ueto aut. et.§.si vero nullꝰ.&.§.si.uero nulla.Q̄nque dudum.i.cū in auth.de nō eligen.secun.rub.§. gregoria.

Dum modo uide glo. in c.non potest.de præben.lib.6.

Duellum dicitur singularis pugna, quæ fit ꝓpter probationem alicuius,ita vt qui vicerit probasse credatur. & victus in probatione defecisse. & dicitur quasi duorum bellum factum ad probationē veritatis,ac si per testes quis intentionem suam fundasset vt c. 2. de pur.vul.quomodo autem si licitū vel non,nisi.gl.in.l.qua actione.§. si quis.ff.ad.l.acqui.vbi dicitur.Si quis in collectatione vel pancratio,vel dum pugiles inter se certant,alius aliū occiderit siquidem in publico certamine, cessit aquilia,qa glorie causa & non iniurie gratia damnum datū videtur. Et duellū non debet fieri ꝓ ecclesia, vt in c.de cler.pugnan.in duel. Si tñ clericus faceret duellum & nō sequeretur mors, vel mēbri detrū catio,posset ex sui episcopi dispēsatione in susceptis ministrare, & promoueri,ut in c.prælleg. Etiā de.iure ciuili duellum nō permittitur.l.cum filius.§.j.ff. de lega.2. & ibi no.glos. si Et ibi dicit Bart. se audiuisse ab imperatore quod antequā duellū ꝓmittatur,quinq; requiruntur.Primo ꝙ ille qui ꝓuocatur sit suspectus vel diffamat. Secundo ꝙ non possit vera probatio haberi de eo de quæ inculpatur. Tertio ꝙ prouocatus sit par vel maior prouocante,quia minori vel inferiori non licet ascendere ad

re ad ſuperiorē, Quarto quod cauſa ſit perſonalis & non pecunialis Quinto quod electa ſit per duellū via armorum & non via ſtrepitus iudicialis. Sed Ioan. de Imo. dicit quod reperit ſecundum leges feudorum in tribus caſibus permiſſum eſſe duellū. Primus caſus eſt in titulo de pace tenenda. §. ſi ꝙs hominem in c. j. col. 10. Secundus caſus eſt in eadem inſtitutione. §. ſi quis alium. Tertius caſus eſt etiam in eandem inſtitutione in §. ſi. quis miles vbi uidetur innuere quod in qualibet cauſa capitali poteſt fieri duellum, licet gloſſ. contra teneat de iure Lombardorum quæ gloſſ. remittit ad Goff. Bononien. qui fecit tractatum de pugna & duello. Et dicitur etiam duellum monomachia a monos quod eſt onum & machia pugna. quæ ſi pugna vnica, & ſingularis, & ideo inter laicos prohibetur, quia in eo deus tentatur. 2. q. 5. ca. monomachia. Nec ob. exemplum Dauit pugnantis cum Golia, quia priuilegia paucorum, non faciunt communem legem 26. q. 2. c. non exemplo, & in quæ raro fiunt miraculum eſt. in authen. de conſuli bus. §. j. circa medium col. 8.

Duellum fuit inuentum ex diabolica imaginatione ſeu inſtigatione, ut homines ſe trucidarent, & ſic inſurgeret periculum animarum. Panor. in cap. 1. in fin. de cle. pu. in duell.

Duplicatio eſt allegatio quę datur reo ad infirmandū replicationem actoris, vt inſti. de re. §. rurſum. & no. in Spe. de exce. §. nunc de replicatione, vel ſecūdū alios eſt eliſio uel annihilato replicationis, & habet fieri a reo cōtra repli. acto.

Duplicitas probibetur in ſex caſibus ut not. Arch. 18. q. 2. in nullo.

Duploma, vt habetur. ff. de verb. ob. l. continuus. §. cum ita. eſt iter duplicatum, vel celeritas ſecundum glo. ibi nā tex. ibi exponit dicens. Neq; duplomate. i. diebus ac noctibus & omni tempeſtate contempta inter cōtinuare cogatur. q. d. duploma facit nam tex. ibi prohibet eum qui epheſi daturum ſe ꝓmiſerit, nec cum duplomate cogiturum, nec tam duplicate progredi, vt reprehenſione dignus appareret. Vel ergo duploma dicitur ille qui duplata utitur dicta, vel eſt ille qui fortuito temporis euentu de duabus dietis facit vnam.

Duntaxat. de hoc uide Archid. de reſcrip. ſtatutum. §. in nullus. li. 6. & de iureiur. c. j. eo. lib.

Duplois vel dyplois eſt dupla veſtis.

Duumuiri. i. magiſtratus municipij q̄ curie præſumit. C. de decu. l. duumuiris lib. 10. Vtrum ſit magiſtratus, vel non no. C. quo quiſq; or. conue. l. ſi ita lib. 6.

DE LITERA E.

E *Prepoſitio* aliquando excludit extra de re. c. j. ibi emeritum. i. indignum, aliquando includit, vt in Lucano. Quę rura dabuntur emeritis ideſt bene meritis.

Eatenus quot modis capiatur. uide Bart. in. l. j. in princi. ff. de no. ope. nuncia.

Ebrietas refertur ad ſuperfluitatem potus, & eſt immoderatus vſus vni & duo ſunt effectus ebrietatis. Nam inducitur mentis exilium, & prouocato libidinis, & idem olim paties abſtinebant ab uſu carniū & vini c. ab exordio. & c. ante omnia 36. diſtinct. vbi dicitur quod ebrietas eſt fomes omnium maiorum. Pan. in ca. a crapula de vi. & ho. cle. Ebrietas aſſidua eſt peccatum mortale. §. alias demum 25. diſtin. nam frequēter quis inebriā

tur.

tur,qui ſcienter & voluntarie inebriatur.Abbas in ca.a crapula, & in c.j.de reliq.& c. ſane,in princ. vbi dicit etiam quod vix ebrioſi decedũt ſine peccato,& vide gloſ. in l.j.C.de reliq.& vene.ſanc.

Ebrietas facit delictum mitius puniri.Bart.in.l.reſpiciendum.§. delinquunt.ff.de pe.

DE E ANTE C.

Ecclesia ſecundum Archid. de ele. fundamẽta li.6.in prin.multis modis dicitur.quandoq; dicitur collectio ſanctorũ.vt 22.q.j.nuptiarum 22.q.4.recurrat.in fi.Secundo eſt catholicorũ vel fideliũ collectio. de conſ. diſt.j.eccleſia & ſic ſumitur 3.q.4. engeltrudan. Et no. ꝙ ſicut ex decreta.Iulii Papæ c.2. ſumitur tunc eccleſia eſt nomẽ græcum.& dicitur in latino conuocatio.propter hoc quod omnes ad ſe uocat.Et de expoſitione huius nominis eccleſia vide. & quærelã ne præla.6.ſu.ſub.an.cen.cõce. in gloſſ.vbi not. Nã ſinagoga eſt cõgregatio quę proprie eſt iudeorũ. Sed conuocari proprie eſt vtentium ratione. Congregari autem ſolent pecora,ut dicitur Hug. Et dicitur catholica ideſt uniuerſalis quia per vniuerſum mundum eſt conſtituta, ita exponit glo.C. de ſum.tri.& fi.cath. ſuper rub. Vel vniuerſalis dicitur.i. generalis in eadem doctrina ad inſtructionem vel adminiſtrationem,vt in præal lega.c.Iulii Papæ. Vel dicitur eccleſia ſecũdũ græcos,ab eccleſijs, ꝙ eſt miſerans,quia ipſa plena mina eſt.Nã nunquã claudit gremiũ ſuũ redentib.C.de ſum.tri.in epiſtola inter claras. quæ eſt Ioannis ſanctiſſimi Archiepiſcopi Romani ad Iuſtinianum Imperatorẽ, & incipit.Victor Iuſtinianus pius.& habet ſex colũnas,& de here. ſupeo.lib.6.Tertio eſt collectio malignantiũ . pſalmus Odiui eccleſiã malignantium.Quarto eſt murorum ambitus.Et vide gl.in uerbo matricẽ in cle.j.de ſen. excõ. ubi concordantie.Et quandoq; ſumitur pro materiali eccleſia & eccleſie parietibus . Quinto eſt corpus xp̃i.Sexto prẽlatura eccleſie , Septimo obuẽtiones eccleſiaſtice ꝙ ueniẽtes rõe eccleſię.Octauo epiſcopalis eccl.Et hãc deſponat eps qñ cõſecratur.Nono uiri eccleſiaſtici.63. diſt.c.j.Decimo canonici matricis eccleſie 13.q.j.§. vlti. vndecimo maior pars capituli.56. diſt.apoſtolica.Duodecimo ſignificat epiſcopũ tm̃ 7.q.j.ſcire.Tertiodecimo eſt quæ licet eccleſia ꝙ uincie cathedralis, non Romana. Nam appellatione eccleſie matricis intelligitur eccleſia cathedralis , ſed non Romana, vt in.c.cum ſuper. de uſu palii.vide gl. in.cum clerici de ver.ſign. & 10. q.j. c.j. Antiquo eccleſie cathedralis nomine etiam intelligitur epiſcopus & capitulum illius eccleſie, & nõ alii clerici. Et eccleſiarum bona ſunt dei,licet omnia ſine eius,hæc ſpecialius.Et earum res & perſone diuiuo & humano iure ab exactionibus ſecularium perſonarum ſunt immunes ca.quanquã decem lib.6.& eccleſia non debet ditari cum aliena iactura 54.diſt.generalis.de pe.ſuam.ff.de condi.indebi. l.nam hoc natura.

Eccleſia collegiata quæ dicatur, & quomodo cognoſcatur, vide late per Abb.in c. nobis in 2. col. ver. in glo.in verbo in conuentuali.de iure pa. & per Arch.in c. monaſterium 16. q. 7. vide etiam aliquid per Car.in cle.2.de eta.& quali.in q.4.q.& per Fel.in c.accedentes. in 2.col. verſi.dicit etiam Oldra.

de

de prescrip.

Ecclesiarum appellatione in materia odiosa & penali non venit hospitale, nisi sit religiosorū. Dominicus de sanct. Gemi. in c. cupientes §. j. de ele. in vi. l. 3. colum. Fel. in c. de quarta in 6. col. versi. quod omne hospitale de prescrip.

Ecce not. Paulus in commento c. tertio loco. de proba.

Etiam illa dictio implicat C. si tutor uel cura l. etiam & l. fi.

Eculeus est genus tormenti ad modū crucis dispositum. C. de malefi. & mathe. l. & si excepta. in fi. de hoc 23. q. 1. c. j. per Archi.

DE EANTE D.

Edes secundum Azo. dicuntur edificia vrbana, sicut velle rusticana. ita exponitur. ff. de uerbo. signific. l. fundum.

Edere actionem secundum Azon. in sum. de eden. est exprimere vel designare ius quo quis petit aliquid ab aliquo ī iudicio. Fit aūt edictio actionum vel per libellum iudici oblatum. s. vt per eum reo detur. & ipse deliberet vel in alio quem ipse descripsit, vel sine libello, dictāte authore vel sapiēte suo quid tunc est dictaturus, aut quo iure est vsurus ff. eo. ti. l. j. §. edere.

Edictio instrumentorum secundum Host. in sum. de instru. §. an instrumentum edi possit, & qualiter fiat pōt dici copulatio vel communicatio facta corā iudice vel eo præsente, siue aduersarius sit præsens, siue nō saltem cū consule, vt l. j. §. editiones ff. de eden. vbi de edictione instrumentorū in glo. ibidē. Nā edere est ostēdere, & copiā describendi facere, vt no. in c. j. de pba.

Edictum quandoq; idem est quod mādatum principis, secundum illud l. 2. Exiit edictū a Cesare Augusto. Quandoq; idem est quod generale statutum principis vnde. Edicunt reges, indicit festa sacerdos. Et differt a constitutione quia constitutio potest esse generalis vel specialis, vt l. j. ff. de consti. prin. & sic accipitur. C. de edicto diui Adria. tol. & similib. Quandoq; idē est quod statutū vel mandatum pretoris, sicut, omnia prætoria edicta, vt edictum de albo scribēdo, & de inius vocando, & de huiusmodi, de quibus vide Spe. de act. seu, peti. proponendis §. postremo. ver. nunc dicamus de edic. Et quedam alia differentia edictorum est diuisio, quia quædam sunt prohibitoria, vt edictū de testibus & matrimonio quædam permissoria, vt de iureiu.

Edictum prohibitorium est illud in quo regulariter omnis permittitur qui non prohibetur, vt in procuratoribus & in testibus. ff. de testi. l. j. & de transla. episco. c. inter corporalia.

Edictum permissorium secundū Io. Cal. de supplem. negli. prela. c. Romana lib. 6. est illud quod regulariter est prohibitorium, & tamen in certis casibus permittitur, vt in c. Romana. preal.

Edictum carbonianum. Require supra carbonianum.

Edictum diui Adriani, secundum Azo. in sum. C. de edict. diui Adr. tol. continebat quòd si scriptus heres postularet se mitti in possessionem, non aliter fieret missio nisi vicesima pars daretur reipublice. Et quia multe erant interpretationes & distinctiones circa hoc edictum facte ideo hodie sublato hoc edicto, fit missio in possessionem rerum hereditarium iuxta dispositionem quam ibi disponit seu ponit Azo. & ideo ponitur vnica rub. de edi. di. Adria. tol. in 6. libro. C.

Edi-

Edictum editium dicitur idem quod actio edilitia. Nam actio edilitia ab edicto edilitio descendit, ut l. cum autem §. he actiones iuncto. §. edilitie in l. fi. ff. de edil. edic. de hoc require supra actio edilitia.

Edictum prætorium est quod prætor edicit iubendo, mandando, vel constituēdo, vt facit in edicto. de dam. infect. vt l. ff. de damn. infecto l. prętor ait. & ff. nau. caup. sta. l. prima & ne quid in flu. pu. l. j. & in alijs pluribus. Forte pro eodem sumitur hic mandare & iubere, vt not. ff. quod iussu l. prima in glo. super verb. quemadmodum.

Edictum successorium secundū Azo. in sum. C. e. ti. est quo prouidetur creditoribus. Et dicit ibi gl. quòd est quod prioribus non petentib. sequentibus petentibus permittitur. Fit. n. quandoque successio de gradu in gradum, & de capite in caput C. de suc. edicta. l. j. nam illud edictum propter creditores inductum est. ff. ea. l. j. vbi illa scripta quasi de verbo ad verbum posita sunt, & hoc ideo nec creditoribus longior mora fieret dum bona hereditaria vacua sine domino diutius iacerent. Bene igitur putauit pretor prestituere tempus his quibus bon. pos. detulit, & dare successionem inter eos, vt citius possent creditores scire vtrum habeant cū quibus congrediantur, an bona vacantia fisco delata sint, an potius ad bonorum pos. procedant quasi sine successore defuncti.

Edilis olim dicebatur qui non solū construebatur a plebe ad hoc vt preesset edib. vt ff. de orig. iur. l. 2. itemq; vt esset. sed etiam prefuit plebescitis. qui etiam aditus dicebatur a nomine edes, & a verbo tueor ris. quia tuebatur edes ut in stitu. de tut. §. tutores autem, pspiciebat enim ne in ciuitate essent domus ruinose vel inordinate posite in preiudicium republice. Deinde plebs sibi patres creauit, qui etiam plebem excederent. De numero patrum vide. ff. de ori. iu. l. 2. §. deinde cum placuissem.

Ediles curules sunt. constituti postquam placuit plebi, qui etiam curabant de edibus patrum & negotiationibus, vel etiā dicti sunt, quia curam habebant edendorū animalium vt sana venderentur, vt not. ff. de off. prefect. vigil. l. j. in glo.

Edilis crealis dicitur a certe quia fuit annone id est frumento distribuendo. Item etiam dicitur prefectus annone de quibus edilibus in prę all. l. j. & l. 2. §. deinde ff. de ori. iur. hic tamen proprie vel improprie de edo es. & nō de edibus edilis dicitur nec enim spectat ad eū cura edium sed eduliorum. Quandoq; est alterius administrationis nomen alii impositum per vsurpationem eius, & quidam credunt vocari continue annone prefectum. Azo. tamen in sum. C. de offi. prefe. anno. dicit quòd annone & publice functiones a quo licet debebunt prestari, & tunc quando aliquis priuilegio uel præscriptione prætendebat excusationem præfectus annone de hoc ipso cognoscebat, alioquin imponebatur ei pœna triginta librarum auri.

Educare, est ad uictum necessaria præstare. ff. de ali. leg. l. vlti.

Edulium. i. comestio. ff. de offi. procō. & leg. l. solant.

DE E. ANYE F.

Effetta. i. aperire de constit. dist. 4. c. postea tanguntur.

Effusionis verbum abundantiam significat. 15. q. j. reuertimini. 42. di. iepe. vide gloss. de senten. excom. cap. cum illorum, in verbo effusionem

nem ſanguinis.

Effuſio, & eiectio requi. ſupra actio. de eff.

Effeminati dicuntur quibus virilia exciduntur, vel ſodomite.

Effractores dominatur qui ſiue diurni vel nocturni furandi cauſa ſolent domos effringere, vt. ff. de effra. & exp. l. i. & 2. vel qui carcerē vel aliud fragunt vt euadant. & aliter puniendi ſunt diurni & aliter nocturni, quia atrociores ſunt, & acerbus puniuntur, vt in c. ſi per ſodiens de homi. & ff. ad l. aqui. l. i.

DE E ANTE L.

Electio ſecundum Io. Eſt alicuius perſone idonee ad dignitatem vel fraternitatem ſiue ſocietatem ſeruata forma canonice facta vocatio, & hoc modo electio ſumitur ſtricte, quamuis eligere ad multa ſe habeat vt etiā no. Gof. in ſum. eo. ti. §. i. in prin. Vnde ad electionem tria requiruntur. ſ. authoritas, numerus, & zelus. Authoritas conſideratur in dignitatibus & meritis vite, zelus conſiſtit in animo, vt ſine carnali animo fiat, ſed ſecundū meritum perſone eligende. 8. q. i. ſi ergo licet contra iſtam conditionem. ſepius committatur electio de facto, non de iure. Vnde quadrupliciter eligi ſolent vel quatuor portis intrare ſolent viri eccleſiaſtici. vnde poeta. Quatuor eccleſias portis intratur ad omnes. Cæſaris, ſimonis ſanguinis atq; dei. Prima patet mag nis. ſed nummis altera charis. Tertia, ſed paucis quarta patere ſolet de numero patet. Dicit ergo electio fieri ſecundum iſta tria habito reſpectu meriti ad meritum, zeli ad zelum, numeri ad numerū. Si tamen ex vna parte ſit dignitas, & zelus melior tam reſpectu eligentium quam electi, & ex alia parte numerus maior certe preualebit dignitas eum zelo ipſi numero, vt extra de ele. eccleſia veſtra. Item differunt electio, collatio, & preſentatio, nam electio fit per collegium ad dignitates, & papa confirmat, & quo licet collegium debet eligere prę latum ſuum, niſi aliud ſit de conſuetudine vel priuilegio, vt extra de elec. & ele. pote. cap. i. collatio fit ad beneficium ſimplex, & pertinet de iure communi ad epiſcopū per totam dioceſim cum conſenſu capituli, niſi aliud habet conſuetudo vel priuilegium, & dat plenum ius, nec indiget confirmatione. Sed preſentatio pertinet ad patronum, nec dat plenum ius preſentatio, ſed requiritur inſtitutio, & inueſtitura epiſcopi vt per totum ti. de iure patro.

Electio debet eſſe communis conſonans & canonica, ita ꝙ ſi vnum deficiat, erit vitioſa. text. in c. nullus laicorum. iuncta gl. 63. diſt. Quæ autem dicatur electio canonica, vide Io. an. in c. non poteſt in verbo canonice. de preben. lib. 6. Spect. in tit. 2. §. videndum reſtat. ver. nunquid nocet & debet fieri loco determinato alias eſt nulla, niſi cauſa ſubeſſet. ca. venerabilē. de elec. gloſ. in c. in nomine domini. in verbo. fieri 23. diſtin.

Elementa prima ſunt quatuor, ex quibus omnia corpora conſtituū tur, quorum viribus totus mundus gubernatur. ſ. terra frigida & ſiciſſima, aqua humida & frigidiſſima. aer calidus & humidiſſimus, ignis ſiccus & calidiſsimus, primū melancolicum, ſecundum phlegmaticum vel fleumaticum tertiū ſanguineum, & quartum cholericum vt not. in glo. in proe. inſt. ſuper verbo. prima elementa.

Elimatum. i. purgatum. C. de vete.

iure

iure enu.l.2.§.sed cũ prospexim⁹.

Elogium idem est quod testamentũ vel dicitur etiam eulogium vt infra dicetur.

Elogia. i. epistole.ff.de cust.reo.l. diuus.& de re mili. l. 3. in princip. Aliquando. i. generalis sermo de edil.edic.l.ediles.2. §. iumentorũ. Quandoq;.i.panis benedictus.i.q. i.non licet.

DE E ANTE M.

Emancipatio secundum Azo.eod.tit. est relaxatio patrie ptãtis coram iudicio facta,& dicitur quasi extra manum idem ptãtem patria post quia quando filius extra manum patris ponitur.tunc emancipatus, vt in ti.C.de eman.li.

Emancipatus dicitur filius vel nepos quia iugo & ptãte vel manu patris vel aui est relaxatus,& sui iuris effectus quia emancipate est a ptãte manu, & iure, patrie ptãtis dimittere vel liberare.Sed manumittere est seruum a seruitute eripere vel emittere seu sinere,& sic emancipatio pertinet ad liberos,& manumisio ad seruos. Et not.q̃ deus emancipauit hominẽ dũ deducit ei liberũ arbitriũ,& sic sumus filii dei emancipati c. nisi cum pridem. de renun. §. verum vbi de)(hoc glo. Et no. q̃ pater potest compelli a filio ad emancipationem eius quatuor casib. vt no.gl.insti.de tute.§.& eadem.

Emansor dicitur que diu vagus fuit extra castra,tandem radiens ad castro vt.ff.de re.mi.l.3.§.emansor. Et ponitur de pe.di.i.ca.pene.Vel dicitur qui imminente lite fugit extra castra, & pace reformata reddit.

Embola felix appellatur, vel Romanorum iuuentus excrescens. Vnde annus bissextilis dicitur emboliſmus vel emboliſmalis, quia crescit in vno die. De hoc. C. de sacrosan.eccle.l.iubemus.in glos.

Emergere est aliquid subito euenire vel accidere.& sic forte accipitur. C.de administra.tut.l. cum quedã ver.siue huiusmodi. Et nõ dicitur iã inter illa quę fit questio emergẽs & incidens & quomodo differant,est gl.optima in c.i.de or.cogni.Et dicunt ibi doc. q̃ incidens respicit negocium principale,&tãgit merita eius siue sit acquisitum ante siue post lit.contes. Emergẽs vero tantum processum respicit, & tendit ad ipsum impediendum siue etiam ante siue post lit. contest.oriatur & dicitur emergens id quod extrinsecus euenit, & nihil cõmune habet cum negotio principali.Scilicet incidẽs intrinsecus respicit negociũ principale. Quãuis enim vtrunque oriatur ex circunstantiis,tamen in hoc interest quia incidens est ex circunstantiis cause vel negotii principalis & emergens ex circunstantiis iudicii vel processus vnde, Incidens perimit,emergens iurgia differt.Et ad saluandam glossam preallegatam quę videtur defficere in differentiam quam ponit,quia incidens ẽt in iudicio potest oriri scilicet opponendo pactum de non petendo, & emergens quandoque ante litem contestatam vt si excipiatur de excommunicatione ante lit. contest. dicas q̃ incidens dicitur habere causam vetustiorem ad negotium principale,sed emergẽs dicitur de nouo oriri, quia tendit ad impugnandum,& ante processum de nouo factum esse non poterat,cum non posset impugnare non esse facit.capit. ad dissoluendum de spon.impu.& est glo. bona in l.q̃ iusfit.ff. de re iud. quæ dat exẽplũ. incidens vt si actor di-

citur seruus, emergens vt testem non admittendo.& ibi doct. plene notant de hoc an pretor vel iudex possit reuocare interlocutoriam per quam quæstio incidens vel emergens decidatur.

Emiola idest sescupla compositum ab emi.i.dimidium, & holon totū quasi continens totum, & dimidium & est vsura .quæ continet totum,& alterum eius partem, vt si de quatuor solidis accipiantur in fine anni sex,

Emerit dicuntur milites veteres qui iam sunt a militia soluti, vt in tit. ff.de vete.& mili.succession.

Emptio require supra contrahenda empt.& contrahitur postquam de petitio cōuenerit ea mente,vt pretium soluatur. Nam si imaginarie & per similitudinem de pretio cō ueniret emptio nulla esset,& contrahitur solo cōsensu,siue interpræsentes,siue inter absentes per nuntium,vel per epistolā,vt probatur inst.e.ti.in prin.ff.eo.l.i.§.vl.&.l. 2.§.i.& arredatio est arg. emptio.

Emptio presumitur facta ex pecunia illius cuius nomine cantat instrumentum.Pan.in c.presbyter.in 2. not.de pecu.cle.

Emptor bonefidei dicitur esse qui aut ignorauit rem alienam,aut putauit eum, qui vendidit habere potestatem vendendi.

Emphyteosis secundum Azo. in sum. C.de iure emphyt.& secundū Gof. in sum.rub.de locondu.§. quid sit emphyteosis dici emphyteosis grece est melioratio latine.Ab initio. n.sterilia tantum per hunc contractum concedebantur,vt is qui acciperet rem in meliorem statum deduceret & sterilem fertilem redderet. Postea tamen permissum est de rebus fertilibus & fructuosissimis emphyteoticari posse,vt C. de iure emphyteo. l. i.in principio,& dicitur emphyteosis, vel emphyteoticus cōtractus ille, qui in melioratiōnibus & in rebus soli tantum consistit. Ecclesiastica aurē emphyteosis consistit in his immobilibus q̄ ad hoc congrua videtur economo & aliis gubernatoribus,vt. C. de sac.sanct. eccle. in aut.perpetua.& aut.leges quas.Et prout cōmuniter dicitur tunc emphyteosis est media inter locationem & venditionem.[Et ita diffinit Zeno Imperator imo dicit dictum contractum esse quodam tertium genus ab emptione & locatione separatum, vt l. i.C. de iur. emphy. quæ est lex zenonis. Sed Hostien.suam diffinitionem secundum hanc intellexit,vt puta quem admodum Hostien.dicit.&est hoc ideo quia decretalis potuit emphyteotam ponere sub titulo de loca. & conduc.quia magis similis est emphyteosis locationi quam venditioni,cum dominium retineatur & aliquid certum annuatim recipiatur,vide Spec.de loc.& condu. §.nunc aliqua. inde emphyteoticus.capitulo cum adiectiuum. vnde,dicitur emphyteoticus contractus. emphyteotica concessio, & emphyteoticum instrumentum. Inde etiam emphyteotico eas. id est in emphyteosim concedere.Et est natura huius contractus vt soluatur pensio sicut conuentum est nisi res ex toto pereat itē q̄ licet domino authoritate sua emphyteotam & eius successorem expellere, si per triennium cessauerit soluere pensionem,sed emphyteota ecclesiæ repelli potest, si per biennium non soluerit pensionē.

Emphyteota vel emphyteoticus dicitur ille qui agrum conduxit, vel accepit ad tempus colendum sub certo

certo ptio. Cuius contrariū dominus Vuilardus tenuit, videlicet q̄ nunquam ad tempus, sed bene perpetuo tempore conduxit quamdiu viuet hereditario iure tenendum, & colendum sub certo pretio & cerrtis conditionibus, prout inter ipsos contractum est per lege prima C. de iure emphyteo. ibi perpetua stabilitate. ff. si ag. vectig. vel emphyteoti. pe. lege prima. §. qui in perpetuum, & dicit hoc expressum esse in lege prima. §. quæcunque. C. de fun. patri. vel perpetua scriptura interueniente, & consensu vtriusque id est domini & emphyteote adhibito, in hoc scilicet vt statim dominus aliquid pro te accipiat scilicet quod inter eos conuenerit, vel pecuniam, vel aliam rem, puta predium aliquod, vel simile, vt proprium sit domini, item vt hic emphyteota de cetero annis singulis vel duos venetos, vel simile soluant in specie redditus, prout dicit Azo. in summ. C. de iur. emphy.

Emphyteosis perpepetua est regulariter prohibita in rebus ecclesie, & dicitur perpetua, etiam si sit ad xxx. ann. Panormita. in capitulo nulli in vlti. not. de rebus ec clesiæ alie.

Emphyteomata vel emponemata (alias emphitheomata) secundum Azonem eodem titulo sunt res meliorate & ita exponit tex. lege tertia. C. eod. titulo vel melioratione quibus ager labore sic retinentis melior efficitur.

Empleumata dominatur impositiones. vnde emple grecæ est impositio latine. vel sunt superstitiones siue superabundantia. Item expleuma est eminens scriptura. Et dicit Ac. in l. tigni. ff. ad exhi. quod empleumata sunt ornamēta vasorum vel ornatus aut varietates colorum, vt. ff. de vi. triti. & ole. leg. l. 3. §. i.

Imo vero emblemata legendum est non emblemata, quod nihil est. Et dicitur emblema a græco verbo emballo, quod est immitto, in sero, seu iniungo, vide Budeum. ff. ad exhibendum. l. tigni. Embleuma vero cuius author meminit, nusquam elgi.

Emo lumentum capitur pro sustentamento in dispositione contento & onere sibi annexo, quia ex emolumento regulatur onus, vt ex voluntate testatoris, vel quolibet alio medio disponente conclusum videtur & materia subiecta patitur. verbi gratia lego titio decem, & volo quod dentur seio quindecim nō tenet onus in quinque, & sic in exccedenti quantitate. l. Imperator. §. i. ff. de lega. 2. Ratio. quia licet hæc sit voluntas testatoris, tamen materia subiecta non patitur hoc significatum, scilicet onus esse sine emolumētovel circa emolumentum, quia quem non honor eundem nec honorare debeo. Item ibi lego decē tibi, vt des titio librum tuum qui valet quindecim si acceptas decem tenes ad onus libri valentis quindecim l. Imperator, enim vero. ff. de leg. 2. Ratio quia significatum summitur ex verbis testatoris, & acceptatione legati, nam per acceptationem videris rem tuam tantum estimasse in qua oneratus es. Item ibi testator legat tibi decem & rogat vt stichum seruum alienū qui valet. xv. titio des. si acceptas legatum non teneris titio vltra emolumentū l. generaliter. §. qui alienū. ff. de fideicom. here. Ratio quia acceptans verisimiliter igno

rat valorem rei aliene. item ibi.te ſtator legat tibi fundumvalentem cētū, ſi centū dederis heredi alieno, ſi oneraris reſtitue fundum non teneris vltra emolumentum l.ciuitatibus.§.i.ff.de lega.i.Simi liter ſi fundus legatus eſt titio, & oneratus eſt in dando alium fundum qui eſt maioris valoris, nō te net onus vltra emolumentum pre alleg.l.Imperator item ibi teſtator legat menſam quę eſt debitoris & creditoris, legatarius acceptat, & onus eſt debitoris, vltra emolumētū tenet onus, vt in l.cū pater.§.menſe negotiū.ff.de leg. 2.quia ex vniuerſitate concurrit voluntas teſtantis, & acceptatis. Vnde nota ꝙ minue emolumentū nō patiatur maius onus, ſed tamē onus nō cēſetur minus, quādo vere vel ficte eſt equale, & ſic diminuto emolumento diminuitur onus inquātum eſſet emolumento maius, & hoc verum, niſi vbi poteſt culpa imputari habēti emolumentum. Sed tunc onus videtur maius, quia equiparaſſe videtur, & finaliter poſt multa dicta Bart. & doct.in l.plautius.ff.de condi & demon.concluditur ꝙ emolumentum onus ſibi iunctum regulat, vt voluntas diſponentis vel acceptantis declarat.

Emologari alias homologari eſt confirmari, vt dicimus ꝙ arbitrium emologatur id eſt confirmatur ſilentio decem dierum tacite vel expreſſe. ſecundum Goffr.in ſum.de arbi.§.effectus.

Emunitas ſecundum Gof. in ſum. eod.ti.eſt libertas conceſſa eccleſiis vel eccleſiaſticis ꝑſonis & rebus aliis ad eas ſpectantibus. Vel eſt priuilegium eccleſiaſtice libertatis vel perſonarum vel rerum ad eam pertinentium. Dicitur aūt emunitas quaſi extra munia.i.officia vel onera, a quibus eccleſie ſunt immunes, vt eo.tit.c.eccl. vn de locus conſecratus.ſ.eccleſia habet emunitatem, id eſt libertatē vt nullus inde trahatur per vim. niſi in caſibus.ſ.fugiens ad eccleſiā ſit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum. i. deuaſtator fructum in agris. Etiā ſi in ipſa eccleſia cōmiſit homicidium furtū, vel maleficium quia fruſtra auxiliū legis implorat qui cōmittit in legem de vſur.quia fruſtra de ap. c.an ſit C.de iure lib.l.ſancimus.§. ſi vero vel dicitur quaſi extra munia.i.numera. Nō.n.eccleſia ſubit ſordidā munera, vt calicis coquende, arene, fodiēde, & ſimilia.de quibus vide Hoſt.in ſum.eod.tit.

Emiſſarius vero dicitur qui faciliter ſalit ſuper aquas vel per aquas & foſſata.

Emulatio id eſt inuidia, & habet plures ſignificationes, vt 43.diſt. ſcimus.

DE E ANTE N.

Engenia erat feſtiuits dedicationis templi, græce. n. Kainon, id eſt nouum.

Energumini ſunt a demonibus obeſſi vel qui in defectu lune patiuntur defectum mē tis, not.de conſe. diſt.5.commi.dic.

Enigma. i.ſubtilis dubitatio, C.de le. l.ſi.circa fi.& extra de relig.& vene.ſan.c.in li.6. alibi exponitur.i.figura. C.de ve.in enu.l.i.§.i.aliter ſumitur in auc. de equali. do. §.i. ver. ille autem.

Enim.i.certe, exponit glo.in aut. de nup.§.nuptias.& habetur hæc dictio.n.extra de reſti.ſpo.c.frequēs §.illum autē.in 6.& inſt.de re.di. §.enim. &. §. paruus. Aliquando exponitur enim.i. quia C. de cri. ſacri.l.2. Aliquando ponitur continuatiue

nuatiue cum ſuperiore. vt. ff. de mil.teſt.l.neque enim.

Enormis leſio quando dicatur,glo ſ. in c.cum illorum, de ſen. excom. dicit quod ſtatur arbitrio iudicis Fely. in. c.cum illorum col.4.ver. in ea gl.ibi relinquitur.

Enucleare vetus ius.i. extra nucleũ obſcuritatis ponere. Nam prout Azo. dicit C. de. ve.iur.enu.ſicut in nuce inuenitur quod eſt amarũ ita & in veteri iure erant tot mul titudines quod nemo eas habere vel legere poterat. Nam ſicut in nucleo dura teſta inuenitur, ita ibi dure & inique ſententie erant. Itẽ ſicut nucleus cum inutili pellicula tegitur & latet, ita & in illa multitudine tãta & ſublata ſuperfluitate antique & neceſſariis & vtilibus collectis prout melius fieri potui, ius vetus enucleatũ eſt. Nam melius eſt pauca & idonea effundere quam multis inutilibus homines prægrauari,ut C. eo.tit. l.2.§. ſed & ſi quid. item dicitur vetus,quia ab Vrbe Roma condita & a Romuleis temporibus vſq; ad tẽpora iuſtiniani fere per mille quadringentos annos confuſe ſtatutum obtinuit,ut C.de ve.iur. enu.l.j.§.j.ibi reperimus aũt &c.

Enunciatum verbum de ſe tantum ſignificat quantum ſonat.ſ.enuntiationem eius quod eſt vel quod nõ eſt,ſicut nũcius dicitur qa refert volũtate domini ſui.ſ.quod velit, & quid ſi velit,vt in l & licet ff.de conſti.pec. Quandoq; tamen verbis enunciatiuis ſignificatur diſpoſitio,quando hoc ſignificari concluditur ex quouis probabili ſignificato, verbi gratia. Creditor dicit debitori ſuo quem ſcit eſſe debitorem,confiteor te non teneri vel debere.Hæc ſunt verba enũciatiua tantũ & falſum enunciãt, quia verum eſt ipſum teneri, & ideo hæc verba veram liberationem inducunt l. tale pactum.ff.de pac. Ratio eſt voluntas proferentis, ex fauore liberationis, ſecus ſi ignoranter proferret, item ibi teſtator legauit multa vxori,& dixit ſe non dubitare quæcunq; acceperit vxor,liberis communibus reſtituturam.Hæc vera,non dubitare,non ſunt diſpoſitiua ſed enũciatiua quia enunciant voluntatẽ mulieris, & eius factum futurũ in rebus ſibi latis, tamen accipiũtur pro fideicõmiſſo,& ſic ſignificant diſpoſitionẽ,vt in l.vnũ ex familia.§.fi.ff.de leg.2. Rõ, quia hoc importat voluntas teſtatoris ex ſignificato amoris ad liberos, & ex infirmitate enunciationis dicit ſe non dubitare item ibi. in iudicio confiteor me tibi debere decem ſignificatur diſpoſitio,quia per hoc verbum obligor ſoluere, licet ante non eſſem obligatus l. vnica. C.de cõfeſ.Ratio,quia hoc importat præceptũ iudicis de ſoluendo expreſſum vel tacitum,licet.n. ex preſſe nõ præcipiat habetur tamẽ pro præcepto, & ex confeſſione ſufficienter probatur debitum, & ſic lex hoc diſponit etiam præter voluntatẽ obligari propter neceſſitatem iudicii.item ibi extra iudicium confiteor me tibi debere decem ex cauſa mutui, p hæc uerba non ſignificatur diſpoſitio, ſed eſt tantum enunciatio ex qua oritur ſufficiens probatio debiti.ff.depo. l.publia.§.fi.Ratio,quia hoc tãtũ ſignificant verba,nec poteſt aliud de concludi.Alia diſpoſitio. Nam obligatio faciliter infertur ſicut liberatio. item ibi,extra iudicium confiteor me tibi debere centum, non exprimendo cauſam, hic tantum eſt enunciatio,ſed ex ea non

tur ſufficiens probatio debiti l.cũ de indebito.§.fin.ff.de prob. quia non ſufficienter concluditur,cum non appareat de quo debito. De verbis enũciatiuis vide plene Bar. in l.ex hac ſcriptura ff.de dona.

DE E ANTE O.

Eo ipſo,iſta verba important abſq; alia ſententia.Fel.in c.Rodulphus 22.coll. alias col.19.verſic. quoties. de reſcrip.

DE E ANTE P.

Epidemitici dicuntur qui habebant ſub ſe menſuratores qui menſurabant hoſpia,& ineminenti loco deſcribebant nomina eorum qui ibi habebant hoſpitari.

Epitogium eſt ueſtis vel tabardus ſuperior cleric. Et dicitur ab epi.i. ſupra, & tego,quaſi ſuperius tegens. not.in glo.in cle.2.de vi. & hone. clerici.

Epitimum eſt ſuſpẽſio vnius ſeptimane vel eſt quædam increpatio vel genus pene,ſecundum Ioan.And. in glo.21.q.4. omnis iactura.

Epitimio .i.voluntate teſtatore.ff.de tut. & cur.da.ab his l.ſcire oportet.§.ſed & ſi quis.

Epiſcopus dicitur ab epi.quod eſt ſupra & ſcopus vel ſcopem intendere, quaſi ſupra intendens, quia habet curam ſuperintendendo ſuper omnes laicos & clericos ſibi commiſſos ut 8.q.j.qui epiſcopatum 21.di.cleros, ubi etiam interpretatur ſpeculator,eo quod ſpeculetur ſubiectorum mores & uitam cuius officiũ conſiſtit in confeſſione chriſmatis, chriſmatione frontis collatione ordinum conſecratione eccleſiarũ altariũ vt de ſen.excõ.c.quia periculoſum li.6. in gl.j.Sed quare papa nominat ſe ipſum? Nota quãuis in eccleſia dei ſint dignitates epiſcopatu maiores tamẽ quia in eccleſia ſunt nomen ordines pãlle.c.cleros.& 23. diſ.epiſcopus & c.ſeq.licet ſecundum theologos ſolunt ſint ſeptẽ ordines, qui epiſcopatum & pſalmiſtratum omittunt & inter iſtos nouẽ epiſcopatus eſt maior, ideo papa nõ dignitate.ſ.ab ordine maiori uolens uocat ſe epiſcopum,ſecundum Io.An.in prin.l.6. Et epiſcopus eligendus debet hẽre has cõditiones.unde. Anni triginta ſacer ordo,pura uoluntas. Et morũ grauitas,ſapientia ſpõſa parentis, Concurrens, fama,decus,hæc dãt pontificatum, ut de elec. cum in cunctis.Et vide Goff. de tẽp. ord. qui per longum declarat regulas apoſtolicas.Et epiſcopus eſt pater eccleſię.95 diſ.eſto. & etiam procurator de dona.c.2.10.q.2.caſellas.12.q.2.ſine exceptione. Et tenetur reddere rationem pro animabus ſibi cõmiſſis ſi male cuſtodierit oues ſuas de re iudi.c. pen.

Epiſcopi appellatio in materia odio ſa & valde exorbitanti intelligitur ſolum de conſecrato.Fel.in.c. eam te.in 4.col. vel nouiſſime autem de præſcri.

Epiſcopalis audientia eſt iuriſditio ipſius epiſcopi quam habet in ſuos clericos quandoque ex neceſſitate, ut ſi clericus conueniatur ciuiliter vel pro crimine eccleſiaſtico,vt in autem.de manda.prin. §. ſi uero canonicum, & in c. ſi quis contra. de for.compe. Quandoq; ex volũtate,ut.C.de epi. audi.l.ſi quis ex conſenſu.ſ.de cauſa pecuniaria nõ criminali,vt.ff.de arb.l. non diſtinguimus.§.itẽ iulianus. & hoc cũ eligitur ut arbiter. Sed & ut iudex ordinarius eligi põt vt.C.eo.ti.epiſcopale. & ff. de iu. l.j. Aliquando etiã deſideratur ex neceſſitate in quibuſdam negotiis quo non omnino formam iudicii

habent

habent,vt in alienatione rei eccle siasticæ,ut in auten.de alie.& emphi.§.per eos uero.&.§.ab illis & in ti.de anna.except.l.vt perfecti⁹ & C.de episco.audi.l.si presens.

Epistola decretalis Require supra de cretalis epistola.

Epistola diui Adri. secundum Guil. in Spec.de renun.uersi. in primis ergo. sub.§. finitis, locum habet inter fideiussores, mandatores. & constitutores,item inter tutores. & est ille epistolę officium quod quamuis aliqui sint insolidũ obligati tamen per eius beneficiũ, si oẽs partes sint soluendo tpe litis. possiunt postulare vt diuiditur actio iter eos vt vnusquisq; pro virili portione(alias actione)conuemiatur. Alioquin nisi dictio beneficio iuuarẽtur posset creditor quẽ mallet insolidum cõuenire, ut C. de const.pec.l.fi.& insti.de fideiu. §.si plures.& ff. de fideiuss.l. inter fideiussõ.&.l.si dubitetur. Si ergo huic beneficio fuerit renunciatũ potest creditor quem maluerint conuenire. Quando autem renuncietur huic beneficio,vide ibidẽ.

Epitaphium est scriptura siue titulus in lapidibus sepulchrorum sculptus.

DE E ANTE Q.

Equestris dignitas erat in his qui Romam custudiebant, nam & hi habentur pro absentibus rei publicæ causa. Et dicit. Accur.quod alii qui erant præsidentes, quia simplex militia non est dignitas. De hoc vide eo.tit.in rub.C.lib. 12.

Equitus dicitur custos equorum.

Equitum alias equirium est grex equorum, secundum Accurt.in.l. quid ergo.ff.de vsuf. & quemadmodum quis utatur.

Equuli .i.pulli equorum vel parui equi insti.de re.diui.§. in pecudũ.

Equitas est conueniẽtia rerum quæ cuncta coequiparat,& in partibus rationibus paria iura vel iudicia desiderat,vt C.ad l.fal.l.verbi gratia, Mutuasti mihi centum aureos mutuo,non equum est quod isti.numerationi conueniat solutio secundum eandem qualitatem & quantitatem, vt.ff. si cer. pe.l. mutuum. Itẽ dedi tibi damnũ centum aureorũ,dignum iustũ & equum est vt secundum eadẽ quantitate damnum tibi resarciam. Equitas etiam dicitur quædam mitigatio temperans,iuris scripti rigorem. Et in quibus, casibus talis equitas præferatur rigori iuris, no. Io. And. extra de transac.c.fin.

Equitas nihil aliud est quam naturalis ratio secundum Bal. in l. 3. C. de do. promis. & vide eundem Bal. in.l.j.in 3.oppo.ff.de iusti.& iur.& an æquitas præferatur rigori. vide omnino.d. Ia.post alios.in l. placuit.C.de iu.

Equanimiter .i.equo animo.

Equus calcitrosus dicitur qui solitus calce ferire.

DE E ANTE R.

Erarium est repositorium pecuniæ, ab hęre.dictum.

Ergagabi dicuntur operarii laborantes in stationibus suis, & dicitur ab erga. ꝙ est opera & gabor ꝙ ẽ labor Rectius tñ legas ergo labi.

Ergasteria sunt stationes operario, & dicitur ab ergo.i.opera vel opus,& steriõ statio,quasi operarũ statio. vt no.C.de epi.& cle.l.2.

Ergastula dicuntur carceres vel pressiones,& dicitur ab aer, quod est lis,& stolon missio.

Ergo no.Io.An. de sum. tri. damnamus. in princ.

Eripere est de manibus auferre per raptum.

ERMA *phroditus* est quilibet qui

habet vtrũ q; ſexum. An autẽ ad teſtificandum exhiberi poſſit, qualitas ſexus inualeſcentis demonſtrabit, ſi enim calore durante pro viro ſe geſſerit recipitur in teſtem, alias no. 4. q. 3. c. j. poſt medium. Itẽ talis ponitur inter infames & non põt eſſe aduocatus. 3. q. 7. in famis. Rectius autem ſcribitur per aſpirationem hermaphroditus.

Erro eſt puſillus fugitiuus, qui non quidem fugit, ſed ex cõſuetudine quędam aberrare ſolet, & frequẽter ſine cauſa uagatur. temporibuſq; in rebus negatoriis conſumptis, tandem licet ſero redit ad domum, ut l. quis ſit fugitiuus. §. erronẽ. ff. de edi. edic. Sed vtrum erro faciet furtum ſui ſicut ſeruus fugitiuus & an ſit in uſu capillis? Primum dubiũ eſt diſputabile vt in. gl. j. de ſer. fug. quæ dicit in fi. q̃ aliqui ſunt cõtra, vt ſunt Fran. Accur. Martia. S. l. &c. Sed Cato ſecus tenet ibi q̃ ſibi. Ratio prima quia erro habet animum lucrandi vſum ſui. Secunda ratio ſua, quia licet non ſit furtũ odioſum vel pœnale, eſt tamen furum fauorabile & rationabile, præiudicetur domino. Ad ſecundum dubium ſimiliter reſpondetur quod ſic, notatur plenius per doct. in d. l. j. ſup gl. 2.

Errare eſt aliud pro alio putare 38. diſt. quamuis 22. q. 3. in quibus. in fi. & no. Io. Andr. in cle. j. de iudi. ſuper ver. certa ſcientia. Et nota q̃ errans non ſemper decipitur, vt ſi ſeruus dicit liberam quẽ credit ancillam, cum eius conditio melioretur, ergo ratione talis erroris cõpoſſet diuortium petere uxore cõſentiente ſecũdum Gof. de coniu. ſeruo. §. ſi liber. vbi alii aliter dicunt & forte ideo quia ſicut ignorantia opponitur ſcientie ſic error conſenſui vt in glo. in cle. prędallegata.

Error eſt qñ aliquid aliter contingit vel aliud eſt quã creditur vel putatur. de quo c. præal. in fi. vbi dicit Aug. in enchiridion q̃ in q̃bus rebus nihil intereſt ad capeſſendum regnũ dei vtrũ credãtur, an nõ. & vtrũ vera putentur an falſa, in his errare, aliud pro alio putare, non eſt arbitrandũ pecatum aut ſi eſt. nimium eſſe atq; leuiſſimum etiã error cõis excuſat, & facit ius, vt in d. l. barbarius. ff. de offi. præſi.

Error aduocati in facto poteſt redargui vſque ad ſententiam.

Error calculi ſecundum Azo. in ſum. eo. ti. eſt error computationis. Veteres enim compntabant per lapillos, qui calculi uocabãtur pro eo quod pedibus quandoq; calcantur, licet non impune, unde Perusius. Hunc macrine diem numera melior lapillo, quia pro bono die ponebant bonum lapillum. Quandoque etiam calculus ponit pro cognitione, ut. C. de iud. l. rem nouam. Etiam quandoque pro ſentẽtia C. de app. l. ſi acto, ibi, deteriorem calculum, quia cauſa calcatur .i. terminatur per ſententiam eſt gl. in. l. unica. C. de errore calculi.

Error quadruplex eſt conditionis, perſonæ, fortunæ, qualitatis, & quis eorum matrimonium impediat. declara. Panor. in ca. propoſuit. de coniung. ſeruo.

Error intolerabilis eſt error a iure reprobatus. Et nota. q̃ error ſumitur pro facto, ſiue ſit error iuris ſiue facti, quia licet ſit iuris inquantum eſt error facti tamen eſt cũ ſit in alio quã in ueritate verbi gratia titius vir honeſtus petjit a me pecuniã ſibi mutuari dixi mutuat, aſſignando ſibi diem, illa die venit alter titius vilis qui aſſimilia batur illi in factis, dicens ſe eſſe il

lum

lum, & per hoc sibi tradit & mutuo. ibi est error in quo impeditur dominij translatio. l. si quia vxori. §. cum titio ff. de fer. quia significatum sumptum est ex errore in persona. nec tradens consentit in illum cui tradit saltem scienter ergo sibi non tradit iure. Item ibi titio amico meo tradit rem ex cum donationis, quem credo sane mentis esse, cum sit furiosus. impedit translatio dominij. l. quæ meo §. si furioso ff. de acqui. poss. quia furiosus non acquirit dominium, cum non habeat sensum & sic error tradentis mihi operatur, quia quantumcunque vellet consentiret transferre, non tamen transferetur. Item ibi, filiusfa. asserens se patrem familias, vel seruus libertũ petit a me sibi mutari. & mutuo, non impeditur translatio dominij l. si quis vxori præalle. § seruus, & l. falsus. § si quis ff. de fur. quia error est in qualitate significante nõ consensum transferendi licet aliqui cõtra. Sed si trado. ff. vetus credens C. non transfertur diuinũ l. si me in vacuam in prin. ff. de acqui. pos. quia res quę tradit, non intenditur, ergo non transfertur, & res quæ transferri intenditur non traditur. Secus si in nomine error sit, vt trado tibi fundum cornelianũ sub nomine semproniani, credens sic vocari certe nõ impeditur trãslatio dominij, quia consensus est id re dominij eius translatione, & sic de alijs suo modo.

Erutacesa dicũtur omnia quæ cedun tur & eruuntur.

Rutacesa apud petitiores dicuntur nõ eruta. vide But. ff. de act. empt. l. fundi. §. ruta cesa.

DE B ANTE S.

Esopus est humilis herba & medicinalis, cuius radix petre inherere dicitur & purgat pulmonem inflatum, vt not. glos. ibi asperges me domine esopo &c. per Archid. l. distin. cum exaudiero.

Hyssopus omnino scribẽdum est per aspirationem cum y & gemino si media longa.

Estas quot menses capiat? Bar. in l. j. §. j. ff. ne quid in flu. pub.

Estiualia sunt ocree. s. calceamẽta de corio, quibus etiam aliqui, vtuntur interdum in estate, & fiunt optima apud sanctum Seuerium, vt dicit Ioan. An. in cle. ne in agro de statu monach.

Estimatio significat taxationẽ, prout subiecta materia vel quoduis aliud significare declarat verbi gratia. Res traditur æstimata, hoc addito ꝙ reddatur estimatio. & non res. ex hoc significatur emptio & venditio, vt in l. quoties ff. de iure do. vbi dicitur res æstimata data viro in dotem si est empta, vir agere potest ex empto contra vxorem, de hoc inst. de empt. & vendi. in prin. & l. estimate ff. solu. matr. & l. pleraque in princip. ff. de iur. do. iuncta l. necessaria. in prin. ff. de peric. & cond. rei ven. Sed vbi res datur æstimata hoc pacto quòd res reddatur, & non æstimatio, tunc non est emptio, sed significatur quòd re perempta vel diminuta, attẽdat æstimatio facta l. si inter C. de iure dot. Nec periculũ diminutionis vel peremptionis sit recipientis, nisi sit in culpa, quia cum rẽ traditam teneatur reddere periculũ debet esse dñi rei sed in casu præcedenti periculum vel deterioratio rei transit in recipientẽ. vt l. æstimate prę alle. Itẽ ibi res datur æstimata in dotẽ hoc pacto quòd reddatur res vel æstimatio tunc significat transire periculũ peremptionis, sed non deteriorationis l. pleraque.

runque.§.fi.cum l.e.ff.de iur.dot. Et hoc ex natura contractus & alternatiue. Nam natura dotis est q̃ dominũ transit in matrimoniũ, & sic periculum est suum. Sed ex natura alternatiue alterum horũ sufficit, aut rem reddi, aut æstimationẽ iuxta regulã, in alternatiuis. de reg.iur.lib.vj. Sed res perẽpta reddi non potest. quæ si redditur, non est reddenda ęstimatio.

DE E ANTE T.

Etas legitima semper intelligitur de natura legis, non de ea quæ per principis beneficium impletur vt C.de his qui ve.eta.impe.l.vlt.

Etas pupillaris est minor. 14. annis in masculis & in femina 12. ff. de verbo. signifi. l. pupillus.

Etas pubertatis diuersimode, accipitur. Nam in nuptijs contrahendis etas pubertatis est in masculo 14. annorum, & in Femina. 12. annorũ vt insti. de nup. in prin. cũ ibi not. Non autem idem tempus requiritur, sed alimenta requiruntur vsq; ad pubertatem, quæ debentur masculo ad 14. an fœminæ autem vsq; ad 14. ff. de alim. & cib. l. mela ait in princip.

Etatis venia est priuilegium quod impetrat minor a principe habeatur pro maiore impetrat eam masculus maior 20. annis fœmina autem maior. 18. vt l. c. de his quive. eta. impe. Maturior enim est sexus fœminarum hac ratione vt not. Accur. in glos. & 2. l. 2. præal. quia mala herba cito crescit. & citius est subdola mulier & auar. ff. ad vel le. l. sed si ego in fin.

Nam regula naturalis est. Quanto longius res habet esse tanto tardius ad perfectionẽ deuenit, & econtra, quando breuius esse habet, tanto, maturius ad perfectionẽ deuenit. patet hoc in plantis & brutis. Sed vir longius habet esse quã mulier, ideo tardius ad perfectionem deuenit q̃ mulier, & ideo mulier citius subdola & sagacior efficũt.

Etas quibus modis probatur, & cui incumbit onus probandi ætatem glo. melior de iure in c. presbyter. 28. dist. & ibi Archi. & Do. de san. Ge. Spec. in tit. de act. in princ. Io. an. regula infamibus. de regu. iur. in 6. Salyc. in l. si maiorem C. de in integ. resti. mino. Bal. in l. de ætate ff. de mino. adde Fel. in c. in presentia. in 14. colum. per glos. in verbo fol tamen de proba.

Etas virilis diuersimode secundum canones & leges interpretatur. l. 3. ff. de mi. l. fi. C. de his qui ve. eta. impe. & illa diuersificatio est quia diuersos habent effectus glo. in capit. episcopus in verbo antequam. 78. distin.

Etsi idem est quòd quãuis de simo. & si quæstiones. de offi. iu. or. c. & si ab apostolico. in clem. de iure iuran. & si Christus.

Etiam require supra ecce.

Et, hæc coniuncti licet proprie copulet. ff. de condi. in l. si hęredi, tamen aliquando sumitur pro vel. ff. de verb. signi. sæpe cum similibus. Aliquando repetet qualitates præcedentes. ff. de fun. instru. & instr. le. l. Seio §. caio. Aliquando pro. i. vt. c. 2. de spon. Et etiam not. in c. 2 de rescri. vbi de hoc. Vnde hæc dictio & coniungit principaliter simul & successiue, prout infertur significato tunc hoc dictante, & secundum quod volũtas disponentis quouis medio significare declarat. nam quandoq; est coniunctiua rerum principaliter, quarũ tamen vna est altera successoria, vt dicendo. Lego fundũ & eius instrumentũ. Principaliter. n. significat ĩstrumentũ legatũ, licet sit Accessoriũ

ad

ad fundum,& extincto fundo legato non extinguitur legatū instrumenti.Secus est in ꝓpositione cū, que coniungit accessorie facit l. cui fundus ff.de fun.instr.& instr. leg.Posset tamen ēt faciliter trahi ad coniungendū accessorie ꝓ voluntate disponentis qui exprimit & pro cū,Significat ēt ibi succeſſiue, filiū meū vel nepotē hæredes instituo nā intelligitur quòd filius admittatur,& eo deficiente nepos l.gallus.§.fi.ff.de lib.& posthu.Ratio quia non simul admittitur cū filio, & hoc ex ordinata charitate seu naturali affectione.arg.l.naturaliter C.de instit.& subst.sub conditione factis l.Lucius ff.de hęre. inst. vbi disiunctiua resoluitur in cōiunctiuā, ꝓpter voluntatē q̄ cōcluditur ex charitate.fa.l.cum frater.§.cū pater.ff.de leg.2.Idem in cōtractibus si qs emit redditusvel fundi ꝓ se,lib & nepotibus.ibi.n. & coniungit succeſſiue.ſ.quòd primo pater solus admittat̄,post liberi,deinde his deficiētibus nepotes.

Et*ates* sunt sex, quibus generatio & status hominis finitur.35.q.4.c.j. & Ioan.An. in prin.lib.6.Alij ponunt septem ætates hominis similiter septem mundi. vnde Infans inde puer adolescens. post Iuuenis,vir.Dicitur inde senex, & post ea decrepitus, fit.Annos prima tenet septem, post altera bis tot Terna quater septem, sed quadraginta iuuentus.Sed si porrigitur ad septuaginta,senectus ex tunc decrepitus in certo tempore durans. Item notaversus de ætatibus mundi. Primus Adam, iustusque Noe magnus pater Abraam. Et post hec Moyses,Dauid natusq; redemptor. Septima fine caret,locat requieq; beatos.

Et cætera quandoque scribitur extense pro duabus dictionibus, sic disponi secundum quòd relatiuum sequitur. si saltem aliquod sequitur, vt dicendo & cætera quē sunt scribenda.alias respicit omnia quę præmissa sunt.Quandoque scribitur abbreuiate vt &c. & si oēs cōprehendit clausulas consuetas apponi in tali cōtractu.De hoc traditur in l.gallus in prin.ff.de libe.& post.& no.in c.qm̄ contra falsam. de prob.vide supra in littera C.

DE E ANTE V.

E*uchariſtia* gręce dicitur panis & calicis sacramentum & latine bona gratia interp̄tatur & quid melius corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi.i.q.i.multi.

E*ueſtigio*.i.statim vel continuo, vt.j. cap.vnico.de sta.mo.lib.6.

E*ulogium* idem est quo testamentū, vt in cap.nos quidem.de test.& in l.iubemus C.de test. & l.quædam eulogio C.de iure deli.ita exponit Bartol.de test.Apud nos autem aliter accipitur, vt ff.de re.mil.l.desertorem.circa prin.Dicitur ab eu quod est bonum, & logos sermo, quasi &c. vel secundum Host. ab eu quod est flebile, & logos sermo, quia vt plurimum fit in extremis,& est nota doloris.Etiam eulogia dicūtur xenia quæ olim portabantur metropolitanis ad concilium prouinciale,vt 18.distin.cap. de eulogijs.vbi sed glo.eulogia dicuntur munera quæ deserunt subditi suis prelatis.

E*uidens* est quod semper palam est, & euidenter apparet.j.questio.j. vt euidenter.

E*uidentia* ff.de contrahen.emptio,l. ea quę.& quod est in euidenti,nulla potest tergiuersatione celari.de coha.clemen.& mulier cap.vlt.de offic.ordin.si canonici.§.cæterum libro sexto.

Eunuchi

Eunuchi secundum Azon.in sum.C. eo.tit.dicunt spadones tantum, & non castrati.Homines autem barbari extra solum Romani Imperij possunt eunuchi fieri,& facti eunuchi possunt vendi,& quolibet modo alienari.Si vero facti sunt eunuchi in romano solo, non poterunt vendi,sed confiscabuntur si dominis patientibus hoc fuerit factum, sed quæ fecerit eunucho, pœnam capitis subibit.

Euincere est aliquid ab aliquo extorquere vel eripere, vel per sententiam iudicis acquirere.Res etiam euicta dicitur cum est amissa.

Euictio secundum Azo.in sum.C.de euic.secundum quosdam ita diffinitur.Euictio est rei empte vel ex alia iusta causa accepte per iudicis sententiam abductio(vel vt puto) alio euincente causæ amissio. nec enim semper est necessarium rem abduci vt videatur euicta vt ff.eo. tit.l.euicta.§.j.Et euictionis cautio solet præstari a venditore ipsi emptori ad hoc vt si quis ab emptore rem emptam tanquam suam petat dicens eam sibi esse obligatam. aut aliquid ius in ea habere emptor recursum & regressum habeat ad venditorem, cui denuntiare hoc tenetur & venditor debet assistere & defendere emptorem in causa euictionis.Et dicitur euictionis alicuius rei in causam alterius abducte per iudicē acquisitio.Vide supra cautio de euic.

De b ante x.

Exactio .i.petitio, nam exigere est rem ab alio petere.

Exauthorare est militem cingulo,vel clericum ordinibus spoliare, vt in l.qui cum vno.§.non omnes ff.de re mili.Vel est statutum alicui vel authoritatem auferre.Et quandoque habet fieri expresse, quandoque tacite, vel si princeps vel dux belli mili.in exercitu delinquenti calcaria abscideri, talis dicitur tacite exautoratus dato quòd nihil exprimatur. Expresse, ut si dux exercitus militem fugitiuum exautorauerit.Itē potest habere locum in clerico, quia exautorare etiam,idē sonat quod degradare.

Excandescere est subito irasci habendo similitudinem inter fauorem, & estuantis ferri candorem.

Exceptio est rei defensio, per quam se reus defendit & tuetur ab actore secundum Azo.in sum.C.eo.ti. Quandoque ponitur larget & improprie pro omni defensione,pro ut reo competit etiam si nulla actori competit actio, tunc quidam vocant eam exceptionem facti, vt quando sine actione quis calumniose petit. Sed Azo vocat eam exceptionem intentionis. Et de excep.intentionis, que sint no.ff. eod.titu.l.j.in princ.& l.2.§.illud. C.de transact. & talis non potest de iure experiri quia nemo potest experiri sine actione, & cum tunc nulla sit actio, nulla potest dici actionis exclusio, sed dicitur contra intentionem actoris defensio. vt quando quis se in aliquo instrumento obligat ad aliquid sine exceptione iuris vel facti, sensus est contra hoc nullam faciat defensionem de iure vel de facto.Differūt tamen exceptio & defensio. Nam defensio proprie dicitur quæ ipso iure actionē tollit vt solutio quæ est eius quod debetur redditio, & acceptilatione omnis obligatio tollitur.instit.qui. mo.obl.tol.in prin.& §.item per acceptilationē. Item renuntiatio dicitur defensio cap.super hæc. de renun.concordat glo.in cap.j.de lit.cont.lib.6. vbi no.ex gl.pe.quòd omnis exce

ptio peremptoria quæ perimit literas & gratiam, opponitur ante & post lit.conte.C.de exceptio.l.vl. & no.Host.&Inn.in c.constitutus de.rescr.Item large dicitur etiam exceptio replicatio, quę datur actori,omnis.n. replicatio est exceptio,vt ff.eo.ti.l.2.§. replicationis,& sicut se habet excepto ad actionē,sic replicatio ad exceptionem,secundum Goff. de proba. in sum. Stricte vero & proprie exceptio ponitur pro illa defensione quæ competit reo contra actionē competentem, in eum, & sic dñr actionis exclusio, & hæc est exceptio iuris, vt petis a me debitum, & ego excipio quod remisisti mihi,vel quòd feciſti mecum pactum de non petendo,vel quòd nōvenit dies prefixus, & sumitur utraque exceptio ff.eo.ti.l.2.primo respon so.& §.replicationis, quòd exceptio sit actionis exclusio, habetur extra de electio. c. dudum super ver.irritari.in gl. Exceptio autem diuiditur in plura genera, quia alie sunt temporales & dilatorie, alie perpetue & peremptorie, vt ff.e.ti.l.j.§.exceptiones. Alie sunt odiose,ut macedonie.Alie fauorabiles,vtvelleianæ.Hæc diuisio colligitur ex l. si exceptionem.ff.de condi.inde. Item alie sunt in rem alie in personam. vt ff.eo.ti.l.j.§. exceptiones, prę allega. item secundum Host.& Specul.alie sunt anomale,alie mixte,&multas alias diuisiones dicti doct. prosequuntur vide eas.

Exceptio dilatoria est quæ causam dicti fert,vt insti. eo.§. appellant & istarū ē multiplex diuisio, de qua aliquantulū notatur in l.exceptionem C.de proba. est enim quædā dilatoria solutionis, quæ sapit istā naturam quòd respicit actionem nimis tempestiue intentatam, & debet opponi ante lit. contes. sed probatio eius fit post lit. contest. c.inter monachos de re iud. Quædam est dilatoria iudicii, quæ opponitur proprie ad impediendum iudicium ante lit.contest.& probatur tanquam prę iudicialis,& expedienda venit ante lit.contesta. Et idē dicendum est de replicatione eiusdē. Quædā est declinatoria fori,vt ibid.notatur. Item colligitur hæc diuisio ex l.3.in fi.ff.eo.ti. vide de hoc Spe.eo.ti Et no.ꝙ declinatorie iudicii sunt in initio proponende,&sunt ille quæ contra iurisdictionem iudicis opponuntur. Rō,ne si eis scienter omis. quis ad alia procedatur, videatur quis in iudicem consentire C.de except.l. ult.no.Goff.de dilatio.§.sunt & alie in fi.Sunt etiam iste probande in initio,vt prius sciatur de iurisdi tione iudicis antequam procedatur adulteriora hñt tñ etiā locum post snīam, si ex ignorantia omittatur de sen.& re iudi. ad probandum C.si a non compe.iudi.l. ult. Etiam dilatorie proponende & probande sunt ante lit. contest.c. inter monachos preal.& c.pastor. de excep.C.de proba.l.penul.Dilatorie solutiones sunt proponende similiter in initio cause id est ante lit. contestat. & probande postquam actor suam intentionem fundauerit. Sed peremptorias probabit reus postquam actor suam intē tionē probarit. De hoc vide Gof. de prob.§.restat.

Exceptio peremptoria scdm Spe.vocatur sic quia actionem vel inten. agētis primi scdm Io.an.c.j. de li. cōte.lib.6.seu ius ledit, vt insti.de ppe.& tēpo.act.§.ppetuū,vt pactū de non petendo in ppetuū & iusiurandū de non agendo vel accusan-

co,

do,videlicet petebant a te centum &tu excepisti quòd pepigit tecum de non petendo in perpetuum,vel iuraui non agere vel accusare,quę ipso iure tollunt naturalē obli. vt ff.de iu.iu.l.fi.circa princ.quod doctores intelligunt esse verum de voluntaria & conuentionali, secus autem de necessaria. Ciuilem autem ipso iure non tollunt, sed ope exceptionis elidunt. Et secundum Azon.semper obstant he agenti, etiam si cessauerit agere per mille annos.

Exceptio perpetua est quæ perpetuū habet effectum, vt cum petis a me debitum & excipio quòd tu remisisti. Hæc exceptio perpetua dici potest,& perpetuo competit quādocunque actor agit, quia exceptio non competit nisi quis agat. ff.de excep.l.exceptio.

Exceptio temporalis est quæ ad tēpus vtilis est,vt cum petis debitum,& excipio quòd tu fecisti pactum me cum de non peten. Hæc exceptio vsq; ad annum vtilis est postea vero non de qua' de resci.c.plerunq; de of.or.c.pastoralis in fi.& ff.e.ti. l.exceptiones §.temporales & hec etiam dilatoria dicit,quiadiffert & prolongat causam, non autem aufert. Aliud exemplum,conuenientе coram iudice non tuo,&tu excipis te non esse de foro eius. Vide gl.in verbo excusari.c.si autem de rescriptio.

Exceptio anomala est quæ non sequitur nomen aliarum quia potest opponi añ lit.conte.& post. & in lit. contest.vt exceptio excōicationis & alie.s. de quibus dubitatur an sint perpetue,an temporales.vt exceptio matrimonii, & exceptio non numerate pecu.& non numerate dotis,vt no. inst. de excep.§. appellantur & plures alie secundū Host.& Spec.e.ti.vt exceptio quę competit fideiussorib. ex epistola diui Adriani contra creditoris, vt no.inst.de fideiuss.§.si plures.

Exceptio rei iudicate non potest opponi quando fit super eadem re, & quando est eadem re. & quando est ex eadem causa & eadem persona.

Exceptio doli est quadruplex,ut not. Accur.in glo.l.qui se debere.ff.de condi. ob.cau.da.cau.non se.

Exemptio proprie est vbi aliqua conuentualis ecclesia canonicorum secularium vel regularium monachorum,vel monialium immediate sub est pape. Harum exēptionū alia vniuersalis;alia particularis. Vniuersalis est que cū, vniuersitate iuris spectat ad papam,ita quod metropolitano aut diocesano nihil iuris manet in eadē. Particularis est que pro parte in certis casibus ab eorū iurisditione eximitur, & alias pertinet ad eosdem. v.g.si forte aliqua ecclesia quantum ad hoc est exempta vt nullus archiepiscopus.vel episcopus possint in ea diuina suspendere, sicut in sua dioceſi, & alias exhibeat reuerētiā &honorem.item exemptionis monasteriorum due sunt species.Quę dam.n.monasteria non recognoscunt superiorem,nisi papam, alia sunt ordinum exēptorumvt monasteria Cistercienſium &c.quæ non corrigit ordinari⁹ loci, sed abbas vel prior eorum gl est in cle. attēdentes de sta.mo. Item exemptionum alia personalis, alia localis. Personalis est vbi archiepiscopus eximitur,vt a nullo etiam a legato sedis apostolice,nec etiam a iudice de legato excommunicarivel interdici valeat aut suspendi. Sed localis sed quæ loco hoc est ecclesie datur.

Exem.

Exemplaris dicitur illa ſubſtitutio, quæ ſit filio furioſo ſeu mente capto in euentu mortis in furore, ſeu non ſana mente,& dicitur exẽplaris,quia admittitur fieri prædictis, ſicut pupillus fit, quia ſicut hoc propter etatem ſibi per teſtamentum prouidere neque ſint, ſic etiam prædicti propter furorem, dementiam, ſeu defectum mentis rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. vt inſti.de pu.ſub.§. i. in princip. In multis tamen differt a pupillari,ut infra dicetur de ſubſtitutionibus. Significat autem hæc ſubſtitutio diuerſimode,ut ſignificatum ex eius uerbis, uel alias vndecunque ſumptum ſignificare ꝓbat.Significat enim primo, uel eius uerba ſignant ſeipſam, ſcilicet quod filio cui facta eſt ſubſtitutio mortuo in furore, uel dementia, ſubſtitutus admittatur, ut.§.inſt. de pup. ſubſti. Significat vlterius tacitam vulgarem argu.l.iam hoc iure.ff.de vul.& pup.ſubſti.§.j.inſti.e.ti.prea.rõ. ſicut enim in primo ſignificato conſiderantur proprietas uerborum eius,ſic in ſecũdo ſignificato conſideratur identitas perſonarum,ut quòd per ſubſtitutionem teſtator filio prouidetur ſic,niſi aliud appareat ſignificat etiam hæc ſubſtitutio pupilla. uerbi gra. facta eſt furioſo impuberi,ſi in furore deceſſerit, ſenſus eſt quod ſi decedat in etate pupillari, tunc ſignificat exemplare, quia facta impuberi,licet furioſo. & valet pupillaris tantum, quia uerba hoc ſignificant, & quia defectus naturalis potius extẽditur quam accidentalis.l.iii.§.ij. ff. de tute. & hoc quando illa concurrunt,quæ requiruntur in pupillari,quia filius eſt in poteſtate patris,& ſic de aliis. Si autem non cõcurrunt,tunc intra tempus pubertatis ualet ut exemplaris, poſtea non, propter limitationem illam. ſi etate pupillari deceſſerit. Si autem factum eſt ſine temporis limitatione, tunc valet ſimpliciter, ſeu pro omni tempore vt exẽplaris Significãt vlterius hæc verba filio furioſo ſubſtituo, ſubaudi.i.ſi filius furioſus in furore deceſſerit, & requiritur quòd ſit furor tempore mortis.vt in §. j. inſti.de pupil.ſubſtitu.præal.& l. ex facto.§.j.ff.eod.titu.licet alias per iſta uerba titio furioſo lego talem qualitatem,ſufficiat adeſſe tempore diſpoſitionis, vt in l. mela, in prin.ff.de ali.& ciba.lega.quia.opponitur cauſę demonſtrationis. Ratio utriuſque quia ſignificatũ ſumptum eſt ex affectione,qua ſignificatur ei prouideri cui prouidetur, cum eo modo, quo poteſt modo in primo caſu melius prouidetur ei recipiendo ea verba in illo ſenſu. Sed ſecundo caſu melius prouidetur furioſo recipiẽdo verba demonſtratiue, tantum, quod eſt proprium eorum ſignificatũ. Significant vlterius quod exiſtente conditione ſubſtitutionis,ſubſtitutus admittatur volens,vel inuitus ſecundum qualitatem perſonæ ſubſtituti. Si enim eſt ſubſtitutus filius furioſus, qui erat in eius poteſtate tempore mortis eſt neceſſarius vel voluntarius, vt in §.inſtitu.de heredum quali. & differen.

Excommunicatio, eſt extra communionem eccleſiæ ſeparatio,vel cẽſura eccleſiaſtica excludens a cõmunione fidelium. 11.q.3.c.nihil & §.euidenter.vel eſt eterne mortis damnatio. 11.q.3.nemo epiſcoporum.& c.nullam ergo feſtinare debem⁹,vt mortuus CHRISTO ſepa-

ſeparatus per excommunicationē redintegretur, & reconcilietur Chriſto per abſolutionem. Maioribus.n. malis debet ſincera charitas ſubuenire l.di. vt conſtituere tur. Et gl. in c. preſenti. eod. tit. li. 6. vel ſi generaliter, eſt qualibet licita communione, vel legitimo actu ſeparatio, vel a ſacramentis excluſio. Species excommunicationis infinite poſſunt eſſe, quia tot quot ſunt ſpecies communionis. Due tamen ſunt ſpecies eius quæ præcipue ſecundum canoniſtas communiter vſitantur. ſ. maior & minor. de vtraque illarum habetur 3. q. 4. engeltrudā. Nam vna excommunicatio quæ maior eſt dicitur anathema, & excludit ab ingreſſu eccleſię, & a communione fidelium, & a ſacramentis. hæc vocatur maior, & fertur cum ſolennitate, de qua etiam datur præcedens deſcriptio cum dicebatur. Eſt a quelibet licita communione hominū, vel legitimo actu, & ſacramentorum ſeparatio. Vnde & Adam excommunicatus fuit ab eſu ligni. in §. euidenter præal. q. 3. & de ſent. excommu. ſi quem in glo. 3. Alia dicitur minor, & illa tantum ſeparat a ſacramentis, & eſt duplex, vna per præceptum a iure, uel per ſententiam ab homine. Alia ſeparata a communione fidelium non ſacramentorum. v. q. 2. prę ſenti ſecundum Goff. & de cleri. excommu. mi. §. itē ſciendum. Eſt enim quædam excōmunicatio iuris a qua abſoluit epiſcopus, niſi abſolutio ſit ſummo pontifici reſeruata. de ſen. excommu. nuper. Alia hominis, vt epiſcopi, vel ſui vicarii, vel dele. de of. or. cum ab eccleſiarum. de mai. & obe. c. vnico. lib. v. in gloſſ. Et not. quòd excommunicatio eſt medicinalis, non mortalis, diſciplinans non eradicans dum is quem lata fuerit, non contemnat eſſe. cap. j. eo. ti. lib. vj. Etiam excommunicatio dicitur mucro epiſcopi. 16. q. 2. cap. uiſis in fi. vbi dicitur felici mucrone epiſcopi ſacerdotū piacula reſecentur. & 24. q. iii. corripiantur. Item dicitur anatema improprie ab ana. i. ſurſum. & thema figura olim in frontibus damnatorum impreſſa, & ſic quaſi anathema dicitur, & hæc maior quæ dicitur, duplex eſt. Quædam ſiue ſolēnitate. Alia ſolennis quando 12. epiſcopi vel presbyteri candelas in terram proiiciunt, & pedibus calcant, & non differt ab alia, niſi in ſubſtantia, quia maior eſt terror, & confuſio. De his duabus in cap. cum non ab homine de iudi. & excommunicatus amplius, & ſepius excommunicari poteſt. de treu. & pa. c. j. Item excommunicato poſſunt participare, & communicare familia & vxor & liberi, quia ſunt a canone exempti. de ſen. excommu. quod in dubiis. Et participans in loquela, quo ad correctionem non eſt excommunicatus. eo. ti. porro. nec prædicatores vel alii recipiendo eleemoſinas. eo. ti. cum pro voluntate, vel prædicando, ſeu monendo. eod. ti. reſpondeo. Et nota. caſum in quo quis eſt excommunicatus, vel excommunicatur ſine peccato mortali in c. literas. de reſtitut. ſpolia. vbi mulier nolens reddere debitū propter conſcientiam conſanguinitatis (in quo bene facit) tamen excommunicatur, & ſic excluditur ab eccleſia militante, non tantum triumphante. c. inquiſitionis de ſen. excommun. quamuis alias non niſi pro peccato mortali ſit quis excommunicandus. c. nemo

epi

epiſcoporum.11.q.3. Et not. per 18. conſtitutiones cler. compræhenſi ſunt.i.caſus(quorum ſexdecim reſeruati ſunt pape) quibus quis ipſo iure excommunicationem incurrit expreſſe,& per duas tacite.Vide glo.in uerbo excommunicationis, in cle.j.de ſenten. excommu.vbi enumerantur loca iſtorum caſuum. item excommunicatio maior contrahitur in decem & octo caſibus, ſecundum Goff.in ſumm.de ſent.excommu. §.contrahitur.Item excommunicatus nihil dare debet pro ſua abſolutione.c.ad aures de ſimo. Si tamen pro manifeſta offenſa eſt excommunicatus primo debet ſatisfacere,& poſtea abſolui de verbo.ſignifi.ex parte. Sed pone ſtatutum epiſcopi eſt quòd quilibet excommunicatus antequam abſoluatur debet ſoluere decẽ pro quolibet menſe,vtrum valeat ſtatutum.Reſpondetur quod non in cap.ad noſtram.& c. nemo. de ſimo. licet in contrarium determinet Hoſtien. & Ioan. and. in c. ad aures.præalle.

Excommunicationis appellatione intelligitur de maiori ita .ex. in c. pen.de ſen.excom.Adde quòd videtur dicendum cõtrarium, quia in priorib.mitior pœna eſt infligenda. Hoſt. in d.c.pen. dicit qđ ex quo excommunicatio eſt medicinalis in his quę concernunt animam eſt capienda pars tutior, & idem tenet Abb.in d.c.pen.Et ibidem vide Fely.& contra iſtam ſolutionem docto.videtur tex.in cõtrarium, in c. pia de excep. in 6. vbi dicitur quòd ſi opponitur in iudicio quòd aliquis ſit excommunicatus oportet quod exprimatur ſpecies excommunicationis ſi intelligeretur de maiori,hoc non eſt neceſſarium.vide per Fel. late in d.c.pen. ver.3. requiritur.

Exconſul eſt qui deſit eſſe couſul.ſimile no.de queſtore & exqueſtore.inſti.in prohemio.§.cum hoc.

Excuſatio eſt alicuius iuſte cauſe allegatio in defenſionem vel ſupportationem alicuius ne cogatur comparere in iudicio.de quo in l. 2.ff.ſi quis cautionibus,& in ti.de va.& execu.munerum.

Excuſatio tutorum fit ex variis cauſis,& quædam innititur equitati. Quidam enim excuſantur ad tempus ſcilicet qui cauſa recip.abeſſe ceperint reuerſi ad nouam tutelam intra annum non vocantur, ſed veterem coguntur ſtatim recipere,vt inſti.de excu.tut.vel cu. §.item qui reipub.Eſt &alia excuſatio a tutela,quæ dicitur excuſatio veteranorum, qui excuſantur a tutela ſi ſint a militia dimiſſi honeſta cauſa interueniente & iuſta, puta propter infirmitatẽ, vel aliã cauſam.Sed illa quę alio modo fit nonvocatur honeſta,ſed cauſaria, vt ff.de his qui no.infa.l.2.§.ignominie. Et ꝑpetuo excuſantur qui ſoluũtur a militia poſt 20.annos. Sed ad tẽpus qui intra 20. annos, & hoc diuerſimode tenetur, quia ſi intra quinq;,nullam ſibi vendicant immunitatem . Si vero poſt quinq; ann.ſolutus fuerit, habet immunitatẽ vnius anni.poſt octo annos habet immunitatem biennij poſt 12.triennii. poſt 17. quadrienni poſt 20.annos habet excuſationem perpetuam.Eſt &alia tutele excuſatio eorũ qui numero liberorum ſe excuſant,vt Rome liberorum trium.C.e.ti.l.j.cũ concor.in Italia quatuor.ĩ prouincia quinq;. Eſt & excuſatio eorũ qui morbo excuſantur,vt ceci, ſurdi, muti,furioſi,& ꝑpetua valetudine

detenti.C.de excu.vete.l.vnica.

Exercitor dicitur is ad quem quotidianus queſtus & vtilitas nauis pertinet magiſter vero nauis dicitur cui tota nauis,& anchora commiſſa eſt.Require ſupra actio exercitoria,vbi de hoc.

Excuſatio eorum qui etate excuſantur,vt maior.70.ann.l. vnica præall.& inſti.de excuſ.tuto. vel curato.§.item maior.

Excuſatio eorum qui numero tutelarum,excuſantur.ſ.qui habent tria onera tutele.i.tres honores tutele ſcãm Azo.quę omnia habetur.C. ſub his ti.in rubro & in nigro. vide de hoc Azo.ibidem in ſum.

Excuſator ſecundum Azo.& Spe.eo. ti.eſt qui venit ad proponendum cauſas abſentie alicuius qui non poterat ſimul ratione ſui vel cauſe procuratorẽ conſtituere, vt in cauſis criminalib. in quibus licet procurator non interueniat(vt in l.j.ff.de pub.iud.§.rei) excuſatur tamen allegatis cauſis abſentie,& bene admittitur,vt in l.abſens. ff. de procu.vel vocatus erat vt perſonaliter compareret.

Executor ſecundum Spe. eo.titu.eſt officialis per quem litis executio vel ipſius cauſe præparatio iubente iudice ſuo expedit, vel ſecundũ Azo.proprie eſt ille qui diſcuſſa cauſa ſniam executioni mandat. Vocatur ẽt in iure apparitor. Require ſupra Apparitores. Alias ẽt vocatur in iure diuerſimode. De iſtis modis eſt glo.no.C. de excu. rei iudi.l.ſi ut proponis quã proſequitur.Spe.in ti.de cita. §. ſequit prope prin.Itẽ appellatione executoris intelligitur delegatus c. ſciſcitatus, de reſcrip.& c. ſi quis contra.de fo.cõpe. Vnde executores ſunt illi p quos iudex ſentẽtiã ſuam exequitur & rẽ iudicatã mã cipiar effectu, & mandat executioni.Et duplex eſt executor.ſ.merus & mixtus.Executor merus dicitur quando per nuntium non eſt de mandata aliqua cognitio,ſed tantum cauſe executio,& talis nõ debet audire exceptiones, vt C. de execu.rei iudi. l. ſi ut proponis. præall.c.de cetero.de re iudi.& ff. de iud.l.pretor,& de tali loquitur c.paſtoralis.§.quia aero.de offi. deleg.vbi bona gl.de executione duplici ſecundum Hoſt.eum tenetur admittere exceptionem excommunicationis,alias applicari põt. De hoc vide Archi.de excep. pia lib.6.Vel ſic. Executor merus eſt qui non poteſt de fraude interpoſita cognoſcere, nec ab illa appellatur niſi modum executionis excedat.ff.de ap.& rel.l.ab executore & de re iud.qui ad conſultationem in fi.& 2.q.6.ſub illo §. ſunt quorum,& §.ab executore.j.c.ſi verum & §.ſeq. Sed a mixto executore bene appellatur ſi non admittit legitimam excep. vel alias partes grauauerit de ap. c. dilectus c.vlt.debitus, ſed executor, mixtus eſt qui habet cognitionẽ. cauſe annexam, vt in c.nouit, de appe.& de iudi.c.de cetero.preall.de offi.deleg.paſtoralis in glo. vt cum papa mandat alicui reſtitui rem ſuam, vel alicui dari beneficium &c.talis debet recipere legitimas exceptiones,quantuncunque ſcribatur ſibi abſolute a papa ut de off.dele.ex parte.de reſcrip. c.ſi quando,et c.cum adeo 25. q. 3.& c.ſi non.

Exceptio eſt actionis vel intentionis excluſio. ſecundum Pan. in rub. de excep. in j. col. verſicu. quæro quid dicit. Adde quòd communiter tenetur quòd exceptio proprie eſt illa quæ excludit actionẽ acto-

actoris de quo vide per Bal.in l.j. col.22.versi.7.C.qui accusa. non pos.& per Fel.in d.rub.de excep. in princi.

Exceptionum uarie sunt species,& variis temporib.opponende. Alia.n. est dilatoria,alia peremptoria,alia media siue mixta, dilatoria diuiditur in dilatoriam iudicii,& dilatoriam solutionis. Dilatoria iudicii in prin.actus est proponenda.c. inter monasterium.de sen.& re iud. & l.fi.C.de exce.nisi illa exce. ad ei de nouo peruenit. c.in nostra, de proc.&c.pa.de exce.vel nisi de nouo competente ceperit.c. insinuante,de of.iud.dele.l.nō distinguemus §.cum quidā ff. de rece. arb.& c.si quis episcoporum.3.q. 6. Dilatoria autē solutionis debet ante lit.conte.obiici, sed probari debet postquam actor intentionē suā fundauerit.l.si quidē C.de exceptio.& l.exceptionē.C.de ꝓba. Peremptoria dicitur, quæ pōt opponi &probari quandocunq; dummodo añ sn̄iam opponatur,vt l.peremptorias C.sentē.rescin.nō pos. & l.prę̄scriptiones C.de exce.Media aūt vel mixta dicitur quæ in hochabet similitudinē cū peremptoria,ꝙ post litē cōtestatā pōt obiici,sed in hoc habet dissimilitudinē cū dilatoria,quia pōt qn̄cunq; ante sn̄iam obiici c.per tuas, qui matri.accu.pos.sed in hoc habet similitudinē cū dilatoria quia ante lit. cōtest.pōt obiici.c.exceptionē extra de excep.Sūt & alie exceptiones anomale que etiā post sn̄iam obiiciuntur vt exceptio velleiani macedoniani,armate militie, & similes de quib.agitur a vell.ad mace.ff.& l.j.C.de iu.& fac.igno.

Exemptus dicitur qui a suo iudice siue iurisdictione ordinarii subdus est.&c.

Execrari est abominari vel detestari & proprie attribuitur delictis, dicēdo hoc delictum est execrabile.

Exempla non sunt semper immitanda.sed exemplum pape est nobis sequendum 16.q.3. licet dist.9.c. sane.vbi glo.i. c. de quib. dist.20. Quod per exempla sit iudicandū cū ius deficit,intelligitur de exēplis publicevel autentice persone vt principis vel apostolorum, & de exemplis plurium, & non paucorum,vide ibidem.

Exemplis veteris testamentis licite iudicamus,maxime si sint diuina, vt in c.qualiter & qn̄.2. de accus. deus omnipotens 2.q.j. Panor. in c.afferte.in j.no.de præsump.

Exheredatio est alicuius a sua substātia vel hæreditate exclusio,& alterius seu alieni institutio,veluti cū parentes exhæredāt filios, & scribunt alienos hæredes in testō.ita acciditur insti. de exhær.lib. per to.Et sic exhæredare est filiū cōstituere aliena substātia vel hæreditate paterna.&debet fieri cā incerta & ꝓbata. Et propter quas & quot causas per filium,& econtra filius patre possit exhæredare.no. glo.in c.quintaualis de iu.iu.& vide Bar.in l.filio ptō.ff.de iniusto ru.& irri.te.

Exero i.peto.sic ponitur exeratur.i. petatur.l. vt verborū quæ ē fi.C. qui admit.ab.bo.pos.ibi.glo. pen. vel est idē ꝙ aperiatur via petēti.

Exestuare est feruere,bullire,vel calescere, vt est glo.in clemen. pudum.de sepul.

Exhibere est rem in publicum deducere seu oñdere,vt copiam habeat aduersarius rem suam tangendi & eam sic visam si sibi sua videtur,vendicandi.de hoc ff.ad exhiben.l.3.& de lib. homi. exhiber. l.2.& l.air prætor. Require su-

pra actio. ad exhibendum.

Exilium triplex not. Archi. 45. dis. cum beatus in fi.

Eximere est quoquo modo auferre puta si quis non rapuerit quemquam, sed moram fecerit quominus in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, & datur in eum qui vt exemerit actio in factum, quæ non id cõtinet quod in veritate est, sed quãti ea res ab actore estimata est, de qua controuersia est.

Expense sunt sumptus voluntarii, & non necessarii, & dicitur expensa quasi extra pensas & debitum facta. Sed impense sunt utiles & necessarie, a verbo impendere dicte, vnum tamen multoties pro alio ponitur, vt l. iulianus in fi. ff. de minor. vbi expense pro necessariis & vtilib. dumtaxat ponuntur prout ibi nota. Etiam impense pro voluntariis ponuntur, non solum vtilibus & necessariis ff. de verbo. sig. l. impense. quamuis differentia prædicta contrarium dicat. Et expense differunt a damnis vnde iuramentum factum super vnum non extenditur ad alterum nam expense fiunt causa litis, damna vero ex discordia, pueniunt, ut destructio domus, & similia, de iure iu. c. nostra in tex. & gl.

Expilatores secundum Azo. in sum. C. & ff. de crimi. expila. hære. hi sunt qui ex reb. vacatis hæreditatis aliquid surripiunt & expilant. de pe. dis. j. aut facta. Require supra actio expi. her.

Experiri quandoque ponitur pro respondere seu defendere, vt extra de iud. c. j. de procur. c. qui generaliter. lib. 6. Quandoque pro agere vt de causa pos. & proprie c. pastoralis.

Expliatio est allegatio quæ supplicationem infirmat, vnde replicatio est allegatio contra exceptionem & adiuuat actorem, & suppli catio est allegatio quę replicationem infirmat, & reum adiuuat. Sed explicatio est allegatio infirmans supplicationem, & sic pro actore contra reum.

Exponere. i. contra se ponere.

Exponi autem dicuntur infantes seruui liberi, & languidi, si sine cura dimittuntur, vel eis alimenta negantur a parentibus, a dominis vel a patronis, ut in ca. vnico. de infan. & langnui. exponere enim aliqui solent relegato pietatis officio infantes vel languidos ante ecclesias vt eos alii miseratione moti colligant. lxxxvij. dist. si expositus.

Expositus infans a patre vel ab alio eo consentiente vel ratum habente, hoc ipso a patria potestate liberatur, & sic paria sunt patrem exponere, vel alium eo scien te & non nomine patris, vel etiam non nomine patris, & patre postea factum ratum habente. Abb. in cap. j. de infantibus expo. numero. 2.

Exigere proprie est ab inuito extorquere ff. de le. 3. l. fideicommissa. §. si rem licet quandoq; exigere dicatur quis etiam a sponte soluente, vt C. de fur. l. falsus.

Expressum quomodo dupliciter sumatur, not. ff. de vulg. & pu. substi. l. j. in prin. & de præben. si episcopus in glo. certas, lib. 6.

Expressa pupillaris substitutio, require infra substitutio.

Exorciste grece latine dicuntur ad iurantes. 30. dist. cleros.

Extimare est alicuius rei certum prætium dare, & est idem quod taxare vel certum pretium diffinire & determinare.

Ex-

Extraordinarium remedium quod ob aliquem cauſam extra vel vltra curſum ſolitum alicui datur, vt reſtitutio minori leſovel abſenti cauſa iuſta neceſſaria, vel probabili ad quæ remedia nunquam recurrendum eſt quādiu remedio ordinario locus eſt ad quod poteſt haberi recurſus.

Extraordinarium iudi. eſt coram delegato, vel quando non procedit in figura iudicii, ſed ex officio iud. in modum inquiſitionis vel denunciationis, vide tex. iuncta glo. in cap. quoniam contra de probation.

Extra no. Archi. de præſcire. ſtatutum lib. 6. §. 3.

Extra ordinem quid importet, vide Bar. in l. j. ff. de fur. & Bal.

Exterminate eſt quaſi extra terminos vite vel iuriſdōnis ſue ponere cle. vni. de iure iu. & de hær. excōi camus §. moueantur & §. ſequen. ponitur etiam pro deponere, deſolari, in exilium mittere.

Extunc tps extremum ſignificat. ff. de condi. & demon. l. ſi is §. ſi ita.

Institor est ille qui tabernis, vinis vendendis, vel alicui alteri negotio est propositus. l. institor. i. ff. de insti. act. vbi dicitur institor appellatus est ex eo ꝙ negotio gerendo instat, siue taberne, siue alii negotiationi sit præpositus. Item in eo. tit. in l. institor. ij. dicitur is qui taberne loco ve ad emendum vendendum ve præponitur, quique sine loco ad eundem actum prępo nitur.

Institoria act. Require supra act. institoria.

Impotentia coeundi est vitium vel defectus naturalis vel accidentalis qui quis impeditur alteri carnaliter commiserit.

Instructus hoc adiectiuum significat adiectionem, & hoc dupliciter. s. accessorie principaliter. Accessorie cũ res adiiciuntur quę cõsueue runt accedere, verbi gratia dicendo, fundum instructũ. nam instrumentum fundi adiicitur accessorie. Principaliter cum res adiiciun tur quæ non consueuerunt accede re. v.g. fundum instructum instrumẽto patrifamilias qñ non est instrumẽtũ fundi adiicitur principaliter. concordat. l. si cui fundus. ff. de fun. instru. vbi dicitur quod ex tincto legato fundi non extinguit legatũ instrumenti. Et ad. §. si quis ancillas insti. de leg. vbi dicitur ꝙ extinguitur, dic ꝙ intelligitur de instrumẽto assessorio fundi l. si cui fundus præalleg. in nõ accessorio. Et ratio huius duplicis signãti est. voluntas proferentis declarata ex qualitate rei adiecte. s. an sit accessoria, vel non, quia adiectiuum instructus, ut præmittitur dupliciter accipitur.

Instrumentum secundum Host. in sum. tit. de fid. Instru. & secundum Spec. tit. de edi. instru. in princip. est scriptura ad assertionẽ seu probationem alicuius rei facta. Est autem instrumenti appellatio generalis, qua continentur omnia ea quibus causa instrui potest. Et sic testamentum, codicillis, testimonia, & persona testes, quibus cause instrui debent loco instrumentorum habentur. l. j. ff. de fide instru. & est glo. in c. cum dilectus de fi. instr. Dicitur autem instrumentum quia instruit, & documentum quia docet, vt l. præalleg. Tamen instrumentum proprie dicitur scri ptura ad memoria alicuius confecta siue charta. & ita sumitur in aut. de instru. cau. & fin. col. vi. Nã instrumenta fiunt ad memoriam perpetuam. ii. q. vj. saluberrima. xxvij. q. j. c. omnes femine. Et instrumentum est actus uoluntarie iurisdictionis. Et communiter secundum do. potest fieri dieb. feriatis etiam ob honorẽ dei & sanctorum, licet dñs Ant. de but. dicat cõtrariũ ꝙ tabellio sine peccato non potest conficere instrumentũ die sic feriato, vt dominica vel dieb. apostolorum, sit tamen faciat licet peccet, actus propterea non reddit nullus. Ratio, quia pœna nullitatis est odiosa, ergo restringenda. de pe. dis. i. pœne & regula odia. de re. iu lib. vi. vide notata per doc. in c. conquestus. de feriis. Et per quot testes. reprobatur instrumẽtũ. no. n. l. in exercendis. C. de fideius. & in c. cum Ioannes, de fide instru. vide Gofr de prob. §. sed quęritur. Et dicit Lud. de Rom. in sing.

ſuis q̄ hæc dubitatio ceſſat cum in inſtrumento aſſeritur per notariū de ſpontanea voluntate nam tunc indiſtincte poteſt reprobari per duos teſtes, ſecundum Ba. in diſputatione ſua allegat. Innocen. in c. ſuper hoc. de renū. & l. obſeruare ff. de offi. proconſul. nec inſtrumentum probat niſi ſit in eo dies & locus. c. inter dilectos. de fi. inſt. & c. abbate ſane. in gl. de re iud. lib. vj. Hoc verum, niſi probetur dies & locus eſſe originalis licet ſit omiſſus in inſtrumento. ſecundū Spec. in ti. de inſtru. edi. §. inſtrumentū. ver. ſi quis ergo. Etiam inſtrumētum de falſo ſuſpectum reddit diuerſitas ſcripturarum uel manuū. caſus ſingularis & vnicus in aut. de trien. & ſemiſ. §. quod & ſepe ſecundū Bal. in l. contractus. C. de fi. inſt. & ſimiles in c. inter dilectos, de fi. inſt. Et dicit gl. in aut. ut proponatur nomen imperatoris. ſi notarius dimittit hæc verba, in nomine domini. in inſtrumento, q̄ illud inſtrumentum non ualet. Quę gl. pōt eſſe vera in arduis & perpetuis. ſed in minoribus & breui tēpore duraturis. non tenet. & contrarium poteſt teneri ſecundum Spec. in, tit. de inſtru. edi. §. j. circa princi. Sed vtrum valeat inſtrumētum per tabellionem excōicatum confectum? Videtur q̄ ſic. de hære. excōicamus. §. credentes. vbi dicitur. Si excōicatus ſatisfacere cōtempſerit infra annū tunc inſtrumentū per eā confecta non tenēt. ergo a contrario ſenſu prius, id eſt ante annū facta valent, licet ſit excōicatus. Sed in contrariū q̄ non valeant. iii. q. iiij. nullus. de ſenten. excō. nouerit. Dicūt Hoſ. & Guil. quādiu eius excōicatio eſt occulta, valent inſtrumēto ab eo confecta, vel ſi ſit manifeſta, nec poteſt probari. iii. q. vij. §. tria de re iud. ad probandū, de excep. pia. §. ſi vero li. vj. Secus ſi notitia. c. exceptionem de excep. & capitulo veſtra. de cohabi. cleric. & mu. Et veterū per inſtrumentum probetur crimen, iſtam quæſt. Io. an. in c. cum impoſitibus. de iureiuran. lib. vi. in gloſſ. verbis datis. dicit ſe diſputaſſe quam vide ibidem & etiam Geminianū. Sed aliter dicitur inſtrumētum apparatus fundi quo exercetur poſſeſſio & ita accipitur in lege quarta. ff. de fun. inſtruct. Vnde inſtrumentorum quædam ſunt cauſa agrorum colēdorum vt aratrum, raſtrum, traha, quę equandis ceſpitibus trahuntur. Alia colligendorum fructuum, vt ſarculus quo cardones & herbe inutiles exciduntur, & ſimilia. vt falces rie, falces meſſorie, & falces putatorie legationes. torcular, corbes quelli uideniatorii quib. vindemia portatur cauſa ſeruandi fructib. vt dolia, granaria caſelle in quib. fructus reponuntur. ſ. cellule granariorum. Vnde inſtrumentum capitur tripliciter, uno modo latiſſime & ſic omne vas vel ſuſceptibile in conſtructione domus vel fundi inuſitatum. dicitur inſtrumentū. Secundo late pro omni eo quod cauſa inſtruit, ut ſcripture, teſtes facit c. peruenit. extra de teſtib. cogen. facit. l notionē. §. inſtrumentorū, ff. de ver ſig. Tertio ſtricte ſolum proſcripturis, vt in ti. de fid. inſtr. Et ſic differunt teſtes ab inſtrumētis, quia probatio teſtium ſit viua voce, ſed inſtrumentum uoce mortua. Et quo ſequitur quòd ſtatutum diſponens & producens falſum inſtrumentum puniatur in decem non habet locum in producente falſum teſtem, quia ſtatuta ſunt ſtricte intelligēda facit ca. ex

literis

literis . de ſpon. Sunt autem inſtrumentorum due ſpecies. Nam aliud publicum, aliud priuatum inſtrumentum. Publicum eſt ſolennis & rite ordinata ſcriptura, per autenticam perſone manum publice facta ex cauſa memorie. c. ſcriptura. fin. inſtr. Et ſunt ille de ſolennitate quæ faciunt inſtrumentum publicum, & autẽticum regulariter, vt. ſ. præponatur nomen imperatoris & annus imperii, nomen conſulis & annus conſulatus. Hodie vero ponitur nomen ſummi pontificis cum aliis ſeptẽ ut ſunt annus domini. iudicio, menſis, dies, locus cum nomine notarii &c. de quib. no. gl. in. l. generaliter. C. de tab. li. x. Et dicitur publicum inſtrumentum, quia iudicia authoritate, eſt exemplificatum & autenticum. ut in c. cum dilecta. de confir . vti. vel inuti . Item publicum inſtrumentum, quia autentico ſigillo eſt figilla, eſt. vt c. j. de fi. inſtrum. Item dicit publicum inſtrumentum: quod in iudicio dicitur ſeu ſcribitur apud acta publica, & valeat ẽt per quemcunque ſcriptum ſit . de prob. quoniã item dicitur publicũ inſtrumentum quod habet ſubſcriptionem trium teſtium uiuentiũ, vt. c. ſubſcripta præalleg. Itẽ dicitur publicum quod de archiuo publico vel de armario producitur, vt liber cenſualis in quo ſcribuntur cenſus, vel liber annotationũ, & ei creditur ſi habet publicum teſtimonium. ſ. ꝙ iudex confiteatur illud de archiuo publico eſſe productum. c. ad audientiã. de præſcript. vbi dicit quod papa crediti cuidam libro cẽſu lib. Et cuilibet alii inſtrumento fides adhibetur. vt patet per iam dicta & per multa alia iura. Inſtrumentum priuatum eſt quod per manum priuatam confectum eſt vel a tabellatione. non tamen. i. forma publica ſcriptum vt quia nec nomen imperatoris . nec conſulis nec pape (de quibus ſupra proxime dictum eſt) appoſuit, vt. C. qui po . in pigno . habeã. l. ſcriptas. vt ibi notatur. Et tale inſtrumentum debet habere triũ teſtiũ ſubſcriptionem. vt d. l. fi. Et priuatum inſtrumentum a quocunq; fit ſcriptum. niſi aliquo dictorum modorum fit roboratum . non ualet. Inſtrumentorum primatorũ tres ſunt ſpecies. Nam aliquando facit ſcripturam, ibi tantum aliquando tibi & alii. & aliquando alii tantũ. Illi ſcripture quam quis facit ſibi uel pro te nulla fides adhibetur ut C. de probatio. l. j. Si autẽ facit ſcripturam contra te. puta creditori tuo de eo quod accepiſti . ab ipſo, creditur ei contra te. vt prima queſtio. vlti. ſaluberrimum. Si autẽ tibi & alii facit ſcripturam, ſicut eſt codex rationum tuarum, ei interdum creditur vt x. quæſtione ſecũda . Eſt autem aliquod inſtrumẽtũ guarantigie, vel guarantigiatum, videlicet quod habet executionẽ paratam, vt ſi cantat aliquem eſſe debitorem alterius ſtatim exhibito in iudicio iudex, executionem facit, vt ſit communiter . Papie. De his not. in l. a diuo pio. ff. de re iudi . De inſtrumentorum raſura vidi in cap. ex litteris in gloſſ. ii. de fide. inſtrumen. & in cap. cum venerabilis . in gloſſ . fin . ff. de re. do. & c. licet . in gloſſ . iii . de crimi . fal . Nam inſtrumentum raſum de falſitate ſuſpectum habetur . Ergo dicitur ab inſtruo. quia eo mediante cauſe inſtruuntur.

Inſula trib. modis capiẽ . Primo pro domo in mari poſita quia in ſalo id eſt falſo poſita eſt ſecũdũ Iſido.

& no.glo.in.§.insula.inst.de re.di ui.& vide Bar.in tracta.de insulis. Secunde sumitur pro qualibet domo, vt.l.insulã.ff.de verb.obli. & l.3.§.effracture in versi.insulis.de offi. præfec.vig. non tamen proprie est insula, vt dicit glo.in d.§. effracture. Tertio modo dicitur insula locus vndique circundatus aqua vt.l.adeo.§.insula. & ibi gl. ff.de acquir.rerum do.& no.Bart. in suo tracta.de insulis.in princ.& ista dicitur crementum patens distinctum ad differentiam aluuionis quæ est latens incrementum, vt no.Ang.in l.item si fundi.§.de j.ff.de vsuf.Et de hoc vidi inst.de re.di.vbi in gl.ponitur etiam alia diuisio insulam.§.insula.

Insularii serui sunt qui in insula retinentur.vt l.in lege.ff.de verb.sig.

Intercessor dicitur qui pro alio præces facit & fundit.Itẽ dicimns intercessorem illum qui intercedit & interponit se inter debitorem & creditorem,ad hoc quod ei pecunia mutuetur,& est qua fideiuss. & constitutor.

Intercedere proprie idem est quod pro alio præces fundere, summitur tamen communiter in iure pro interuenire.

Interemptor, idest mediator in emptionibus.

Intrusi dicuntur qui non per electionem canonicam,sed per violentiã occupant honores,officia,vel ecclesiastica beneficia.

Intentio siue capitulum in iure dicitur illud quod intendit probare per testes qui inducat eos.

Intelligentia dictorum est ex causis assumenda dicendi.de verb.signi. c.intelligentia, & non ex opinionibus hominum, sed ex communi vsu sunt intelligenda nomina.ff. de supel. lega.l.labeo.

Interrogatoria sunt quæ facit pars testib.productis contra se & dantur super articulis de quibus præmissum est,& formantur per circunstantias causæ & personarũ. vt est glos.in c.p̃sentium. de testi.lib.6.

Interesse mea est mihi expedire vel me damnum vel lucrum quod facere vel capere potui, non feciſſe vel non recepiſſe,vnde hoc verbũ interest impersonaliter potest poni in constructione. Et quandoq; construitur cum pronominibus possessiuis, & tunc exigit ablatiuos fœminini generis hoc modo, mea interest debitum solui die statuto.Similiter dicitur tua,sua,nostra,vestra interest.Et illorũ.pronominum ablatiuos regit, captũ pro pertinet.Cum vero construitur cum ceteris dictionibus, tunc exigit genitiuum singularem vel pluralem verbi gratia. illius interest rem suam non perire, regis interest regnum suum gubernare reipublice interest ne crimina maneant impunita, litigatorum interest iustum habere iudicem vel fauorabilem. Interest hoc uerbũ pro nomine neutrali ponitur, & quandoque significat damnum q̃ euenit, quandoque lucrum amissum. Damnum quod accidit.v.gr. Persuasisti familie mee q̃ de domo vel possessione cederet, quo facto damnum mihi euenit. tu teneris ad interesse mihi præstandũ .i.damnum quod passus sum, resarciendum. item de lucro amissum ponitur exemplum. Debuisti mihi soluere centum aureos Rome, tu soluere desideras Basilee estimandum est quantum interfuerit meam pecuniam suo loco mihi, solutam fuisse.i.lucrũ q̃ ex mea negatione in eo loco facere potuissem. Et hęc actio per quã

hæc

hęc fit, dicitur arbitraria loci. Sed notandum quamuis lucrum amiseris, non ideo damnum passus es, quia damnum dicitur ademendo, scilicet quando ex facultatib. aliquid demitur, aut ex propria substantia diminuitur, ita quod damnum pateris quando rebus tuis aliquid decrescit. non quando accrescit rebus tuis. Vnde interesse est damnum emergẽ vel lucrũ cessans supeneo q̃ dari vel fieri omissum est. v.g. in Papia dare mihi pecuniã promisisti tali die, & non feciſti. hic damni & lucri ratio est habenda. Damni, quia in mora fuisti, & non soluisti. die tali sicut promisisti, vnde non habui vt soluere quare pœnam incurri & damnum, quod non incurrissem si mihi loco & termino præfixis soluisses, nec damnum hoc passus essem. Lucri etiam consideratio habenda est, quia si mihi in loco & termino debitis soluisses, mercimonia comparassem & multa lucratus fuissem. Est ergo interesse est imitatio damni quod taliter euenit, vel lucri quod cessat ex eo quod aliquid tibi non datur vel non fit vt debet.

Interesse conuentũ est. s. cum non facis quod promisisti mihi, vel cum non fecero quod promisi tibi. Aliud interest est commune scilicet estimatio communis damni vel lucri quod euenit vel cessat. Aliud singulare, scilicet estimatio quæ euenit ex specialis casu vel vtilitate vide de hoc Spec. in titulo de fruc. interesse.

Interdum dicitur fieri quod fit inter diem. i. de die in diem.

Interpellare quandoq; idem sonat interrumpi, vnde dicitur quod per lit. contest. interpellatur. i. interrumpitur actio, possessio, vel præscriptio. item interpellare idem est quod monere, vt dicẽdo. Dies interpellat pro domino. i. monere c. potuit. in fi. de loca. & conduc.

Interdictum olim nihil aliud erat quã quędã formata & solennis cõceptio verborum quibus prætor aliquid fieri iubebat vel prohibebat, quod tunc maxime faciebat cum de possessione vel quasi possessione inter aliquos contendebatur. vt inst. de interdi. circa princ. & ff. e. t. & dicitur interdictũ quasi inter duos dictum vel redditum vt inst. eo. ti. §. exhibitoria alias. §. sunt tamen in fi. Vel secundum aliquos dicitur ab interdicẽdo idest prohibendo. quod non placet. cũ per interdicta non semper prohibeat, imo aliquando aliquid fieri iubeat iudex. vt inst. eo. ti. §. j. Differebat autem interdictũ ab actione, quia solennitas actionum erat inducta de iure ciuili, interdictum autem iure prętorio vel secundũ Azo. quia in actione verborum solennitas non formabatur in singulorũ personis, sed erant generaliter in omnium personis formata solemniter verba. In interdictis aut quod erant hominis qui volebant eã proponere tot eis desiderantibus, & petentibus formabantur verborum solennitas vel conceptiones quibus contra suos aduersarios in causis suis vtebantur, quas interdicta vocabant. de hoc no. insti. eo. ti. in prin. & ff. eod. super rubrica. Hodie autem inter actiones & interdicta nulla est differentia, vt inst. eod. ti. §. fin. Est ergo interdictum actio in factũ prætoria. i. a prætore inuenta. Et aliquod nomen sortitur ab inuentore vt saluianum. Aliquod a principio forme verborum, quorum bonorum, quorum legatorum vt

possi-

posſidetis. Aliud materia de qua tractat nomen accipit, vt ne quid in loco ſacro fiat. de locis & itineribus publicis, vt ne quid in loco publi. & itinere publico fiat de loco publico fruendo &c. Vnde interdictorum aliud petitoriũ, aliud poſſeſſorium, & aliud mixtũ. De petitorio. ff. l. eo. ti. interdictorum. §. quædam. De mixto. ff. de aqua quot. & eſt l. j. §. fi. de poſſeſſorio. inſti. eo. ti. §. ſequẽs diuiſio. Et huius interdicti tria ſunt membra, quia aliud interdictũ poſſeſſorium datur pro adipiſcenda poſſeſſione aliud pro recuperanda, & tertium pro retinenda. Primum cõpetit ei qui non fuit ante nactus poſſeſſionem, & illud eſt triplex. ſ. quorum bonorum, quorum legatorum, & ſaluianum. Primum competit heredi vel filio emancipato pro poſſeſſione hæreditatis a prætore petita. Nam filius emãcipatus de iure ciuili non admittebatur ad hæreditatem paternam, ſed quia emancipatus ita eſt filius ſicut in patria poteſtate exiſtens, ideo prętores (i. magiſtratus a populo romano creati gratia emendandi defectus legis duodecim tab. ſecundum equitatẽ dum tamen non tollerent diſpoſitionem iuris ciuilis) ſtatuerunt iure prætorio emancipatum admittendum ad res vniuerſas corporales, & non ad iura incorporalia. Et datur directũ de iure prætorio, vtile vero de iure ciuili. Et eſt effectus huius interdicti q̃ ex eo filius emancipatus agere poteſt contra poſſeſſorẽ rerum paternarum, ſic concludẽdo. Peto talem condẽnari ad dandum mihi talẽ rem cuius hæres factus ſum de iure prætorio. Secũdum. ſ. quo legatorum, competit heredi contra legatarios qui propria authoritate legata apprehendunt, quorũ ipſe debet eſſe diſtributor poſt quã falcidiam deduxit. Vnde aliquis habet tres filios & domũ & vineã, domũ legat primo, ſecũdo vineã, & tertiũ heredẽ vniuerſalem, inſtitui, qui nihil reperit in hæreditate. Debet ergo tertius habere falcidiã. i. quartã partẽ hæreditatis, & ſic deducta quarta parte a domo & a vinea, ille tertius diſtribui. aliis filiis. 1. & 2. legata reſidua de manu ſua, quæ ipſi propria authoritate non debent apprehendere. Eſt ergo affectus huius interdicti q̃ petat legatarios condẽnari in omnibus legatis reſtituendis quorum ipſe hæres eſt. Tertium. ſ. ſaluianũ cõpetit locatori cõtra iuquilinum qui deportat bona ſua hoſpitio ſibi locato. nec reducit ad priſtinum ſtatum, quia oĩa obligata ſunt hoſpiti tacite pro cenſu. Secundũ. ſ. pro recuperanda poſſ. cõpetit eiecto de poſſ. & hoc tripliciter. ſ. vnde vide poſſeſſionẽ i mmobili, vi bono. rapto. ſpoliato re mobili, & quod vi aut etiã contra eum qui in ſolo alicuius edificauit. Tertium. ſ. pro retinenda poſſeſ. interdictum poſſeſſorum cõpetit contra moleſtãtem aliquem in poſſeſſione, & eſt duplex. ſ. vti poſſidetis, quod competit inter duos qui eandem rem immobilem contendunt poſſidere. & vtrobi quod gratia poſſeſſionis eſt inter duos ſuper re mobili. De his vide gl. 4. &. 7. in c. paſtoralis. de cau. poſſeſ. & proprie. vbi plene. Et no. optimam glo. & magiſtralem in. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. vbi ponuntur multi caſus in quibus quis non incidit in pœnam huius noue cõſtitutionis ſi quis. Non enim dicitur agi vnde vi. ſed ex illa conſtitutione. Interdi-

terdictorum etiam quædam sunt publica, quædam priuata. Quædã simplicia in quibus alter est actor, & altetius vt sunt restitutoria, vel exhibitoria. Quędam duplicia in quibus par vtriusq; litigatoris cõditio est nec quisq; actor vel reus præcipue intelligitur, sed quilibet tam rei quam actoris partes sustinet, insti. de interd. §. 3. & §. duplicia. & ff. eo. titu. l. 2. vbi de hoc. & in. l. 3. eod. tit. Hæc & alie diuisiones interdictorum plures ponuntur, quæ sunt de libero homine exhibẽdo, ne quid fiat in loco sacro sancto & religioso, in flumine ripa ve. & in flumi. pub. de cloacis publicis &c. vt infra de singulis dicetur in locis suis. Sunt autem interdicta publica nomen in vniuerso secundum Spec. in tra. libellorum. titu. de cau. pos. & proprie. §. quia vero. Alia omnia sunt interdicta priuata, quia propter vtilitatem priuatã inducta, & sunt in toto. 28. secundum Spe. ibid. §. priuata. Item interdictum generale dicitur quando regnum, terra, aut villa interdicitur. Particulare vero quando vna ecclesia interdicitur, & hoc modo sumendo interdictum pro censura ecclesiastica.

Interdictum de aqua quot. & esti. datur habenti ius aque quotidane vel etiã estiue. deducende ad prædia sua cum aliquis ducere prohibetur, vt ff. eo. tit. l. j. in prin. Et ꝙ interdictum aliquãdo sit prohibitorium, aliquando restitutorium. vt sequitur de hoc est casus in d. l. j. §. j. & est prohibitorium & retinende possessionis, quandoq; autẽ est restitutorium secundum Spe. ibidem vers. alio modo. & §. præal lega. vbi subdit prætor. Quotidiana autem aqua nõ tantum illa est quæ quotidiana ducitur, sed illa est qua quis quotidie potest vti si velit duo autem sunt genera aquarum quæ differunt.

Quotidiana quæ duci solet assidue etiam si aliquando ducta non est. Ea quoq; dicitur quotidiana cuius seruitus intermissione temporis diuisa est. Sed aqua estiua ea est quia estate vti expedit, sicut dicuntur vestimenta estiua, saltus estiui, castra, estiua, quibus interdum hyeme, plerunque tamen est estate vtimur, vt habetur in lege præalleg. in princ.

Interdictum de aqua de castel lo ducem dat datur habenti ius ducendi aquã de cannali vel de castello, quod est diminutiuum a canna ad irrigandam. vide Specu. vbi supra qui dicit hoc interdictum haberi & bene. ff. de aqua quotidiana & estiua. l. j. §. ait prætor. 2. de quo dic vt ibi, & in. 3. & sequen. vsque ad fi. l. vbi dicitur. Hoc interdictũ necessario propositum est. Nam quia superiora interdicta ad eos pertinent qui a capite ducũt &c. equissimum visum est ei quoque qui ex castello ducit, (id est ex eo receptaculo quod aquam publicam suscipit) interdictum dari, idque a principe cõceditur, alij nulli competitius aquę dande. vide ibi pulchrum textum.

Interdictum de arboribus cedendis datur contra eos qui habent arbores, quarum folia pendent super edificia vel agrum, ita ꝙ eis damnum inferant, & consulitur eis ꝙ huiusmodi arbores succidant, & ligna tollant, & eas deglobẽt a terra vsque ad. 15. pedes, idem est si per radices minatur periculũ, vt l. j. C. de interd. & hoc interdictum prohibitorium est. Si aũt arbores edibus alienis impendant vt rũ tas iubeat prætor adimi, an vero

id solum

id ſolum quod ſupra extiterit. Rutilius ait a ſtipite excidendas, idq; pleriſq; videtverius. Et niſi adimeret dñs arborē. Labeo ait ꝓmitti ei cui arbor officit, ſivelit ſuccedere eā, lignaq; curare. vt eſt tex. in l. j. §. hoc interdictum. ff. eo. ti. vbi ſubditur in. §. ſeq. Arboris appellatione ēt vites cōtinētur. Non ſolū aūt dño ediū ſed ēt eiqvsū f. habet cōpetit hoc interdictū, ut ibidem.

Interdictum de cloacis priuatis reficiendis. Si uolens quis ſuam cloacam priuatam vel etiam publicā, vel fiſtulas meatus reficere vel purgare, vel de nouo facere ab alio prohibetur tunc prouiſum eſt ei de interdicto de cloacis, qđ eſt interdictum publice deputatum & priuatum de priuatis cloacis, & eſt prohibitorium. Etiā eſt aliud reſtitutoriuin ſcilicet quod dat contra immittentem in cloacam meam vel publicā, uel quod immiſſum in cloacam impedit. vel quo iubetur auferri quod immiſſum eſt, vt ff. de cloacis l. j. §. j. & §. deinde. & §. cloace. l. fi. eo. ti. & Spec. ibidem. verſi. porro. uide ſupra cloaca.

Interdictum de aqua pluuiali arcenda, vel de aqua ple. immo nō eſt interdictū, ſed actio ciuilis deſcendēs ex l. 12. tab. vt ff. de aqua plu. arcen. l. ſi vſufructus, & ibi no. ſup verbo legitima, ubi allegatur. l. labeo. ff. de ſta. lib. Et dicit ibi text. Sed & ſi fructuarius opus fecerit per quod aqua plu. alicui noceat, erit quidē actio legitima cū dño proprietatis, an vero ēt utilis in fructuariū actio aque pluuie arce. ſit danda, queſitū eſt, & magis eſt ne detur ſupple dicendum. Si ergo facis aliquod opos in fundo tuo, propter quod aqua pluuialis nocere poteſt fundo vicini tui datur contra te actio aque pluuie arcen. per quam tuis expenſis opus teneris deſtituere, & dānum cōtingēs emendare. Si verbo poſſideas opus ab alio factū teneris patiētiā ꝓſtare, vt deſtruatur argū l. j. & §. 3. in fi. & l. ſi tertius colonus (alias uicinus). §. celſus ſcribit. ver. ſi qs alius. ff. eo. tit. & Spec. ibidem. Et dicit Vlpia. in l. j. in princip. ff. eo. Aquam pluuiam dicimus quæ de cœlo cadit, & quę imbre excreſcit, ſiue per ſe hæc aqua celeſtis noceat ſiue cum alia mixta ſit. Et ſequitur ibi ſtatim. Hęc autē actio locū habet in dāno nōdū facto, opere tamē iā facto, ex quo dānum timetur, totieſq; locū habet quoties manufacto opere agro aqua nocitura eſt, id eſt cum quis manu fecerit quo aliter flueret q̄ natura ſoleret, ſi forte mutando (alias immittendo) eam aut maiorē fecerit aut citatiorē vel rapidiorē, aut vē hemētiorē, aut ſi cōprimēdo redū dare fecerit eā. Nā ſi natura aqua noceat, ea actione non continetur & in ead. l. dicitur. De eo opere quod agricolendi cauſa aratro ſit. Quintus Mutius ait non competere hanc actionem.

Interdictum de fonte eſt quod datur ei qui duxit aquam de fonte hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario de alterius fonte ut ff. eo. tit. l. j. in prin. uel lacu, puteo, piſcina, foſſa, ſtagno. Hoc īterdictū ꝓponitur ei qui fontana aqua vti ꝓhibetur, ſiue haurire, ſiue pecus ad eā appellere. l. unica prę alleg. in princi. Et de iſtis omnibus ſeruitutib. datur hoc interdictum, ſi tamē ꝑpetua ſit cauſa vt colligitur ex §. primo dicte l. vnice, & §. hoc interdictum de ciſterna in ver. denique a contrario ſenſu. Non autem datur reſciſſoria actio, vt d. §. hoc inter-

interdictum vbi dicitur quòd de cisterna non competit. Nam cisterna non habet perpetuam causam, nec uiuam habet antequã. Ex quo apparet in his exigendnm, vt viua aqua sit Cisterne autem imbribus concipiuntur. Cętera vide in dicta l. vnica ff. de fonte vbi dicitur in fine lege de lacu, puteo, & piscina reficiendis purgandis interdictum competit, & omnibus personis datur quibus illud de aqua estiua.

Interdictum fraudatorum est quo tutoris creditor pupillo tenetur, vt si eum consiliis fraudum participasse cõstabit, vt frauderetur. De hoc interdicto habeẽ ff. de sol. l. pupilli. circa prin. Hoc interdicto tenetur qui fraudẽ participãdo emit a creditore qui nõ sit soluẽdo, melius forte diceretur a debitore.

Interdictum de glande legenda, vel alio fructu datur ei cuius glãs vel alius fructus in fundum alienum ceciderit, vt l. unica. ff. eo. ti. vt singulo tertio die legere & exportare liceat. Et glãdis nomine omnes fructus continentur, vt dicitur in fi. eiusdem l. vnice.

Interdictum de itinere actuq; prin. restituendo prohibitorium ad tuendas tantummodo rusticas seruitutes datur contra prohibentes aliquem vt seruitute sua. vt ff. eo. ti. l. j. §. j. & datur confessoria contra negantem seruitutem, at l. si forte §. sciendum. ff. si ser. ven. Et etiam aduersus eum qui alium iniuste prohibet sua vt seruitute. Imo ẽt tunc datur confessoria, vt d. §. sciẽdum l. prælleg at. unde datur mihi, quia in itinere actu, uel uia priuata usus sum hoc an. 30. diebus non vi, non clã, nõ precario. ff. eo. ti. l. j. §. hoc interdicto & hoc si fuerit iure seruitutis. alias secus, ut ff. de aqua plu. arcen. l. j. in fi. & ideo ante non debeo prohiberi quominus vtar interim vel tanto tempore quoadusque de seruitute constet. Ait. n. prætor. Quo itinere actuque priuat. de qua agitur, hoc anno nec ui, nec clam, nec pteca-rio ab aduersario vsus es quominus ita vtaris. vim fieri uero. ut ff. eo. ti. l. j. in prin.

Interdictum de libero homine exhibendo competit unicuique de populo ad petendum in publicum hominem liberum contra & aduersus eum qui liberum hominẽ inuitum captum dolo malo detinet in seruitute. Et proponitur hoc interdictum tuende libertatis causa videlicet ne homines liberi retineantur a quo quam pro exhibitione facienda ut homo producatur in publicum, & tangendi videndiq; hominis facultas prębeatur. Et exhibere est extra secretũ habere ff. eo. ti. l. 3. §. ait prætor. Hoc etiam interdictum competit aduersus absentem, ut l. prę all. §. j. & a quocunq; hoc interdictũ ꝓponi põt, quia cuilibet de populo competit & cuiuslibet interest ne hoc fiat. Nemo. n. prohibẽdus est libertati fauere, vt ead. l. §. hoc interdictum. i. & nihilominus lex facit accusari, vt eodem titu. l. j. in prin. vbi tex. inquit. Quem liberũ dolo malo retines, exhibeas & ff. ad l. faui. de pla. l. non statim. §. fi. & C. eo. ti. l. si fratrem.

Interdictum de liberis exhibendis, seu deducendis datur partib. vel parẽtibus contra eos qui liberos vel nepote in potestate eorũ existentes, sine verum uolũtate detinent. Vnde l. j. ff. eo. tit. sic ait. Ait prętor, qui quæ ve in potestate lucii titii ẽ, si is ea ve apud te est dolo ve malo tuo factum est quominus

nus apud te esset, ita eum eam ve exhibeas. Hoc interdictū & illud de vxore deducenda non solum sunt exhibitoria, sed etiam deductoria seu deductiua, quia per ea uxor, & liberti non tantum exhibētur, sed etiam deducūtur, ut ff. eod. titu. l. 4. §. Et de interdicto de vxore postea dicetur.

Interdictum demigrando datur inquilino, ut ipse libere cum rebus suis possit de habitatione migrare, si tamen locatori satisfaciat, & de pensione totius temporis, vt ff. eod. ti. l. j. §. si pensio. & de damno si quod in domo conducta dederit. Sed etiam gratuito inquilino datur, colono autem non datur, vt ff. eo. ti. l. j. §. j. sed alias ei iuxta ordinem iudicis subuenitur si velit non dico migrare, sed colonariam post tempus exactum de relinquere. Dicitur enim ibi in text. Hoc interdictum proponitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare. Nam colono non competit cui etiam extraordinem subueniri potest, ergo infrequens est hoc interdictum. Si tamen gratuitam quis habitationem habet hoc interdictum vtile ei competit.

Interdictum de mortuo inferendo habet locum vt quis non prohibeatur mortuum inferre & sepelire quo licet ei inferre & sepelire, vt ff eod. ti. l. j. in prin. vt si in via prohibeatur ut sepulchrum edificare, vel lapides ad edificandum per fundum ducere, vt ff. eo. ti. l. j. §. prætor ait. & §. si iter mihi §. uim habere & §. fi. &c.

Interdictum momentanee possessionis est quo agit de possessione retinenda, sicut uti possidetis, ut ff. vti posside. l. j. §. j. & utrobiq; de quibus infra dicetur, vel quo agitur de possessione adipiscenda, vt ff. quorū bonor. l. j. §. j. vt est quorum bonor. quorū legatorum, uel quo agitur de possessione recuperanda vt vnde vi. ff. e. ti. l. j. §. j. Et dicuntur momentanee possessiones, quia licet obtineat aliquis in possessione, tamen cōtinuo elapso momento succūbere poterit in iudicio proprietatis, vt C. si de momē. pos. fuerit ad l. j. Et q̄ hęc sint interdicta momentanee possessionis, dic vt no. C. qui le. perso. hñt ī iudicio stādi. l. momētanee. Et naturā illorū prædictorū prosequere, vt no. in c. pastora. de cau. poss. & proprie. & instit. de interdictis per totum prout etiā supradictū est in prin. de interdictis. Hoc aūt interdicto potest quolibet minor & si impubes sit, etiam sine tutore vti. ff. vnde vi. l. j. §. si filius.

Interdictum ne quid in loco sacro fiat & sequentia omnia huinsmodi dantur cuilibet ex populo ad prohibendum ne fiat contra quā prohibitionem si quid factum fuerit interdicto quod vi, aut clam, suis sumptibus vel destruere cogetur omne quod factum fuerit, aut in pristinum statum reducere vel reddere tenetur, vt ff. ne quid in loco publico. 2. §. ait prætor quòd in via. Hoc autem verum est de hoc quod ipse fecit vel mandauit, alias secus esset vt ff. quod vi aut cla. l. alios. Vbi hæc interdicta locum habeant, significatio ipsorum nominum denotat, vt pupillaris actio est qua ius pupilli tuetur, vt ff. de pupil. act. l. j. Et dic ibi ī rub. ff. de iur. om. iud. l. si quis illud. Et dantur etiam ad interesse, vt ff. ne quid in loc. pub. l. j. §. j.

Interdictum ne quid fiat ī loco sacro patet. Et quod ait prætor. ne quid in loco sacro fiat, non ad hoc pertinet quòd ornamēti causa fit, sed defor-

deformitatis cauſa vniuerſali commodi eſt, vt l.1.§.quod ait.ff. eod. ti.vbi etiam l.2.dicit. In muris itẽ que portis & aliis ſacris locis aliquid facere ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur.

Interdictum ne quid fiat in loc. reli. patet ſimiliter.

Interdictum ne quid fiat in loc. publico vel itinere hoc interdictum prohibitorium eſt,& tam publicis vtilitatibus quam priuatorum per hoc proſpicitur loca. n. publica vtique priuatorum vſibus deſeruiunt iure ſcripto ciuitatis. vt l.j. §.j.ff.eo.ti.vbi ſequitur per publicum locũ. Labeo diffinit vt areas ad inſulas,ad agros,& ad vias publicas itineraq; publica pertineat. Hoc autem interdictum ad ea loca quæ ſunt in fiſci patrimono nõ ptinet. In his.n.neq; facere quicquã;nec prohibere priuat⁹ põt.res enim fiſcales quaſi proprie & priuate principis ſunt. Si quis ergo in his aliquid faciat,nequaquam hoc interdictum locum habet, ſed in hac controuerſia prẽfecti eorum iudices ſunt,quia hoc interdictum ad ea loca pertinet quæ publico vſui deſtinata ſunt, vt l.j. præall. §.2.& 3. De hoc vide ibidem plura,ea.l.& eo.ti.

Interdictum ne quid fiat in mari vel flumi.pub.ripa ve eius quo peius nauigetur,aut in via publica quo peius eatur,hoc interdictum datur perpetuo omnibus,& in omnes habet cõdemnationem in id quod actoris intereat,vt l.j.in fi.ff. de via publ.& itinere publico reficiendo & ſi quid in ea factum eſſe dicatur vbi,lex ſecunda ponit q̃ viam publicam populus non vtendo amittere non poteſt.& l.fi. dicitur qui viam publicam exarauerit ad-mu-nitionẽ ciuẽ ſolus cõpellitur. Itẽ flumen a riuo in magnitudine eſt diſcernẽdũ aut eſtimatione ¡circũcolentium. Item fluminum quædã ſunt perennia,quædã torrentia. Perennia ſunt quæ ſuperfluunt torrens, eſt quod ex hyeme fluit, & nõ aliquando in eſtate. Etiã eſt flumen publicum,& flumẽ priuatum & ripa,quę omnia deſcribuntur in tex.& glo. in l j. ff. de flumini. & ne aliquid in flumine ripa ve eius fiat quo peius nauigetur.

Interdictum ne quid fiat in flumine publico vt aliter fluat quam prior eſtate fluxit. i. vt aqua fiat altior depreſſior & rapidior cum incommodo accolentium,vt. ff. ne quid in flumine publico. l. prima in prin.§. quod autem ait.

Interdictum de no. oper. nun. datur ei qui, prohibetur edificare poſtquam ſatisdederit,vt ff.eo.tit. prætor ait.§.hoc autem interdictum. Nam hoc interdictum competit ſi in ſolo ſuo edificat alter locum habet remiſſi,vt.eod. titu.l. non ſolum.§.ſciendum. & tunc non poteſt vltra edificare,niſi conſtet eũ habere ius edificandi,vt in §.præalle. Hoc interdictum etiam datur in eum qui ſatisdedit vt edificet, vt.ff.eo.ti.de pupillo.§.ſi plurium & §.meminiſſe & tenetur denuntiare etiam ſi ius edificandi habet, vt ea l.§.j.& §.ſi is cui. Et ſi poſt edificauit totum ſuis ſumptibus tenetur demoliri.vt.ff.eod. titu.l. ſtipulatio.§.ſiue autem. Et interdictum de no.ope.nun.imperator nomina edictum.l.j.ff.eod.tit.vbi dicit. Hoc edictum remediumque operis noui nunciationis aduerſus futura opera induc̃tum eſt, non aduerſus præterita,hoc eſt aduerſus ea quæ nondum ſunt facta. Nam ſi quid operis factum fuerit quod fie

ri

ri non debuit cessat edictum de no ui oper. nun. & erit transeundum ad interdictum quod vi aut clam factum erit vt restituatur. Et hæc nominatio non habet necessariam aditionem prætoris potest enim quis nuntiare nouum opus, & si prætorem nõ adierit. Item potest fieri proprio & alieno nomine, & omnibus diebus etiam aduersus absentes inuitos, & ignorantes, vt hæc clare ponit text.l.j.post prin. ff.eo.ti.vbi subditur. Opus nouum facere videtur propter quod locũ habet nuntiatio,quia aut edificando de nouo, aut detrahendo aliquid pristinam faciem operis mutat. Et hoc interdictum non omnia opera complectitur. sed ea sola quæ solo coniuncta sunt quorum edificatio vel demolitio videtur, opus nouum continere. ergo non pertinet ad hoc edictum si quis in fundo altarius meteret, vel arborem succideret, vel vineam puraret,lites opus faceret, quia solum ad ea opera quæ in solo fiunt pertinent,nec locum habet si quis vetus edificium fulciat, quia non opus nouum facit,sed veteri sustinendo remedium adhibet,vt l.j.præa. §.opus nouum cum sequẽtibus. Subdit. Nunc videamus quib. ex causis fiat hæc nuntiatio, & quæ persone nuntient, & quibus nuntietur,& sic quibus locis nunciatio fiat,& quis sit effectus.nunciationis, quæ per ordinem ibidem in dicta l.prima.

Interdictum de loco publico fruendo est publice vtilitatis causa propositum,quia tuetur vectigalia publica,qui prohibetur quis vim facere ei socio vel eius qui conduxit locum publicum fruendum ab eo qui locandi ius habuit, quominus loco publice sibi frui liceat ex lege locationis vel conductionis,vt hæc habentur in l.prima.§. j.& in princip.ff.de lo.pu.fru.

Interdictum de precario(quod restitutorium est,vt.ff.eod.ti.l.2. §.j.) datur ei qui precario rogauit, & precatio habet. imo etiam si non rogauit,dũtamen possidet, vt ff.e. ti.l.in rebus.§.i.&per totam legẽ. Precarium videtur, rogare & habere si rogauit pro se,& habet pro suo, vel rogauit procurator suus negotiorum gestor. & ipse ratum habet,vt.ff.eo.tit.l.certe.§.j.dum tamen accipiat in personam suam contractum aliter non, vt.ff.de acquiren.possess.l.possessio.§.fi. Datur etiam contra eum qui dolo fecit,&.ff.de acquiren.poss.l. si in infinitum.§.j. Et illud est regulare quod dolo desinens possidere pro possessore habeatur, vt.ff.de peti. hæred.l.etiam.§.item si quis dolo. ff.de rei vendi.l.qui restituere,& sic pro possessore habetur de re. iur.in rubri,lib.vj.si non sit proximus pubertati,quia tunc sicut quilibet maior tenetur de dolo & lata culpa,vt.ff.commo. l.iij. in princ. alias secus, vt ff.de rei ven.l.quòd infans &in puillum qui rogauit precarium sine tutoris authoritate. Et quid sit precarium require loco suo, imo dic vt legitur. ff. de precar.l.j.vbi stricte accipitur secundũ Accur.& C.de præscrip.30. ann.l.2.vbi large capitur.

Interdictum quod vi aut clam datur aduersus eum qui in loco alterius aliquod opus constituxit vel destruxit, dum tamen sit factum in solo. ff.eodem titu.l.j.§.hoc interdictũ. Et etiam si vi.i.per violentiã aut clam.i.occulte sine notificatione alteri sacra fecit,cum timeret ne si sciret sibi prohiberetur, vt.ff.eod. titul.l.j.Cõpellitur autem per hoc

inter

interdictum quod destruxit, suis sumptibus reponere in pristinum statum, vel quod construxit depo nere. Idem si alteri mandassem opus fieri, quia ego teneor ad opus destruendum, & ad impensas. ff. e. ti. l. aut qui aliter. §. hæc verba. Si tamen alius fecit, & ego possideo tunc teneor ad patientiam præstãdam vt opus tollat. ff. eo. tit. l. fi. §. alius in princi. Et est hoc interdictum restitutorium, per quod occursum est caliditati eorum qui vi aut clã quædam moliuntur & destruunt, iubentur enim restituere ea, & parum refert vtrum ius faciendi habuerit quis, an non. Siue enim ius habuerit quis siue nõ tamẽ tenetur interdictio hoc qui vi, aut clam fecit. Tueri enim ius suum debuit, non iniuriam cõmittere, vt. l. j. §. j. ff. quod vi aut clã. & sequen. §. hoc interdictum ad ea sola opera pertinet quęcunque in sola vi aut clam siunt. Et infra vi factum. Quintus Mutius scripsit, si contra quam quis prohibetur fecerit. Et placet hæc diffinitio Vlpiano Pedio & Pomponio, vt ibidem dicitur. Sed Aristot. ait eum vim facere, qui sciens se prohibitum per vim molitus est ne prohiberi possit. Et idem sentit Labeo ibidem. Sed l. 3. §. fin. eo. ti. clam facere Cassius scripsit eum qui celauit aduersarium, nec ei denunciauit, si modo timuit eius cõtrouersiam, aut debuit timere. Aristo. putat eum quoq; clam facere qui celandi animum habet eum quem prohibiturum se intellexit, & id existimat, aut existimare debet, se prohibitum iri.

Interdictum quorum bono. a prætore inuentum est, & datur filio emãcipato aduersus hęredem, vel possessorem vel contra illum qui pro hęrede vel possessore possidet, ad vniuersa bona adipiscenda, nõ ad singulas res. Et cum sit quoddam directum & quoddam vtile, directum datur ei qui est bonorũ possess. Vtile datur ei qui succedit iure ciuili ex testamento vel ab intestato, et hoc est interdictum restitutorium, & adipiscende possessionis. ff. quorum bonorum. l. j. §. hoc interdictum. Sunt ergo interdictorum quædam recuperande possessionis quædam retinende, & quædam adipiscende, vt supra in principio pręmissum est, &

*In*hic describitur.

terdictum quorum legatorum cõ petit hæredi ad repetendum legataque sine voluntate eius legatarius occupauit, repetet itaque hæres vt deducat falcidiam, alioquin si repetere statim repetiturus, exceptione doli poterit remoueri. & hoc interdictum vulgo sic appellatur, & est etiam adipiscende possessionis. l. j. in princip. ff. quorum legat. & qui. non restituit in id quod interest, debet condemna

*In*ri. vt l. §. ex hoc interdicto. ff. e. ti.

terdictum de riuis est vtilissimũ, quia riuos spectus & septa reficere & purgare prætoria quę ducende causa permittit dum tamen nõ aliter aquam ducat quã prior esta te fluxit. vt. l. j. in prin. ff. de riuis. Et sequitur in. §. 2. Riuus est locus per longitudinem depressus quo aqua decurrat. cui nomen est tyrax. Specus autem est locus in quo despicitur, inde spectacula sunt dicta. & dicit ibi gloss. Specus est locus altus a terra edificatus ex quo ducitur aqua. ff. eodem titu. l. seruius, autem. Sed quandoq; ponitur profossa qua recipitur, & colligitur aqua. Et auctoribus ponitur pro loco vmbroso & te-

nebroſo, ſecundum Azon. ſed ſecũ dum Hugon. dicitur ſpecus eſſe fouea habens vndique locum emi nentiorem, vnde poſſit proſpici aqua in fundo collecta. vt. ff. de aqua plu. arcend. l. ſupra inter alienum. & capitur pro ſubterraneo meatu. l. ſeruius in princip. & .§. j. eo. tit, Septa vero ſunt quę ad incile opponuntur aque deriuande compellende vt ex flumine cauſa, ſiue ea lignea ſint, ſiue lapidea, ſiue de alia quolibet materia. ff. de riuis lege pri. §. ait prætor. Et ſubdit tex. Incile eſt locus de præſſus ad latus fluminis ex eo dictus quod incidatur.

Interdictum de ſuperficientib. quod etiam nuncupatur proponitur duplex, exemplo interdicti vti poſſideris. Tuetur itaq; prætor eũ qui ſuperficiem, & defendit veluti vti poſſidetis interdicto, & omnia q̃ in vti poſſidetis interdicto ſeruantur, hic quoq; ſeruabuntur, vt in l. j. §. proponitur. ff. de ſuperfic. vbi etiã in l. 2. dicitur. Superficiarias edes appellamus quæ in conducto ſolo poſite ſunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt cuius & ſolum.

Interdictum ſaluianum competit domino fundi aduerſus colonum in ſua domo habitantem & eius hæredes de rebus coloni tacite pignoratis ꝓ mercedib. quas colonus infundũ intulit, vt. ff. eo. ti. vbi tex. inquit. Si colonus ancillã infũdũ pignoris noie induxerit & eã vendiderit ꝙ apud emptorẽ ex ea natũ eſt, eius apprehẽdi gratia vtile interdictũ redi oportet. Nã vtile datur ei contra extraneũ poſſeſſorem pro adipiſcenda poſſeſſione eorũ quæ tacite locatori ſunt obligata. Differunt aũt interdictũ ſaluianum & actio ſeruiana, quia intentans actionẽ ſeruianã ad rem ſibi obligatam reſtituendam debet probare hmõi rem in bonis coloni ruine eo tpe quo res fuit illata. Sed hoc non eſt neceſſarium in interdicto ſaluiano, imo ſufficit probare talem rem fuiſſe illatam, ita dicit gloſ. in. §. item ſeruiana inſt. de actio. quod in ſeruiana oportet quod creditor probet de rebus domini fuiſſe tempore obligationis, ſed in ſaluiano ſufficit quod probet eum poſſediſſe, nam omnia poſita ab ipſo colono, tacite ſunt domino fun. obli.

Interdictum de ſepulchro edificando locum habet, vt quis non prohibeatur edificare ſepulchrũ quo licet mortuum inferre? vt. ff. de ſepul. edifi. & mor. infe. per totum.

Interdictum de tabulis exhibendis datur omnibus quibus aliquid eſt ſcriptum in talibus, vel pure, vel in diem, vel ſub conditione, ſiue ſint heredes ſiue legatarij, ſiue cõmiſſarij. Et pertinet hoc interdictum nõ tantum ad teſtamenti tabulas, verum etiam ad omnia quæ ad cauſam teſtamenti pertinet ſcilicet codicillos, vt. l. 2 §. hoc interdictum. ff. de tab. exhibendis.

Interdictum de ripa munienda merito propoſitũ fuit, nam ripas fluminis publicorũ reficere & munire vtiliſſimũ eſt, ne ob id omiſsũ nauigatio deterior ſiat, vt. l. vnica. §. j. de ripa muni. & ſequitur in. §. 2. de hoc interdicto expreſſum eſt, vt dani infecti in annos decem viri boni arbitratu vel caueatur vel ſatisdetur, dabitur autem ſatis vicinis. Et in fine dicit tex. illud notãdum eſt ꝙ ripe, lacus foſſe, ſtagni muniendi cauſa nihil prętor cauit ſed idem erit obſeruandum quod in ripa fluminis munienda.

Interdictum vt in flumine publico

naui-

nauigare liceat, est quo proijcitur ne quis in flumine publico nauiga re nauim ratē ve agere, vel in ripa onerare prohibeatur, sed ut per la cum fossam, stagnum publicū na uigare liceat, vt l. unica. §. j. in prin. ff. eo. ti. vbi subdit Vlpi. Lacus est qui perpetuā habet aquā. Stagnum est quod temporalē con tinet aquam ibidem stagnantem quæ quidem aqua plerunque hye me colligitur. Fossa est receptaculū aque manu factum. Possunt autē hic esse publica & non publi ca. Plane qui lacum vel stagnum conduxit si piscari prohibentur, vtile interdictum ei cōpetere. Sabinus consentit, & Labeo. ergo si a municipibus conductum habet equissimum erit ob vectigalis fauorem eum tueri, vt l. vnica præ all. ff. vt in flumi. pub. naui. liceat.

Interdictum vnde vi, locum habet cum quis possessionem soli p̄ viā amisit, & datur directe contra deiectionem illi qui vide possessione alicuius rei imobilis deiectus est sine omni causa, vt restituatur ei possessio de qua deiectus est, & omnia ablata, imo data q̄ ibidem essent aliqua quę penes violentū fuerint mortuo, vel aliqua res q̄ casu fortuito perierunt. non propter hoc liberabitur, sed in totum condemnabitur ad earum estimationē, quia nec mortalis nec fortuitus casus liberat c. eiectorē. Dicit in l. j. C. vnde vi. Recte possidē ti, ad defendendam possessionem quam sine vitio (supple maxime) tenebat, in culpa tutele moderatione illatam vim propulsare licet, & ibi not. & ff. de vi & 6. arg. l. j. §. vim vi.

Quid sit vim vi repellere. eo. ti. l. 3. §. armis deiectum. Dicit quod arma sunt omnia tela fustes, lapides gladij haste, framee, & romphee. Et est hoc interdictū annale, quia post annum non tenetur nisi quātum peruenit ad eum. Ex constitutione autem grauius tenetur qui mihi feciſſe detegitur, vbi dolus prohibetur perenniter, & ignorantia excusatur.

Interdictum de vi & vi armata, cum interdicto vnde vi, datur & proponitur, & qui vi deiectus est. Fuit enim equissimum vi deiecto subueniri, ergo ad recuperandam possessionem hoc interdictum inuentū est. Ne quid enim per vim admittatur in legibus prospicitur publicorum & priuatorum, necnon constitutionibus principium vt l. j. eod. tit. §. hoc interdictum, &. §. sequen. vbi dicitur. Hoc interdictum non ad omnem, vim pertinet, verum ad eos tantum qui vide possessionibus deiiciuntur, & solam atrocem vim, & ad eos qui de solo deiiciuntur vel de re solo coherent, vel de edificio, etiam sit a superficiaria insula quis deiectus fuerit, apparet hoc interdictū locum habere. Sed ad res mobiles non pertinet, ubi furti, uel ui bo. rap. actio competit. cetera uide in. l. præalleg.

Interdictum uti possidetis locum habet in rebus immobilibus scilicet si defundi uel edium possessione contenditur insti. eod. tit. §. sed interdicto. Nam ibidem in. §. retinēde dicitur. Et quia longe commodius est potius possidere quam petere, ideo plerunq; & fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Habet etiam locū in corporalibus, ut in quasi possessione, & datur possidente ciuiliter & naturaliter, uel etiam quasi possidenti gratia retinendi possessionis, & proponitur quoties inter litigato-

tigatores cõtentio est utrum possideant. quia alteruter magis sepossidere affirmat. Est autem hoc nomen vti possidetis proprie ad immobilia accommodatum, quia solum illa dicuntur proprie possideri, eo quod eis qui pedibus insistat, inde enim appellata est possessio, vt in lege prima. ff. de acquirenda possessione.

Interdictum vtrobi idem est cum interdicto vti possidetis, nisi qd' in hoc differunt, quia illud locum habet cum quæstio est de retinenda possessione rerum mobilium, vt ff. vtrobi. l. vnica. §. hoc interdictum. Sed vti possidetis locum habet cum quæstio est de retinenda possessione, rerum immobilium, vt supra dictum est. Et componitur secundum Azo. & Accur. in gl. j. l. præalle. ex vtrum & vbi & ponitur vbi pro apud & vtrum pro quem quasi si dicat prętor, apud quem est res mobilis, nec vi, nec clam nec præcario, ab aduersario tempore litis mote ei vim fieri vero quominus eum inducatis. Rite enim hoc nomẽ vtrobi, est ad mobilia introductum vel attributum Nam mobilia proprie dicuntur apud vel penes nos esse. vnde Accur. in gloss. vbi supra querit quare diuersa nomina dantur his interdictis? Et respõdet, quia immobilia proprie dicuntur possideri. Nam possessio dicitur quasi pedũ positio. ergo merito datur eis vti possidetis q̃ ad mobilia aptari nõ potest nisi hodie quando abusiue mobilia dicuntur possideri. Vel secundum alios dicitur interdum vtrobi propter verba solemnia olim in hoc iudicio vel edicto redita scilicet vtrobi. i. vtrũ ibi vel ibi fuerit possessio, vel alibi plures solemnitates circa hoc quę hodie non sunt in vsu fuere. Et hoc interdicto prætor iubet induci eũ in possessionem qui ex duobus potior fuerit & per maiorẽ partem anni possederit, secundum Accur. in glo. j. l. præallega. ff. eod. titu.

Interdictum de uxore ducenda marito, datur marito aduersus eũ qui dolo eam obtinet sine voluntate mariti, licet ipsa volente. §. eo. ti. l. j. Alia interdicta patent & exponuntur suis verbis inclusis.

Interdictum & cessatio quomodo differant, paret, quia per interdicta prohibetur administratio sacramentorum paucis exceptis, quod tamen non fit per cessationẽm, in qua solum cessatur a diuinorum solemnitate.

Interpretatio est multiplex, vt ca. primo de posthu. prælato. noua. Et quando interpretatio fieri debeat in obscuris, habetur extra de sponsa. cap. ex literis. i. & ff. de pa. l. veteribus. & vide gloss. bonam in regula contra eum de reg. iur. li. 6. quæ declarat si obscuritas ponitur in vltimis voluntatibus, & cõuentionibus factis in iudicio in confessionibus in contractibus pactis vel sententiis sub distinguẽdo singula. Itẽ interpretatio iuris prorogatur ratione fauoris, vt si cui indultum si retinere beneficia vacantia in sua ecclesia, & fructus eorum percipere, extenditur nomen beneficij per interpretationẽ ad prębendas & beneficia maiora ca. tua nobis. de verbo. signi. Similiter si quis legat vina, interpretamur & vasa vinaria legata. ff. de vi tri. & ole. leg. l. si cui. §. si vnum. ff. de pen. leg. l. j. §. ult. l. qui penum. & l. namq; & quibus legatis, vinaria debentur. ff. de pe. le. l. qui penum. §. fi. Itẽ ratione generalitas cũ quis obligat bona sua, futura

futura bona intelligitur obligare. C. quæ res pigno.oblig.possunt l. vlti. Item quando arctatur iuris interpretatio, ut in procuratione exigenda,ne subiecti grauantur, ut in capit.quanto de censi. Item vt exactionis & auaritie,not. uite tur.de censi.ex parte. Idem odii ratione,vt cum decime laico con ceduntur in feudum capitulo cũ in apostolica. de his quæ fiunt a præla.sine consensu cap.

Interpretatio triplex est,quædam pro babilis & non necessaria, vt magi stri.l. vnica. C. de profess. qui in vrbe constanti.Quædam est neces saria & non generalis,vt iudicis l, nam vt ait.ff.de leg. Quædam est probabilis necessaria & generalis sed non in scriptis redigenda, vt sunt consuetudines l. si de interpretatione.ff.de legi.& ca.abbate extra de verbo signi.

Interpretatio plena fit in contractibus.in testamentis plenior in beneficijs plenissima.Panor.in cap. cum dilecti.in 4. not.de dona.

Interlocutoria sententia. require infra sententia. Sed vtrum sententia interlocutoria transeant in rẽ iudicatam,vide ca.cum cessante, de appel.Et sufficit eam esse scriptam in actis,licet non feratur in scriptis.vt est gl.in verbo interlo cutiones c.quoniam contra de ꝓ ba.Et breuiter est omne verbum iudicis faciens ad causam &c. & no.in c.cũ olim.de test.& in auth. de litigio.§. ad excludendas. col. 7.& l.j.ff.de re iud.

Intestatus dicitur qui omnino non facit testamentum,vel si fecerit, non rite, & postea rupit ex certis causis, vel si ex isto testamento nemo sit heres.institu.de hæredi. quæ ab intest.defe.in princ.

Intronizatio est alicuius in suam dignitatem vel suum thronum introductio vel inuestitura.

Intrusus dicitur ille qui est positus auctoritate superioris non habentis potestatem conferendi. Do. de sanc.Gemi.in c.propter 19.distin. in vlti.col.Adde ꝙ non habens ali quem colorẽ in beneficio dicitur intrusus,& qui habet sine auctori tate superioris, & qui est depositus a beneficio,& remanet in eo, itẽ ille qui est electus & ministrat ante confirmationem,vt in c.2.de rest.in inte.& ibi Abb.in colum.j. Item est intrusus qui commisit crimen depositione dignum.glos. 2. in c.cum super.de causa pos. & proprie.Item intrusus dicitur qui habet beneficium ablatum alteri iniuste c.tanta de excess. prela. & de hac materia. vide late Fel. in ca.veniens.de accu, versicul. not. quod intrusus.

Intrusus in beneficio dicitur ille qui sine auctoritate illius ad quẽ spectat collatio illud tenet in c.quia diuersitatem,vbi Panor. in 2.not. de concess. præben.

Inuestitura est alicuius in suum ius introductio, & est proprie possessio.Sed abusiue dicitur inuestitura quando dominus hastã vel aliquid corporeum præbet vasallo, dicens se per hoc facere inuestitu ram.vt in li.feu.in.ti.quid inuesti tu.Olim autẽ dicebatur de prouisione qua imperator per vrbem Romanam inuestituit archiepisco pos & episcopos per annulum & baculũ.Require supra Instituere.

Incertas regiones fundum diuidi, est in partes determinatas diuidi.

Inuolare .i.furari a uola dictũ, quod malum significat. unde in medio rendi uix est uola plena sciendi. idest in medio opinionis uix est plena manus scientie.

Et ira apud Calliſtratum accipitur. ff.de incendio rui. naufra.l.expugnantur,cum vela conſcinduntur, aut authore inuolantur de mari.

Inualeſcere id eſt,valde volere & creſcere & abundare.

Inuentarium dicitur libellus quidã in quo omnia bona hereditaria q̃ apud aliquem inueniuntur, cõſcribuntur,& omnia in illo libello cõtinentur.vt ſciatur quantũ eo tempore vel die quo ſcribebantur, in bonis ſuis continebatur.Et tutum eſt heredi quòd faciat,quia ſi fecerit vltra vires hereditatis non poteſt onerari, ſi non fecerit, omnibus legatarijs legata reſtituere oportet, & cogetur etiam ſi excedatvites & facultates hereditatis. Etiam poteſt fieri in alijs factis nedum in rebus hereditarijs.Eſt etiã inuentarium quoddam genus inſtrumentorum.Et licet per teſtes poſſit probari cõtrariũ eius quod in inſtrumento publico cõtinetur ſcilicet quando teſtes improbãtes ipſum in binario numero excedũt munerum teſtium cum tabellione ſubſcripturum tabellione ꝑ duobus computato(debẽt enim in tot excedere quot per ſe facerent plenam probationem ſcilicet in duobus cap.cum Ioannes.de fid.inſtr. tamen inuentarium nõ improbantur per teſtes, propter nimiã eius ſolennitatem.C.ar.tu.l.vlt.& Goffre.de proba.§.ſed quæritur.cum ſeq.not.in l.fin.C.vnde leg.de herede.qui non facit inuentariũ.Breuiter not.quòd inuentariũ eſt ſcriptura quam heres inchoare debet intra tres dies poſt mortem teſtatoris,vel poſtquam ſcit ſe inſtitutum heredem, & ibi ſcribere omnes res defuncti ſub teſtibus,eamque perficere intra 40.dies, vel in annum ſi res ſint remote, & tunc non tenebitur creditoribus vltra illud quod inuentum fuerit in hereditate. Si autem non fecerit inuentarium, tenetur inſolidum.

Et pro hoc vide in glo.inſtit.de heredum conti.l.ſed noſtra.

DE I ANTE O.

Iota neutri generis 15.diſt.cap.vlti. vbi ſcripta beati Augu.& aliorum ſanctorum patrum iubentur teneri vſque ad vnum Iota.

DE I ANTE P.

Ipſa de hoc relatiuo vide Ioan'. and. in quęſtione poſita ſuper reg.contra eum &c.in 2.articu.de regulis iuris lib.6.

Ipſe id eſt, ego.ff.quod met.cauſa.l. metum autem.§.ſed licet.

Iperbolica locutio eſt exceſſus, ueritatis,vt Erigidius glacie pectus amantis erat.Ouid.in epi.

Hyperbolica rectius ſcribas.

DE I ANTE R.

Irregularitas eſt nota ſine impedimentum canonicum ex facto ſiue de facto proueniens, quo quis ad eccleſiaſticos ordines promoueri, & iam promotus in eis miniſtrare prohibetur, & degradari ſiue deponi quãdoque mercetur.Vel ſic. Eſt habilitas quædam canonica ꝑ quam quis efficitur inhabilis ad ordines ſuſcipiendum. Et dicitur ab in.i.non, mutando n in r & regula, quia non poteſt exigere regulas ab apoſtolis & alijs ſummis põtificibus.

Irregularis quis non eſt ex ſola voluntate.Panor.in cap.ſi aliquis.in fin.de homi.

Irrogare id eſt inferre, vnde dicitur crimen vel damnum irrogat infamiam vel mortem id eſt,infert.C. ex quib.cau.infra.irro.in rubrica.

Irronea eſt cum quis minora de ſe dicit quàm ſint ẽt eſt quod ꝑ deriſionem

nem id eſt per contrarium dicitur & ſic eſt figura de qua, & multis alijs vide gl.bonam in c. forus. de verbor. ſigni.

Irrepete.i.latenter inualeſcere.

Irenarche dicuntur qui diſcipline publice & corrigendis morib. præficiuntur,vt milites qui vadunt per quirere latrones. Et dicuntur qua ſi arcentes iram vel quia ire ſumẽ de in turbatores publice pacis gerunt monarchiam, ſecũdum quod accipitur.C. de irenarchis libr.10.

Imo vero irenarcha dictio greca eſt, cõpoſita ab eirene, quod eſt pars, & archor princeps,quaſi dicas pacificatorem ſiue pacis conciliatorem,ſeu qui ſedandis ſeditionibus electus ſit.

DE I ANTE T.

Itaque not. Io.Cal.in commen. decr. capit.poſt ceſſionem, de reprobationibus.

Iter eſt ius eundi vel ambulandi hominis,ſiue homo eat ſolus, ſiue vehatur ſella vel lectica, vel in equo vel in quouis animali. Seorſum, vero non poteſt iumentum ſecum agere, vel vehiculum ducere,qui iter tãtum habet. Quandoque tamen iter dicitur vulgariter ipſum ſolum per quod itur,vel tramites vel calles tranſeunt,ita ꝙ qui actum habet, habet iter & cõmoditatem itineris, & non ecõuerſo. vide infra de via.vt inſt.de ſerui.in princ.

Iterato quid importat no.Archid.11 q.3.c.non vero.

Iterum hæc dictio ſecundum ſuum proprium ſignificatum denotat actum geminatum.quod not. pro ſtatutis permittẽtibus aliqui iterari. vel punientibus facientem aliquid iterum. habet enim locum ſtatutum in geminante actũ quandoque ex natura actus cui adijcitur, exponitur id eſt quoties opus fuerit glo.& ibi doct.in ca.ſua nobis.de appel.& Ange.Are.in proe. inſti.in ver.quorum & docto.in l. veluti.& l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem ff.de legat.3.vbi ſi teſtator legat decem titio,& ſi perdiderit, iterum legat, non intelligitur vltra duas præſtationes quod facit ad quæſtionem quando arbitro datur poteſtas prorogandi compromiſſum ſemel & iterum.non enim intelligitur in infinitũ ſed ꝙ duabus vicibus tantum ſecundũ Bald. in d.cap.ſua nobis.in fi.facit quod not.in l.ſi finita.ff.de damno infe. vbi plene per docto.

Iterum not.Bar.in cap.ſua nobis de appellat.in gloſſ.

Item hæc dictio ex ſuo ſignificato ſignificat adiectionem, coniunctionem, ſeu continuationem.de qua Bartol.de public. & vectigal. l.in princi.Eſt etiam repetitiua ſeu repetitionis ſignificatiua. Repetit autem alia quorum repetitionem ſignificare cõcludit quodlibet medium probabileverbi gratia teſtator dicit, lego titio fundum ſeianum ſub conditione. Item fundum ſeianum heres meus dare damnas eſtu, intelligitur ſub eadem conditione. vt l.in repetendis.ff.de lega.tertio & ſumitur ſignificatum ex dictione item, & ex oratione ſequente quæ eſt declaratiua pręcedentis. Et idem dic in die vel in alia qualitate poſita in oratione pręcedenti quia reperitur & in ſequenti. Item ibi teſtator dicit lego titio fundum ſeianũ ſub conditione, & poſt ex interuallo dicit.Item fundum ſeianum titio lego, hoc caſu legatũ valet & videtur primum reuocatũ, nec videtur repetitio conditionis, vt l.non ad ea ibi cum dicit. ſi prius

sub conditione. ff.de condi. & demonstr.quia hæc disputatio debet adhere & operari quod non fieret si conditio repeteretur,& ideo testator videtur conditione recessisse,& pure legare voluisse. Item ibi testator pluribus legatis factis filium heredem instituit. & adiecit quod si ipsi filius absq; liberis decesserit,relinquo,titio centum, item relinquo titio domum, item relinquo sempronio fundum. Prædicta conditio si decesserit intelligitur repetita in duobus sequentibus legatis , & sic obtinet in tribus prædictis legatis , quia sumitur significatum ex legatis pure prius factis , & ex significato conditionis. Nam ex conditione significatur quod testator non vult plus grauare filium si nupserit, sed vult grauare in sequentibus sub illa conditione si decesserit. facit l.si ita scriptum. ff.de libe.& postgu.

Itidem.i.similiter.C.de emanci.li.l. pen.de iniur l.fi. Aliquando id est tantundem. C.de appell.l.quoniã iudex.

Itinerarche dicuntur itineris custodes.a verbo eo is & archos græce .i.princeps latine,hoc nomen trahentes,quia ad pronuntiatum tutelam per singula loca pacis & quietis faciunt stare custodiam l. j.C.de custo.reo.

DE I ANTE V.

Iudei dicuntur qui mosaicam legem ad literam imitantes.tenent se circuncidendo,& alia legalia faciendo.Et dicuntur a nomine dignioris tribus, scilicet iude , quæ inter alias tribus bellicosior erat , & in bellis primam aciem & regni vel regis priuilegium obtinebat, cum quibus Christiani non debẽt manducare nec bibere , nec balneari,aut medicinam eorum percipere.28.q.j.nullus. & c.sequ. & dicit Bart.bri.Cum eis loquimur, ratio quia maior familiaritas est in cibis quam in colloquio , & facilius quis decipitur inter epulas 20.q.4. vnusquisque. Dant enim nobis eandem retributionem quã damus in pera.serpens in gremio, & ignis in anu. c. & si iudeus. de iude.& sarra. Item iudeus non potest esse doctor neque tabellio. l. fin.C.de iud. l. generaliter. §.eos qui iudaicam. ff. de decurio. 54. dist. nulla. Sed quid de eo qui factus est Christianus. Videtur admittẽdus,quia cessante causa &c. Ludou. de Roma. in singularibus suis dicit contrarium.nam tex.eo. secundum verum intellectum gl. j.c.constituit. 17. q. 9. licet.sint, neophyti.i.nouitur facti Christiani,prohibentur officiis,ecclesiasticis,ergo & a temporalibus,sed nõ sequitur.quia alia est ratio in vno quam in alio. Si diceres quare iudei puniuntur,cum Christus omnino passurus erat. Solu. in. c. ne legentes.24.q.5.quia non fecerũt ob finem boni , sed causa vindicte & inuidie.

Iudeus conuersus ad fidem debet habere omnia bona , nisi sint quæsita per vsurariam prauitatem.glo. est no.iuncto text.c.iudei.de conse.dist.4.quam glo. dicit esse not. Panor.in ca.ex literis.circa fin.de conuer.infide.

Iudex dicitur quasi ius dicens populo siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare.Non est ergo iudex, scilicet bonus,si non est in eo iustitia , vt in c.forus.§.in omni quoq; negotio. de verbo.sign. Et iudex est qui ex iurisdictione propria aut sibi delegata & commissa ius habet super causas

causas litigiorum vel litigatorum cognoscendi,& qui ex propria iurisdictione illud habet dicitur iudex ordinarius sed qui ex delegata,dicitur delegatus & extraordinarius.

Iudex ordinarius est ille qui habet potestatem iudicandi a se iure suo hoc.est eo ipso quòd est talis , vt episcopus balliuus, præsens prouincie & consimiles.

Iudex delegatus est ille qui habet potestatem de causa aliqua cognoscendi ab aliquo sibi commissam qui etiam dicitur iudex extraordinarius.

Iudex competens dicitur qui cause iurisdictionem habet cum exercitio dato quod per exceptionem posit elidi, siue exceptio contingat personam , vt quia suspectus, siue iurisdictionem vt quia rescriptum surreptitium, vt est glos.in cle.cum lite.vt lite pendente.

Iudex incompetens est in quem licet consenserimus,id tamen quod ab eo statutum est, firmitatem nõ habet iudicati , vel quia ipse nullam iurisdictionem habebat, vel quia interuenit error in adducendo vel adeundo ipsum , vel quia vi compulsus sum in eum consentire.

Iudex compromissarius,Require supra arbiter.

Iudices pedaneis dicuntur illi quorum officium est de minutis causis & infimis cognoscere inutilib. vel vilibus. licet ordinarij dicuntur a pede que est extrema pars corporis.Maiores vero causas debent & tenentur maioribus referre.cum ipsi per se non possint terminare.C.de pe.iu.l.2.

Iudices chartularij erant olim qui ab Imperatore priuilegiati erant, vt qui vellent coram eis litigare possent, sed ipsi non poterãt cogere aliquem ad litigandum coram eis.Et dicuntur etiam hodie iudices ordinarij creati a comite Palatino qui non habent administrationem nisi habitu, vt not. in l.j. ff.de iud.& l.fi.C.vbi & apud quẽ cog.in integ.rest.agitam sit.

Iudices domestici.Require supra domestici & assessores.

Iudicem delegare est vice sua alium de causa cogniturum constituere. & no.q̃ iudex debet esse bonus & grauis,ideo quia sicut mulier impregnata est grauis & tarda in eũdo, sic iudex tardo passu ire debet morigerare & nõ currere vt ribaldus. Etiã iudex debet esse bonus ideo quia debet iudicare gratis. non.n.licet vendere iustum. iudicium etiam seculare. Potest tamẽ si indiget, expensas moderatas petere,& recipere de vi.& hone.cle. cum ab omni.&.14.q.5. non sane. Non ideo debet iudex vendere iustum iudicium,& testes verum testimonium quia vẽdit aduocatus iustum patrocinium, iurisperitus verum cõsilium.Et subditur ratio ibi. Illi enim inter vtrãq; partur. isti ex vna parte cõsistunt. Nemo tamen de suis cogitur facere beneficium.11.q.3.non licet. &.10. q. 2.præcarie.Et si iudex potest opera locare & pro dãdis cõsiliis quæ sine labore, per legendo libros,allegationes querendo fieri nõ possunt , aliquid recipere potest, vt modica xenia , quæ inter lucra nõ computantur,vt l.solet.§.vltimo. ff.de offi.procon. Nec debent illa xenia in anno centum aureos excedere.l.eadem.in fin. ff. ad l.Iul. repetũ. & hoc maxime de iudice delegato.Sed iudex ordinarius nõ potest petere expensas cum sint ei certi redditus constit. 24. q. j.

militare.

militare. Et iudex in causis decidendis debet sequi cõmunem opinionem, non singula est alicuius doct.l.qui solidum, §. etiam. ff.de leg.2.vbi.n. sequitur communem opin.etiam si male iudicauerit excusabitur in syndicatu.inst. de ob. quę ex quasi delic. in princ.etiam iurisperitus ex verbis senum rusticorum argumentatur l. si chorus. §.j.ff.de leg.3.

Iudicium hæc dictio multipliciter significat. Primo modo idē est quod casus fortuitus vt dicitur hoc de meo iudicio venit. Secundo est descriptio vt dicendo in pueris non est iudicium facit insti. qui.nō est permis.fa.test.§.preter ea. Tertio est actio. vt cum dicitur iudicium famil.herci.ff.de iudi.l.in familie. Quarto est vltima voluntas testatoris. Quinto est iudicium vel sententia iudicis l.j.C.de re iudi. Sexto ponitur pro examinatiõe vel deliberatione. Septimo authoritate. 43. dist.cap.2. Octauo quandoque propona. l. dic. expurgabat. Nono capitur per instantia vel ordinatione cause discutiende in iure coram iudic. sic sumitur. in tit. de iudi.l.properandum. §.j. C.de iudi.& ff. eo. tit. l.proponebatur. & in hac significatione diffinitur sic. Iudicium est actus legitimus trium personarum, scilicet iudicis,actoris,& rei super talem questionem,aut super eodem. Iudicio contractus.de verb.signi. forus in gl. Et dicitur iudicium quasi iurisdictio, ibidem. & secundum Goffr. describitur sicut arbitrium, exceptis his. Primo quod iudicium est de ciuili, & criminali sed arbitrium de ciuili tantum. Secundo quod iudicium necessario, arbitrium vero voluntarie subditur,& prius inquisitio vocabatur vnde secundum Cardinalem. Iudicium est inuestigatio quam secundum iuris ordinem facit iudex per varios modos ad veritatem eliciendam,& elicitam custodiendam. vt.30. q. 5. iudicantem oportet. Et quod dicitur actus trium personarum, intelligitur vere vel ficte seu representatiue, quia in notoriis fama representat actorem, & fingitur accusator. Item secundum Gof. iudicium finitur quatuor modis. Primo tempore,vt causa criminalis biennio. C. vt infra certum temp. cau. criter.per tot.Cetere.triennio. C de iud. properandum. Secundo sententia, quia iudicium quem accipit ex re iudicata. cap. iudicium. de re iud. Tertio prohibitione. Et quarto status mutatione, quia iudicium soluitur vetante eo qui iudicare iussit,vel eo qui maius imperium in eadem iurisdictione habet, vel si ipse iudex eiusdem imperij, esse ceperit cuius est qui iudicare iussit.ff eo.titu. l.iudicium vide Goff.de offi. ord.§.finitur.& hic in summa de iudi. Item diffinitur. Est discussio cause coram iudice.preallega.capit.forus.ibi,dum discutitur iudicium. Et not.quod proprie ante lit. contesta. non est iudicium quia nulla cause discussio.l.j.C.eo.tit.hoc respectu cause nō autem respectu aliorum actuū iudicialium, vt sunt examinatio partium & confessio. cetera quæ bene fiunt ante lit. contesta. imo quādoq; iudicium capitur pro eo quod procedit sententiam.vt in c. in iudicis.de reg.iu.lib vj. Et non debet claudicare iudicium.& qualiter hoc contingat.vide in c.cum inter.de excep.

Iudicium contradictorium dicitur si dicerem hoc esse consuetudinem,

& tu

& tu aduersarius meus diceres nõ esse consuetudinem, vt in c. abbate in gl.fi.de verb.sig. Et iudici maioris standum est generaliter, nisi in casibus in gl.super verbo plures c.pastoralis.de rescrip.

Iudicia capitalis sunt quibus caput eximitur in ciuitate more vel exilio.de his vide insti.de publi.iudi. §.publicorum.

Iudicia publica sunt de publicis causis,& dicũtur quasi populica.quia cuilibet de populo commissa est executio &contra crimen lesę.maiestatis,in quo omnes de populo possunt accusare. Quandoq; iudicium publicum dicitur iudicium quod intenditur a crimine de hoc insti.de publi.iudi.in princ.

Iudicia priuata sunt quæ ciuiliter tractantur siue intentantur. Item de multiplici iudicio.s. authoritatis, ministerii approbationis.&c.not. Archi.l.v.dis.percepta.& gl.super regu.in iudiciis de re iud. lib.6. Tangit aliqualiter Archi.2.q.j. sicut.Et secundum Ant.de but. diuiditur tripliciter. primo ratione materie,secũdo ratione forme,tertio ratione quantitatis. Vnde ratione materie duplex est iudicium, aut temporale aut spirituale vel aut ciuile, aut criminale. Vnde semper dicitur iudicium criminale quando finis tendit ad commodum reip. vt fisci. &c. siue pœna sic corporali,siue pecuniaria. Sed dicitur ciuile dum finis tendit ad commodum patris gl.not.in l.prætor in prin.ff.de sepulc.vio.& fuit opinio Inno.in c.qualiter & quando.2.de accu.& doc. in c.j.de iud. Secundo ratione forme iterum duplex est iudicium.s. ordinarium. Tertio ratione quantitatis duplex est,scilicet vniuersale & generale, quæ etiam differunt de hoc plene in c.2.de libel. obla. Item iudiciũ triplex reperitur, primum inter sanguinem,secundum inter leprã, tertium inter causam, ut in c. per venerabilem qui fi.sint le.ẽt iudicium humanum quatuor peruerte re solent.scilicet fauor ordiũ præmium timor,vt in capitulo primo de re iudica.libro 6. quæstione 3. c. quatuor.

Iuramentum est affirmatio vel negotium sacre rei assertione, uel attestatione firmata, secundum Goffr. vel adhibita religione secundum Placen. Et est triplex,videlicet,voluntarium cum fit extra iudicium necessarium,& iudiciale,vt no.gl. inst.de act.§. item si quis. Et iuramentum dicitur species probationis quædam.

Iuramentum assertorium,est cũ iuratur de presenti vel de præterito sic esse uel non esse,fuisse uel non fuisse. Sed iuramentum promissoriũ est quando iuratur de futuro aliquid damnaturum vel facturum. Aliquando etiam iuratur per execrationem. vt si hoc non fecero, hoc accidat mihi uel filiis meis,huiusmodi. Ponitur ergo triplex iuramentum, scilicet promissorum, assertorium & confirmatorium, secundum Hostien.in summ.de iure iur.& Bar.in l.si quis eo. ff.de fide instru.& 22.q.2. per totum.& habetur.li.3.senten.distin.31.De primo.in c.debitores.in c.quintaualis.& c.veniens de iureiur. De secundo in c.fi.eo.ti. De tertio in c. cum contingit.eo.ti. Et iuramentum vergit sex modis in peiorem exitum,vt no.Archi.22.q.3. si aliquem. Et debet iuramentum habere tres comites, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam, & c. si Christus de iureiuran. & capitu. animaduertendum.22. quęstio. 2.

Et

Et hier.iiij.vbi dicitur. Et iurabũt in ueritate iuſtitia & iudicio. Et iuramentum non extenditur ad illicitum mandatum ca.quintauallis, & c.ueniens eo.tit.immo præſtans recipiens iuramentum contra canones punitur,ut no.in glo. pœnã c.grauis, de ſenſi. alias iuramentũ eſt ſeruandum niſi fiat diſpendium anime,uel per ſuperiorem abſoluatur ca.ſi uero eodem titu.

Iuramentum calumnie eſt cum quis iurat ſe bona fide & non animo calumniandi agere uel reſpondere, nec egiſſe,uel reſpondiſſe, unde illud.Illud iuretur ꝙ lis ſibi iuſta uidetur. Et ſi queretur uerum non inficietur.Nil promitetur, nec falſa probatio detur. Vt lis tradetur, dilatio nulla petetur c.j. de iura. calum.in glo. 4.

Iuſiurandum quamuis competẽtius poſſet dici factum iuramentũ, uel factum in ratum eo quòd ſuper facto iuratur,uel iuſiurandum,eo ꝙ ſuper iure quod iuranti competit iuratur quaſi ius iuratum, placuit tamen ut factum dicatur ius, quia ſuper facto iuris iuratur, adiicitur iurandum quia illud debet eſſe iuratum quod antea fuerat iurandum, relatione facta non ad id quod fit, ſed ad id quod fieri conuenit.l.ius pluribus.ff.de iuſt.& iure.uel ut dicit Azo.forte ius ponitur pro religione,quaſi diceret.ius iurandũ.i.religione firmanda. Vnde iuſiurandum idem eſt quod iuramentum factum,& dicitur quandoque conuentionale, quandoque iudiciale,& neceſſarium. Conuẽtionale, eſt quando a te peto aliquid, & tu negas tamen deferas iuramentum ut iurẽ.ſi.n.in hoc caſu iuro,uocatur iuſiurandũ cõuentionale & uoluntarium, quia extra iudicium conuentione, & uoluntate partium abſque alia coactione iudicis præſtatur.Iuſiurandum iudiciale, & neceſſarium eſt cum in caſu primo iuro quod mihi debetur, quod peto.ſ.iudice in iudicio mihi conferente ut iurẽ. Ex hoc autem iuramento donatur actio ei qui dũ peteret rem ſuam delegato ſibi ab aduerſario iuramento uel a iudice ſuam eſſe rem illa iurauit, ab ipſo enim tunc peteret rem ſuam actione in factum quæ oritur ex tali iuramento. Et dicit Goffr. quòd duplex eſt iuſiurandum ſcilicet aſſertorium,& promiſſorium, & aſſertorium triplex eſt.ſ. uoluntarium, ut eſt conuentionale.ff.eod. titu.l. iuſiurandum. Neceſſarium quod neceſſitate a iudice impoſita' defertur,uel ſuſcipitur,& non poteſt recuſari niſi ex iuſta cauſa.ut ff.de iureiur.l.mandante. Et iudiciale quod in iudicio defertur, uel refertur a parte parti.quod non eſt neceſſariũ ſubire', immo delatum recuſari poteſt hodie,licet olim non potuit recuſari, ſed referri. unde uide gloſſ. in capitu. fina.de iureiurando.

Iurati,dicuntur conſiliarii uel anciani,uel priores qui regunt uniuerſitatem.& dicuntur a iuramento qđ præſtant,ut eorum officium fideliter exequentur. & ſic uniuerſitas quandoq; habet ſuos præſidentes, qui diuerſis nominibus appellantur ſecundum loci conſuetudinem uide no.per Abb.in c.fi.in prin. de procu.

Iuriſditio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi uel equitatis ſtatuende, ſecundum Azon.& dicitur a noĩbus ius & dictio.i.poteſtas.Hæc autem quandoq; eſt ordinaria, quandoq; delegata. Itẽ alia eſt plena.ſ.ſolius principis.Alia aũt ſemiplena, alio-

rum

rū uidelicet a principe. De hoc ui de Spec.eo.ti.C.eo.l.3. Nota qđ quatuor dant iurisditionem ordinariam.Primo lex inanimata uel canon,& hoc in dubio,secus si apparet velle dare delegatam.Secūdo lex animata, scilicet papa uel imperator.& non inferior nisi episcopus suo uicario.Tertio consuetudo.Quarto uniuersitas approbata,ut mercatorū cerdonū,& aliorū artificū qui possunt de suo corpore creare & eligere iudicē ordinariū.Similiter uniuersitas facultatum artium vel iuristarū.de hoc no.circa c. cum ab ecclesiarum. de of.ordi. Et iurisditio prout est genus diuiditur in merum imperium,mixtum imperium, & simplicem iurisditionem. de quibus in litera M.require.

Iuridicus est qui iura dicit secundum Isido.li.11.etymo.

Iurisprudentia est diuinarum & humanarum rerum notitia,iusti atq; iniusti scientia. iusti.s.ad faciendum, iniusti ad euitandum, quia non sufficit scire quid sit iustū vel iniustū,nisi & ipsarum rerū cōtrariū vel corporalium habeat quis notitiā secundū quā secundum varias cōditiones uaria iura sunt statuēda.inst.de iusti.& iure.in prin.

Iurisperitus non præsumitur decipi. Panor.in c.super de regula.

Iure proprio dicitur aliqua res vendi in instrumento venditionis, quando proprietas transfertur in ementem.

Iurgium dicitur quasi iurgis garriū eo quod hi qui causam dicunt, iure disceptāt c.forus.extra de ver. sig.arg. quod iurgia non pertinēt ad presbyteros,quia nō tenentur esse iurisperiti 38.distin.quia ipsi. nec possunt aduocare nisi in certis casibus.docto.c.fi.

Iustitia est constans & perpetua voluntas in suū vnicuiq; tribuens, non quantum ad actum,sed quantum ad effectum inst. de iust.& iure in.rubro & nigro. Iustitia.n. est animi dispositio,vt mētis affectus qua quis dicitur iustus(vt grāmatica grāmaticus) dū sine ꝑsonarū acceptione vel distinctione vult cuilibet (quantū in se est) ius suū tribuere. Et quot modis dicatur iustitia,no.Arch.24.q.j.c.vbi sana fides. nam dicit ibi. Iustitia est equitas tolerandi inopiam,& tēperantiam habere in abundantiam. Item est patriā & socios defendere,quia vera iustitia compassionē habet,& non exodio, sed bono zelo exercenda &c. vt ibidem. Item iustitia sic describitur.Est habitus bonus tribuens cuiq; suam dignitatem,deo religionem, parentib. obedientiam,maioribus reuerentiam, partibus concordiam,minoribus disciplinam sibiipsi castimoniam,&pauperibus seu miseris cōpassionem operosam. Dicit ergo Tullius quòd iustitia est habitus animi,cōi,vtilitate seruata.suāvni cuiq; tribuens dignitatem. Et Plato dicit qđ iustitia est virtus quæ plurimum potest in his quæ minimū possunt. Item sic est animi cū graua dispositio in singulis rebus recte diiudicans,causas vide glo. insti.vbi supra. Vbi etiam dicitur quod iustitia est mater iuris.

Ius habet plura significata.Primo.i. rigor l.j.C.de legiti.& talis rigor iuris in ecclesiasticis negotiis nō est seruandus,sed sola equitas c.interposita de appel.Secundo, id est verborum cōceptio,ut cum decimus ꝙ in stipulationibus uersatur ius,ut l.si unus §.pactꝰ ne peteret ff.de pac. Tertio.i.rectum uel iustū quod deriuat a iustitia.Quar-

to id est aqua pinguis. Quinto capitur per toto corpore iuris. Alia plura significata ponit Ioan. And. de re. iur. in princ. libr. 6. breuiter ius significat quòd subiecta materia vel vsus communis id recipiendi in tali loco in quo profertur significare declarat. Vnde ius est nomen generale, & lex iuris species, & dicitur ius quasi iustum id est dist. ius autem, & secũdum Isi. lib. 5. etymo. Omne autem ius legibus & moribus constat secundũ Isid. vbi supra c. 2. Et diffinitur sic ius est ars boni & equi, cuius merito, quos nos sacerdotes appellati, sua iura cuilibet ministrãtes ff. de iust. & iur. l. j. 2. responso. Hoc est dicere quòd iustitia ẽ collectio legitimorum præceptorum quæ arctant nos ad obseruandum bonũ & equum. i. vtilitatem & equitatẽ seu veritatem. Quamuis. n. vsucapio contra equitatem videatur introducta, tñ subtili consideratione maxime inititur equitati, cũ præcipue equum sit quod publice vtilitati deseruit. Vel dicitur quod in vsucapione vel præscriptione ex cã & pro bono publico inducitur quandoq; rigor contra naturalem equitatem, vt dicitur in gl. j. dist. ius aũt vbi datur quandoque ius quod non est iustum vel equum, vt ibi exempla plura. Dicitur aũt ius a iustitia. Et aliter sic diffinitur. Ius est præceptũ sub ordinatio principalis seu domini circa subditos quantum ad ea quæ possunt subesse potestati subditorum Talis aut vel est deus, & tunc dicitur ius diuinũ. vel est natura, & tũc dicitur ius naturale. Vel est homo & tũc dicitur ius humanũ qđ regi [illegible] duob. vt in principio decre. Et [illegible] đm triplicem gradũ summorum distinctum est triplixius, s. ius diuinum, quod est præceptum seu ordinatio diuina, & ius naturale, & ciuile dicitur. Etiam aliquando ius angustiosus, aliquãdo iniquũ, vt inst. de sena. ter. & in gl. §. j.

Ius naturale est quod commune omni nationi eo quod vbiq; instinctu nature habetur, non aliqua constitutione facta ab homine, sed ab ipso nature conditore, vt maris & fœminæ coniunctio, liberorum succession. s. in bonis parentum, vel etiam per carnis propagationem, non per hęreditatem, quia illa succession non est naturalis vt est glo. super ver. succession. dist. j. c. ius autem, vbi ponitur hæc diffinitio. puerorũ educatio, cõmunis oĩum possessio (quia iure naturali oĩa sunt cõia. i. communicanda tẽpore necessitatis c. sicut 47. dist.) & omniũ vno libertas, acquisitio eorum quæ in cœlo terra mariq; capiũtur (gl. dicit. Hæc. n. & alia quæ in nullius boni. sunt, cedunt occupanti, id est concedun tur.) Item rei depositi vel pecunie cõmodate restitntio, violentie per vim repulsio. Nam hoc & si quid huic simile est nunquã iniustum, sed naturale equumq; habetur secundũ Isi. li. 5. c. 4. Et est tex. totius c. ius autẽ dist. i. & ibi vide gl. huius diffinitionis. Itẽ ius naturale est qđ in lege & euangelio continetur quod quos iubetur alteri facere quod sibi vult fieri, & prohibetur alteri inferre quod sibi nolit fieri dist. j. in prin. & l. dist. ponderet (alias cõsideret) in prin. & in aut. vt cũ de appel. cog. §. certum c. dilecti. de maio. & obe. Vnde. Quod tibi vis fieri. mihi fac, quod non tibi noli. Si potest in terris viuere iure poli. vel aliter. Ius naturale dicitur vno modo motus est instinctu nature proueniẽs quo singula animalia

lia ad aliquid faciendum inducun tur. Eſt enim debitum quoddam qu od natura cuilibet repreſentat, & hoc debitum ſecundum Iſid. commune eſt omni nationi, eo quod inſtinctu nature vel naturali conditione vbiquc habetur, & non ex conſtitutione aliqui facta ab homiue. Item ius naturale dici tur inſtinctus nature ex ratione proueniens. Et ſecundum hoc ius omnia dicuntur communia id eſt communicanda, vt ſupra dicitur. Item ius commune dicitur induſtria hominum ſtatutum. Item ius naturale dicitur equiſſimum. Itē præcepta naturalia, ſunt quæ in le ge & euangelio continentur vt non furtum facies non mechaberis ſed quod tibi vis &c.c. præall. Ius autem naturale in gl. vbi prima deſcriptio data eſt ſecundum motum ſenſualitatis. Alie autem ſecundum motum rationis. Item ius naturale ſecūdum gl.j.inſt. de iur.natura.gentium & ciui.poteſt dici quatuor modis. Vno modo ius gentium inſt.de re.diui.§. ſingulorum. Secundo ius pactorū. ff. de pac.l.j. Tertio ius contrariū.ſ. quod reſcindit pacta vt reſtitutio minoris ff.de minori l.j. Quarto ꝓp inſtinctu nature. vt quod in lege moſaica, vel euangelio cōtinetur Itē ius naturale in quatuor differt ab aliis iurib.ſ. in origine, in dignitate, in amplitudine, & ſentē tie rigore, vt declarat gl.j.diſt.5. nā cepit ab exordio naturalis creature, & nullam patitur immutationem, & ſibi omnia cōmunia ſunt, nec contra ipſum fit diſpenſatio, ſed de alis iuribus ſecus, ut ibi.

Ius ciuile inuenīt accipi diuerſimode, vt d.j.c. ius naturale. Ciuile autem vno modo eſt quodquiſq; populus vel queq; ciuitas ſibi proprium diuina humanaq; cauſa cō ſtitui ſecundum Iſi. li. 5. Secundo dicitur ius ciuile ex l. 12. tabularum. Tertio dicitur quod ex legibus plebiſcitis, conſtitutionib. ſenatuſconſultis, principium decretis, vel authoritate prudentum inuenitur. Quarto dicitur ius quod non eſt prætorium. Quinto dicitur diſputatio prudentium, quæ fuit facta ſub l. 12. tabularum. Sexto quicquid habemus ſcriptum de iure. Septimo quicquid iure naturali vel iure gentium ſubtrahitur, vel quod non eſt ius naturale nec gentium, Et ſic capiendo ius canonicum dicitur ius ciuile, & ſic ſumitur j.diſt. ius autem naturale vt in gl. j. no. in fine. Et quia ita diuerſimode ius ciuile inuenitur ac cipi in iure. de prima acceptione habes inſt. de iure natu. §. j. De ſecunda habes ff. de iuſtitia & iur. lege ius ciuile. §. hæc igitur. De tertia & quinta ff. de orig. iur. l. 2. §. diſputatio. De quarta leg. ius ciuile. præalleg. in prin. De ſexta ff. de variis & extraor. cog. l. j. §. proinde. De ſeptima inſt. de vſuca. in prin. vt eſt gl. in §. ſed ius quidem ciuile. inſt. de iure natu. gentiū & ciui. Itē ius ciuile dicitur triplici-ter. Primo ꝓp eo quod in vnaquaq; ciuitate ſeruatur, & ſic dicitur in genere. Secūdo in ſpecie dicitur ius proprium certe ciuitatis, & ſic loquitur §. alie. inſtit. Tertio dicitur per excellentiam ius Romanorum qñ nō exprimitur proprium nomē ciuitatis, & ſic in ver. ſed & quoties. inſti. eo. ti. præalleg. & ſic cōcordat §. omnes populi. cum dicto ver. in quo §. dicitur quod oēs populi reguntur legibus emulgatis ab imperato. in ver. dicitur qd vnaqueq; ciuitas iure ſub ꝓprio titur. ſed primum intelligitur de gene-

generali ſecundum de particulari.

Ius autem gentium eſt ſecundum hoſtilium occupatio, munitio bella captiuitates, ſeruitutes, poſtlimi-nia federa, daces, inducie, legatorum non vetandorum, vel violandorũ regio connubia inter alieligenas prohibita, & ideo ius gentium appellatur, quia eo omnes fere vtuntur c. ius gentium prima diſtinctio.

Ius aureorum annullorum ſecundum quoſdam dicitur quod olim liberti annullos aureos ferre non poterant, ſecundum Azo. eſt priuilegium quod concedebatur libertis in ſignum ſemiplene ingenuitatis viuebant enim ingenui, ſed moriebantur vt libert. C. de iure annul. au. in ru.

Ius militare eſt belli inferendi ſolẽnitas federis faciendi nexus, ſigno dato egreſſo in hoſtes, & pugne cõmiſſio. Item ſigno dato receptio. item flagitii militaris diſciplina ſi locus deferatur. Et ſecundum canones qui fugit in bello publico infamis eſt. 6. q. j. infames. & ſecũdum leges capite puniuntur. ff. de re milita. l. omnia delictum. §. qui in acie. Item ſtipendiorum modus dignitatum gradus premiorũ honor, veluti corona vel torques datur. Item prẽde diuiſio, pro perſonarum qualitatibus & laboribus iuſta diſtributio, ac principis portio vt diſt. i. ius militare & ſecũdum Iſid. lib. v. c. 6. Et ergo non omnia quę in bello capiantur ſunt principis, qua dicitur hic principis portio, ſed ipſe tenetur ea diuidere, ſecundum numerum ſeu naturam perſonarum. ſic etiam rex cuius ſunt omnia. 23. quęſt. v. dicat.

Ius poſcendi eſt exhabitatione domicilii & communitatis.

Ius patronatus eſt authoritas, ſiue poteſtas quam patronus habet in liberum. Aliter ſecundum Gof. eſt authoritas ſiue poteſtas proueniens ex beneficijs ante conſecrationem eccleſiæ collatis. Et proue nit ex tribus ſcilicet fundatione, donatione, & edificatione, vel ſola co. vt 26. q. 7. filiis & c. quicunque 18. q. 2. abbates. Vnde patronum faciunt dos. ædificatio fundus. Cõpetit autem patrono aliquid honoris, vt ſi eccleſia non fuerit collegiata, præſentet. Sed ſi fuerit collegiata, tunc non electioni prælati faciende, ſed iam facte honeſtius patroni poſtulatur aſſenſus, niſi ex ſpeciali conceſſione obtineat vt partes ſuas interponere debeat electioni. tradende c. nobis detur. pat. Item habet aliquid honoris quia primus in proceſſione incedit, vt 16. q. 12. pie mentis. Habet aliud oneris, quia tenetur defendere eccleſiã ab omnibus oppreſſionibus, vt 27. q. 7. filiis. & habet alias vergat ad inopiam, alendus eſt de bonis eccleſiæ. vt c. filiis prę all. & c. quicunq;. Vnde patrono debetur bonorum onus, vtilitasq;. Præſentet, prę ſit defendat, alatur egẽs poteſt etiam patronus præter egestatem aliquos redditus moderatos habere ab eccleſia cuius patronus exiſtit. ſine præſentatione inſtituti quis non debet in ea eccleſia quę patronum habe. Et ſi ſpretis patronis hoc factum fuerit, ſecundum rigorem iuris inſtitutio retractanda. eo. tit. c. illud. vel irrita nuntianda, & ad inſtituentis verecundiam inſtitutus amouendus eſt, & alius quem patronus dignũ elegerit ordinandus, vt 16. q. 2. de cernimus. Sed ſi laicus præſentet vnum & poſtea variet alium præſentando, videtur a primo diſcedere, poſteriorem præſeutando. ff. de

procu

procu.l.ſicut.§.vlt.Et tũc uidetur arbitrio epiſcopi relinquẽdũ quis eorum alteri præferatur 2.diſt. c. eccleſiaſtici.vide cap.quod autem de iur.patro.vbi de hoc. cap.cum autem aduocatus.Item ius patronatus quandoque aduocatio,quãdoque vicedominatus, vel cuſtodia,vel guardia,uel ius eſt frequẽtationis vel proceſſionis, & quandoq; gratia, vt in glo.j.cap.quia clerici.de iure patro.& ſecundum Gof.in ſum.eod.tit.vbi ponit ſupradicta.Et not.quòd ius patronatus non perdit quis per damnationem,vel confiſcationem iudicis ſecularis.gloſ.eſt in verſi. ſubiecte §.rurſus in fin.c.paſtoralis in cle. de re iud.& eſt no.dignum.Vnde vbi fit confiſcatio bonorum, non confiſcatur ius quod non trãſit ad hæredes extraneos.ſed tantum ad filius l.j.& ibi gl.C.de bo. quæ libe.ideo non confiſcatur ius patronatus libertorũ, vel emphyteoſis eccleſiaſtica, vel feudum,ut ibi ſecũdum Bal.& in l.qui ſe patris C. vnde liber. Itẽ prẽſentatus ab eo qui ius prẽſentandi habet & idoneus non admiſſus a prælato,ſi patronus non variet,debet ius in re, & poteſt agere contra inſtitutum a nemine,vel a falſo patrono præſentatum de re iud.c.cum Berthol dus & c. decernimus 16.q.7.Si autẽ verus patronus variat, primus præſentatus non habet ius ad agẽdum contra ſecundum prẽſentatum & inſtitutũ,ſed poteſt agere contra prælatum qui eũ præſentatum idoneum malitioſe nõ admiſit differẽdo eum inſtituere, & difficultates ingerendo,ut prouideat & in bñficio competẽti iuxta c.paſtoralis e.ti.Itẽ ius patronat9 trãſfertur ĩ aliũ gratuito titulo, cõ ſit ſpirituali annexũ niſi cũ uniuerſalitate trãſeat,vt c.ſeculum. e.ti. unde verſus.Iura patronatus trãſire facit nouus hæres. Res permutata donatio,venditioq;. Item plerunq; hoc nomen eccleſia pro iure patronatus ſupponit 16.q.vl.ſi plures 15.q.3.nemini.& c.j.de iu. patro. Et ergo ſi quis vtatur tali ſimplicitate verborum, dono tibi eccleſiam vel cõcedo intelligitur donare ius patr. quod habet in ea c.quod autem eo.tit.

Ius publicum conſtat in ſacris ſacerdotibus & magiſtratibus ſecundum Iſid. lib.5. etymo.c.8.ff.eod. tĩtu.l.j.§.publicum & j.diſt.cap. ius publicum vbi gloſ. dicit. qui ledit ſacerdotes vel res ſacras ob omnibus tanquã pro publico crimine accuſari poteſt 2.q.j.in primis.Vel ſic. Ius publicũ eſt quod generaliter, (alias principaliter) ad publicam deſeruit vel ſpectat vtilitatem,veluti, ne in portis vel in muris ciuitatis & aliis ſacris iudicibus,vel ſacerdotibus, uel magiſtratibus, aliquid committatur, vel inferatur.

Ius priuatum dicitur quod ſpecialiter ad ſingulem vtilitatem alicuius pertinet,ſecundario tamen ẽt ad rempublicam, vt in pactis & conuentionibus mutuis priuatorum ſpecialiter iuris conſpicitur. inſti.de iuſt.& iur.§.2.

Ius reipublice.ſ.alterius quam romanorum, eſt ius cuiuslibet ciuitatis,indubitanter ſecundum omnes,quia ciuitates regulariter vtũtur iure priuatorum,ut ff.deverb. ſigni. l.eum qui.& C.eo.ti.in rub l.j.in gl.lib.10.

Ius quaſi naturale eſt quod dominus vel patronus habet inſeruum & libertum.

Ius quiritum dicitur a quirino. i. Romulo, & eſt proprie Romano-

rum quia nulli tenent hoc ius nisi quirites. i. Romani secundum Isi. lib. 5. ety. j. dist. c. ius quiritum, in quo agitur de legitimis hæredib. de tutelis, de curationibus, de vsu capionibus. Constat aũt ius quiritum ex legibus, & plebiscitis, & senatusconsulti, cõstitutionib. principiũ, edictis senatorum, & responsis prudentum, vt secundũ Isid. ibi dẽ & dist. 2. in prin. vbi de speciebus Romani' iuris. de quibus omnibus lex, plebiscitũ. senatusc. pretorum edicta, responsa prudentũ & c. quæ sint require loco suo. & inst. de iur. na. gen. & ciuili. §. consti. & se. vbi hoc ius apud Romanos tm̃ reperitur dis. j. ius quiritũ. Et dn̄r Romani oẽs qui Romano imperio subsunt, prout dicit. Proprium romanorũ est habere filios in potestate, & etiam gẽtiles sunt sub Romano impio. Nã ip̃erator est princeps totius mũdi, ut ibi gl.

Ius sibi facere vel dicere, est q̃ manifeste spectat ad iudicis officiũ. s. q̃ a iudice faciendũ sit, sibi vendicare, veluti si quis rem sua ꝑpria rapit autoritate, putans sibi hoc licere, & in iure confitetur se hoc fecisse de quo quæritur vtroq; casu ipse facit, vnũ debet substinere cõtrarium calculũ. i. contrariã sn̄iam vt p̃ debito quo teneris alicuius pignus tuum capit te inuito, ius quod sibi iure icõpetebat amittit.

Ius habere in re, & ius habet in rem sunt diuersa. de concess. præben. li. 6. c. fin. & cle. vni. de sequest. pos. ver. & nihilominus.

Ius prætorium est quod prætores introduxerunt, adimẽdi, supplendi, vel corrigẽdi iuris ciuilis gratia, vt ff. de iust. & iur. l. ius autem. Hoc etiã ius honorarium dicitur, quia qui honores gerunt. s. magistratus, authoritatem huic iuri dederunt, ut inst. de iur. nat. gen. & ciui. §. prætorisq; edicta.

Ius succedendi habet hæres, item patronus in bonis liberti.

Ius uersutum dicuntur præstigie siue captiones verborum quibus, obumbrantur delicta & dicuntur versuta secundum Azo. quia quis repellebatur ab actione per quasdam versutias. i. machinationes verborum. Vel secundum Martinum dicitur versurum ad exemplum vestimenti, quandoq; est illud intus quod debet esse extra & c. Sic etiam erat versutum ius quo illud quod erat puniendum absoluebatur, & quod erat absoluendum, puniebatur.

Iurus prudentia est diuinarum atq; humanarum rerum notitia iusti atq; iniusti scientia. insti. de iust. & iur. in prin.

Iurus auspicium. i. exordium litis, vt in c. past oralis. de cau. pos. & C. de excep. l. pe. & de codicil. l. vlti. j. responso.

Iuris præcepta tria sunt. s. honeste viuere, alterum non ledere, & ius suum vnicuiq; tribuere. Inst. de iust. & iu. §. iuris præcepta concor. c. cum deuotissimam 12. q. vbi dicitur quod summum bonum in terris est iustitiam colere, & vnicuique &c. Sed quæritur, vtrum seipsum quis ledere possit. Et uidetur quod sic, quia quod de uno conceditur de altero negatur, & econtra. 25. distin. qualis 16. q. 3. c. ex eo. ff. de iudic. l. cum prætor. ff. de condi. & demon. l. cum ita legatum. & gl. in c. nonne. de præsum. Sed hic dicitur alterum non ledere, ergo videtur permissum seipsum ledere. facit ad hoc l. & si damnum §. si pater ff. de pecu. Et sic videtur quod clericus se vulnerans animo irato, non fit excommunicatus

catus. Cuius contrarium tenent doct.per l.omne delictum §.qui se ff.de re mili. Et videtur ex alio q̃ non permittitur militi armate militie vt manus violentas in seipsum immittat,ergo nec militi spirituali.Etiam nullus est dominus suorum membrorum.l.liber homo.ff.ad l.aquil.So.dicit Io.fabri quod quis ledēs seipsum non incidit in canonem.si quis suadente & cap.17.q.4.quia ille loquitur vbi alius est agens, & aliis patiens, & sic credit talem non esse excommunicatum,sed alias grauiter puniendum.Sed opinio doctorum dicens cōtrarium est verior scilicet q̃ talis est excommunicatus. Idē tenet Ioa.an.c. cum contingat de sen.exc. Etiam mutilans seipsum est irregularis sicut mutilās alium c.j.de homi. Et si prohibitum est ne quis alium ledat,multo.fortius ne seipsum,quia charitas incipit a seipso c.nisi specialis de vsuca. & de pe.dist.3.qui vult.& c.fi.non licet.23.q.5.

Ius canonicum diuiditur in decretum,& decretales quarum volumē dicitur extrauagans in quinq; libris,maxime respectu iuris ciuilis.Quorum librorum materia his habetur versibus. Pars prior officia creat ecclesieq; ministros.
Altera dat testes, & cætera iudiciorum.
Tertia de tribus & uita presbyterorum.
Dans thorum quarta mulierū qui docet esse.
Vltima de uitiis & penis tractat eorum.

Vel in uno versu.

Iudex iudicium,clericus, sponsalia,crimen.

Quilibet autem liber, habet plures rubricas siue titulos in quibus permittitur materia in generali de qua tractatur in capitulis sequentibus in speciali. Sub quamlibet autem rubrica sunt vnum aut plura capitula quæ dicūtur decretales vel constitutiones, & aliqnā do in capitulis sunt §. Vnde quando allegabis aliquid ex decretalibus non allegabis librum sed titulum,& capitulum in eodem, & si sit capitulum longum dices c. tali circa princi.medium, vel finem. Vel si sint in capitulis paragraphi allegabis tali c.§.j.vel 2. Et post compositiones quinque librorum dictorum per magistrum Raymūdum capellanum Gregorii pape noni circa annum domini M.221. elapsis multis annis,videlicet anno a natiuitate vel incarnatione domini.1298. nonas Martii pontificatus Bonifacii. 8. anno.4.compilatus est liber sextus. non quidem sextus cum aliis quinque partialibus prædictis in vno uolumine, sed liber specialis continens etiam quinq; partes, & supplens defectus casuum emergentium in libris decretalium non compræhēsorum. Deinde clementis consti. a Clemēte papa 5. sub anno domini. Mcccxi.in cōcilio Viennensi, quod sex mēsib.tantū durauit. cōcepte,& edite sunt, licet idē Clemens morte.præuētus,ad publicū non perduxerit. Sed Ioannes papa 22.de post compleuit, correxit mutauit.& executioni demandauit.Et fuerunt promulgate anno domini 329.calen.Nouēb. De hoc vide gl.in prohe. Clementi.super verbo Nouembris, & verba pontificatus.Et dicit Ioan.And.quod iste liber nō debet alleg.septimus sed debet intitulari Clemētine.s. constitutiones Clementis 5. Sed

decretū quod magiſter Gratianus circ. annum domini 1509. compilauit diuiditur in tres partes. Prima dicitur diſtinctiōes quia eſt diſtinctum per centum & vnam partes, quarum quelibet habet vnum vel plures canones, quæ vlterius ſubdiuiduntur in §. & verſi. Secunda pars decreti nominatur cauſē, quia continet in ſe ſunt ſex cauſas, a quibus nomen accepit. Quæ vlterius ſubdiuiduntur in quæſtiones & he in canones, qui vltra in §. & verſi. ſubdiuidi poſſunt. Tractatus autem de pœnitentia imponitur in cauſa 33. in q 3. Et habet ſeptem diſtinctiones, quarū quelibet habet canones plures, cum §. & verſi. ſuis. Tertia & vltima pars decreti nuncupantur de conſecratione, & habet ſub ſe quique diſtinctiones cum canonibus vel capitulis paragraphis vel verſicu. Vnde decretum dat centum diſtinctiones & vnam. Triginta cauſas & ſex addit tibi mixtas. Diſtinguit ſeptē pœnitentiam, conſecrat quinque. Authorem quarum tibi declarato Gratianum. Et in dictis quatuor libris ſatis patet modus allegandi qui in fundamentis alumnorum iuris poni conſueuit, quare his ſuperſedeo.

Ius vero ciuile diuiditur in quatuor libros principales ſcilicet Digeſtum. C. Inſtitutiones. Autenticas Quibus additur collatio decim, ſeu liber feudorum. Primus ergo liber iuris ciuilis eſt digeſtum, qui continet leges & ſtatuta romanorum, & diuidit in tres libros principales ſcilicet digeſtum vetus qđ habet libros partiales vigintiquatuor. Infortiatum, quod habet libros partiales quatuordecim. Et digeſtum nouum quod habet libros partiales duodecim. Quibus connumeratis erūt libri partiales quinquaginta digeſti veteris infortiati & digeſti nou. Et vocatur digeſtum ſeu etiam pandecta, vel liber pandectarum, vide ſupra in litera D. Secundus liber iuris ciuilis vocatur Codex. qui continet ſtatuta ſanctiones & præcepta imperatoris. Et fuerunt tempore Iuſtiniani Imperatoris tres codices ſcilicet. Codex Gregorianus Hermogenianus, & Theodoſianus, de quibus codicibus extrauagantibus diuus Iuſtinianus animum ſuum ad imperiales conſtitutiones dirigēs vnum codicem fieri fecit quē ſuo felici nomine intitulauit. Codex Iuſtiniani, vt in rubrica proemij codicis. Et diuiditur iſte liber in duodecim libros partiales, quorū nouem primos doctores legere ſolent. ſed vltimi tres qui longe poſt primos nouem compoſiti ſunt raro legi conſueuerunt. In quorum allegationibus hoc eſt ſpeciale qđ ad tit. & ad l. cum. §. additur numerum. videlicet lib. 11. 12. &c. ut C. de murilegulis & gynecia. &c. lib. 11. & de digni. l. ſivt proponis. lib. 12. Tertius liber principalis dicitur autenticum vel autenticorum & ſunt quædā excerpta quaſi prædictorum librorum ſummula. Et diuiditur iſte liber in nouem collationes, quarum quelibet ſubdiuiditur in titulos, & tituli non in leges, ſed in §. Et differunt autenticum & autentica, quia autenticū volumen eſt per ſe, ſed autentica eſt lex vna vel paragraphus incorporatus libro codicis, & antiquo iuri ſuperadditus. Et allegatur ſic. C. de epiſcop. & cler. autentic. generaliter. C. de ſacroſan. eccleſ. autenti. multomagis. Sed in autentico. ſimpliciter allegatur titulus & paragraphus. vt in autentico.

tico. vt iudices ſine quoquo ſuſfra.§.tali vel tali.& ſufficit. Item decima collatio intitulatur liber feudorum, & habet duos libros partiales, quorum quilibet ſubdiuiditur in titulos, & iſti in capitula & paragraphos. Quartus liber principalis legum dicitur inſtitutiones vel inſtituta. Et iſte diuiditur in quatuor libros partiales, & eſt introductorius in ius ciuile & canonicum, maxime quo ad declarationem terminorum in vtroque iure vſitatorum qui tanquam oſtium in donum præbet introitum in ſapientiam iuris. Quare conſulitur omnibus quaſi modo genitis iuris alumnis ac iuris concupiſcentibus. per inſtitutiones documenta ſua primordialia capeſſere, & nutrimenta, vt tali doctrina primitus infortiati ſecurius mereantur inherere ſanctioni Iuſtiniani imperatoris Chriſtianiſſimi. Nullus ergo præſumptuoſe ſine inſtitutionum doctrina, iuris maxime ciuilis ſublimitates tenet abſcendere, ne corruat ex alioqui ſatagit volare ſine pennis. Et hęc de nominibus diuiſion.quę librorum principalium iuris vtriuſque ſufficiant. Quorum modorum allegandi in ſingulis cum exemplis ſuis vide in fundamento iuris. Et not. quòd ius ciuile tripliciter ſe habet ad ius naturale, & tres operationes circa ipſum & eius materiam exercet, aliter, tamen & aliter. Nam ius ciuile primo addit ſuper naturalem determinationē per congruos modos, vt eſt videre in delictis verbi gratia ius naturale, & eius rectitudo dictat delicta puniri.inſt.de obº quę ex deli. naſcun.in prin.ff.de fur.l.j. Et ita omnia præcepta decalogi ſunt a iure naturali ſuper illis principijs fundata quæ ponit iuriſconſultus. de iuſti.& iur.ff.eod.titu.l.iuſtitia §.j.& in proe. de ſcilicet honeſte viuere, alterum non ledere, ius ſuum cuique tribuere. Secundo rectitudo naturalis vult nemini ſubtrahi quòd ſuum eſt, & ius legale diſtinguit actus ab illa rectitudine deuiantes ſcilicet actum furandi, fenerandi, rapiendi &c. Et vltra oſtendit quomodo vnus illorum actuum plus vel minus deuiet a rectitudine nature & ſecundū illud maiores ſiue minores paternas ſtatuit. Tertio declarat, nam iure naturali rectum eſt neminem cum alterius iniuria vel detrimento locupletari, non tamen habetur ex eodem iure ſi ſit poſſibili euētus in quo quis locupletari poſſit cum alterius iactura, ſine tamē eius iniuria, ſicut in præſcriptionib.& in vſucapio. De iſta triplici operatione loquitur. l.ius ciuile. ff.de iuſtit.& iure.

Iuſtitiarij ſunt qui deputantur ad iuſtitiam faciendam, & eſt vulgare apulie, vt in cap.literis de pigno.

Iuſtum eſt quod ex præcepto vel ſuperioris ordinatione alicui conceſſum eſt, & ſic iuſtum eſt illud quod ordinatur iure.l. iuſte.ff.de acqui.poſ.Sed iuſtitia eſt habitus ſeu uirtus ſuperioris ad præcipiendum bonum ſubditorum. Quare &c.

Iuſtum & honeſtum ſi concurrunt, præferendum eſt iuſtum Panor. in cap.bone memorie in 15.no.de poſtu.pręla.

Iuxta aliquando exponitur id eſt prope uel a latere extra de maio. & obe. c. ſolite verſic.hoc autem prudenter. Aliquando id eſt ſecundum, vt iuxta verbum apoſtolice id eſt ſecundum extra de baptiſc. maiores circa princip & dic quòd

quandoque ponitur ſimilitudinarie. vt tu uiuis iuxta Petrum id eſt ad ſimilitudinem Petri. Aliquando ſignificat vicinitatem tẽporis, vt iuxta feſtum paſcatis. i. prope & vide nota. extra de verbo. ſignific. Item adde quot modis iuxta ſumatur Bart. in l. j. ff. teſta. in extraua. ad reprimendam. in verſic. iuxta.

DE *k* ANTE A

Kalende ſunt certi dies menſium a calo greco quod eſt voco latine, vt notat in l. qui ante Kalendas, & in l. eum qui. ff. de verbor. obligatio. quia promiſſio talis. promitto ante Kalendas, dupliciter accipi poteſt ſcilicet ante finitas & in dubio interpretatio debet fieri contra ſtipulatorem. l. veteribus. ff. de pac. l. quicquid aſtringende. ff. de verbor. obligatio. Ergo perinde eſt acſi promiſiſſet ante Kalendas finitas, & tanc bene ſequitur quod qui aliquid promiſit ante Kalendas ſit illi ſimilis qui promiſit Kalendis. Et allegantur iſti text. cum ratione præmiſſa in arg. ad teſtes concordandos, quorum aliqui deponunt ante guerrum, alii poſt, vt qui dixerunt poſt, intelligantur poſt inceptam & qui ante, intelligantur ante guerram infinitam & hoc ſunt dictum Ang. & Imo. l. ſi quis peremptorie ſuper. j. gloſſ. & doc. l. 2. §. pen. & l. 3 §. cum quid. ff. ſi certum pet. per Bart. in l. j. C. de vſufru. l. inſulam. §. penult. ff. ſolu. matr. per la. bu. in l. ſed & ſi poſſeſſio. §. item ſi iurauero. Imo. ff. de iureiuran. l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de verbor. obligatio. In not. in capitulo cum contingat. de offi. deleg. in capitulo cum tu. & magiſtralis in in capitulo in noſtra de teſti. Et aliqui dixerunt quod teſtes tales ideo concordantur, ne puniantur de falſo, non vt probent, vt per doc. in legibus allegatis. Alii dicunt ꝙ concordantur vt probent, vt per gloſſ. in dicto capitulo cum tu. Sunt ergo Kalende prima dies in quolibet menſe, etiam dicte a colo, quia antiqui colebant primum diem menſis, & ſic dicuntur quaſi colendi. Vel dicuntur a verbo greco calo. i. voco, quia Romani habebant præcones quos prima die menſis mittebant per terram dicentes, vocat vos ſenator ad nundinas, præparate vos, de hoc eſt gl. not. in l. cum biſſextus. ff. de verb. ſigni. quæ etiam declarat nonas & idus de quib. vide in fine primi libri compoſiti chirometralis. & in aliis. Item in fine libri 6. in gl. i. ſuper data libri.

DE L ANTE A.

Labra ſunt imagines quę diſtillant aquam, ſalientes ſcilicet aque, & fiſtule quæ ſalientibus iunguntur.

Delyria ſunt quę hic auctor de labris affert, nempe Accurſium ſecutus. ff. de actione emp. & ven. l. limes (ſeu vt nos impreſſimus, funes) & labra in glo. & tex. Sunt enim labra apud iuriſconſultum loco iam citato, crateres lapidei. quibus aqua ſaliens ex ſiphunculis concupitur. Vide Budeum in legem iam citatam.

Lac dicitur fructus induſtrialis ſecũdum Bart. in l. ex diuerſo, in repetitio. ff. de rei ven. & idem dicit de mala. ibi.

Lanio onis eſt macellarius, vel beccarius, a laniando ſic dictus, quia dilaniat & dilacerat animalia, & per fruſtra carens incidit & vendit,

dit, vel est ille qui lanam separata corijs bestiarum & exuit sine excoriat bestias & sic dicitur a lanificio secundum glo.in lege cum delanionis.ff.de fun. instru.legat.

Lata culpa non est intelligere quod omnes bene intelligunt, non facere quod omnes faciunt, vel maior pars vel id facere quod nulli vel pauci faciunt.ff.de verbo. signifi.l.late.

Latomie apud antiquos locus dicebatur vbi lapides cedebantur Liuius in 9.belli punici. Compræhensa postea priuata edificia.compræhense latomie, & meminit Callistratus in l.succurritur.ff.ex quib. cau.maio.licer in vulgaris codic. latumijs mendose est scriptum.

Imo vero recte scriptum puto. Vide Bal. in annotationibus ad pandectas.ad l.iam citatam.

Latitare est se malitiose occultare animo fraudandi creditores suos agere volentes.ff.quibus ex cau.in pos.ea.l.fulcinus §.quid sit latitare.& habetur in glo.cap.consultationibus 2.de offi.deleg.

Latini sunt vel dicebantur olim quidam qui ita erant a dominis manumissi vt essent in uita liberi,& gauderent plenaria libertate in bonis suis sed in morte serui erant, quare post obitum eorum non poterant succedere parentibus & bona eorum tanquam seruorum ad dominos deuoluebantur, & hæredes eorum nihil post mortem eorum consequebantur. Sed contrariam habent conditionem dedititij, vt supra dictum est in litera D.& indesuetudinem abierunt, quia pessima conditio erant,vt instit.de liber.versus.Vita latini gaudent, de dititij morte.

Latro dicitur qui per uim & de die furatur.in authen. sed nouo.C.de ser.fugit.& differt a fure, quia fur est qui clam anfert secundū Bart. ibidem. Item latro est qui de die, fur vero qui de nocte.l.congruit. ff.de of.præsi. Itē latro dicitur qui maxime est perfidet.l.in oībus C. de emē.seruo. & vide aut.vt nulli iudi.§.pe.& l.capitalium.ff.de pe.

Latro publicus est ille qui palam.& publice furatur ut sunt pirate. vel qui publice stant in stratis,vel isti qui habentes arcem, & castrum disrobant homines transeuntes. Nocturnus uero depopulator agrorum dicitur qui obsidet stratā publicam disrobando transeuntes,& differt a publico latrone quia iste clandestine furatur & moratur in loco,vnde dicitur nocturnus depopulator agrorum quia in nocte segetes destruit dum ibi se abscōdit. latet & iacet.Pan.in ca.inter alia. in ult.not.de immunita.eccleśia.

Laegus est medius inter prodigum & auarum.gl.& ibi doct.in cap.ex parte de consuetudine.

Larue sunt deformationes hominum propter appositionem coloris.

Lauduus est sententia arbitri. Et laudare est sententiam arbitralem ferre.

Item laudare debet arbitrer in loco ubi compromissum est factum, alias non ualet laudum.l.si cum dies.§.si arbiter.ff.de arbitris.Sed quomodo locus accipiatur, dicit Ludouicns de Roma.quod pro ciuitate, & allegat Specula. singulariter in titu.de arbi.uer.itē quæritur astricte.& §.sequitur. Item laudum arbitrorum non potest re scindi prætextu instrumentorum de nouo repertorum, si equiparas arbitramentum transactioni.Si autem uis equiparare reductioni appellationis, tunc posses sicut in appellatione, in qua non probatū

probabo, dicit Feder. de senis in consilio suo, 238. quod incipit Petrus testatur.

Laxamentum vocat lex iudicias duorum mensium qui dantur tutoribus ad pecunias collocandas. in authentica vt hi qui obliga. se habe. prǽhibent res mino. §. quoniam autem videmus.

Laicus est secularis & de populo, & qui nō habet sacros ordines c. duo sunt. 22. quæstione secunda glo. in c. i. de procu. in 6. & dicitur a laos græce quod est populus latine c. duo. 11. q. j.

Laicus potest excommunicare, & esse commissarius in causa spiritua li ex permissu pape, sed ea quæ cō petunt soli sacerdoti, vt est confectio eucharistie nō potest papa cō mittere laico. Panor. in c. consulta tionibus. uersic. quarto dubitatur. de cleri. agro.

DE L ANTE E.

Leuis culpa vt in §. prętera quibus mod. re contrahi. obli. insti.

Leuissima culpa, est non prędidere. quod sapientissimus prędidisset. vt posui rem in capsa & claue clausi, & credebam esse clausam, claue amota non probans an essent clausa. Et similiter de leui deposita rius non obligatur, si res deposita perditur nisi partes si conuenerunt. Sed de lata culpa semper tenebitur. Et etiam est lata culpa nescire iura ciuilia. l. leges. C. de legibus, vbi casus ad literam, quia omnes debent scire iura ciuilia. Non ergo excusatur dicens, nesciebam quod lex prohibebat. Etiam in maleficiis ignorantia crassissima, & negligentia maxima lata culpa est, quæ dolo comparatur. Sed casus fortuitus est inopinate rei euentus, qui nullo hominem remediop ręuideri potest, ut C. de pigno. actio. quæ fortuitis. & institu. eodem titu. §. item is cui. vide supra culpa.

Legatus est ille cui certa patria, vel prouincia committitur gubernanda, ut in c. nouit. de app. Pōt etiam dici legatus quicūq; ab aliquo ad aliquos est missus.

Alliter legatos dicimus eosdē quos aduocatos vel patronos causarum qui in forensibus negotijs prędominentibus litigantibus suum præbent patrocinium. Et nota quòd sunt tria genera legatorum. Quidam de latere domini pape mittuntur, vt cardinales, quod appellant fratres. Et tales possunt absoluere homines sue & alterius prouincie & extra & equiparantur pro consulibus. Alij sunt non de latere, sed datiui, & illi simpliciter in legationem mittuntur, vt prolati quę tantum absoluunt prouinciales & in prouincia, non extra constitutos, & equiparantur præsidibus prouinciarum. Ceteri. sunt natiui. qui suarum ecclesiarū prætextu legatione funguntur, vt archiepiscopus Cantuariēsis, de quo in capitulo primo de offi. delega. li. 6. Et tales sunt quatuor .s. archiepiscopus Eboracensis Cantuarienſis. Remensis, & Pisanis, vt not. in alleg. c. j. eo. ti. li. 6. Et legatus per literas de sua legatione fidem facere debet si exigatur, vt. C. de man. prin. l. vnica, eius vice fungitur, a quo destinatur, & vicem alterius gerit quare honorandus est, sicut ille qui vicem gerit. 89. disti. c. vlti. vbi dicitur quod diaconus non debet sedere ante presbiterum nisi locum habuerit sui patriarche, tunc cum sicut illius locum tenens honorabitur vt

distinctio. cap. j. Item legatus generalis, potest cognoscere per simplicem querelam, per appellationem, de causis subditorum suffraganeorum suorum, vt nota. in gl. cause illorum. c. j. eod. ti. Et legatus a latere conferre potest ecclesias uacantes. si est cardinalis. alias non, vt no. in ca. j. eo. titu. libro 6.

Legatus proconsulis est cui procon sul postquam prouinciam est ingressus, mandat iurisdictionem de terminatam & assigatam, aut qñq; initere moram necessariam passus trahens, ut in lege aliquando. ff. de offi. procon. & leg.

Legatum est donatio quædam in testō a testōre relicta. inst. de legat. §. j. &. ff. de lega. 2. l. legatum. vel est deliberatio hereditatis, quia testator ex eo p vniuersum heredis foret alicui quid collatum velit esse. ī l. legatum. ff. de le. j. & relinquitur legatum, non ut heredi sed cui placet, vt dicendo, hoc illi do, lego, vel relinquo. i. dandū dispono. Vigebat āt legatum olim pluribus modis. Quandoque per vendicationem, his verbis. Ille ammodo vendicat a me illam rēsibi, vt dicat suam esse, & petat vt suam. Quandoque per donatio nē his verbis. Hæres meus damnatus esto. i. obligatus esto, hoc illi dare. Quandoque secundū quosdam legatur per condemnationem, quando a testōre aliquid relinquitur in penam & in damnum heredis hoc mō. Si heres meus titiam duxerit in vxorem, in damnum suum, & pœnam centum ei lego. Quandoq; vigebat legatum p verbum sinendi. his verbis. Si no illi hanc rem. i. permitto illum hēre. Si vero res apud illum esset optus esset hic modus legandi, vt sineret eum habere quod apud eū tunc esset. Quandoque per præceptionem. s. cum duos, uel plures hæredes instituit, & alteri eorum prælegauerit aliquid, ad hoc vt id pręciperet. i. præ aliis, seu ante alios haberet. Et no. quod legatum regulariter trahitur ab hęrede. Et fideicommissum fere idem est, quod legatum, sed est dictum fideicommissum, id eo quia olim pendebat ex fide hæredum, sed modo quòd iuris est in uno, idem est & in alio.

Legatarius est cui aliquid legatum est, & qui legatum accipit. Et talis potest esse testis in testamento vt institu. de testi. ordi. §. legatariis. Sic etiam fideicommissarius vt ibi dicitur.

Legare, est ultimam uoluntatem testatoris de singulis rebus disponere, & legatum ab hærede præstandum alicui relinquere. Etiā legare alia significatione est mittere, & sic inde dicitur legatus, id est, missus, sed cū significat relinquere, venit inde legatum. Et legare omnes possunt, qui testamentum facere possunt, & legare possunt omnibus illis, quos possunt heredes instituere. Item legari potest res testatoris & hæredis, & etiam res extranee persone. & sic quando testator sciebat rem alienam esse, tunc debet hæres rem illam emere a domino, & tradere legatarios, & si dominus vendere voluerit, debet hęres legatarios tradere estimationem. Itē possunt legari fructus futuri, item iura actiones & seruitutes, sed non res quæ non est in rerum natura, vt hypocentaurus, & ea de quibus non est cō mercium. vt forum romanum. basilice vel templa, & quæ publico vsui destinata sunt. Item potest legatum

gatum relinqui quibuſcunque verbis, aptis tamen & idoneis, vt ſi dicat teſtator lego dari iubeo, impero, mando, præcipio, & ſic de alijs. Item relinqui poteſt legatum pure, in diem & ſub conditione. Et poteſt teſtator huiuſmodi legatis opponere conditione quam voluerit, quia hęredis inſtitutio eſt caput & fundamentum teſtamenti. Et quia ſine hęredum inſtitutione non valet teſtamentum, ideo multum intereſt tabellionis de hęrede conſiderare & inquirere, ſecundo de hæreditatis diuiſione, tertio qui poſſunt & debēt inſtitui, quarto quo modo & qualiter fiat hæredum inſtitutio.

Legitime partes hæredum his verſib. continentur. Quatuor aut intra dānatis iura trientem. Semiſſem vero damnatis quinq; vel vltra. Arbitrium ſequitur ſubſtantia cetera patris. Quarta tibi ſatis eſt ſi extraneus hæres. Tunc rebellaris cū reddere cuncta rogaris. Tunc defalcaris cum per legata grauaris. De iſtis partibus vide glo. in c. raynutis. de teſta.

Legitimum dicitur ſex modis. Primo quod non eſt prohibitū & ſic per abnegationē phibiti. vt ſucceſſio de legitima. Secūdo ſtrictius quicquid eſt permiſſum, non eſt per abnegationem prohibiti, ſed per poſitionem liciti. Tertio in poſitiuo digniori, ſcilicet a iure ciuili conceſſum, capiendo ius ciuile largiſſime pro prętorio & omnibus partibus iuris ciuilis. Quarto conceſſum a iure ciuili, reſtringendo vt non comprehendat prætoriū, ſed omnes alias partes. i. ſenatuſconſulta, principium placita, & reſponſa prudētium. Quinto ad huc plus reſtringendo ius ciuile ſolum pro lege. 12. tab. Sexto maxime reſtringendo ſolum pro lege. 12. tab. excluſis reſponſis pendentium. & dictis prætorum. ita notatur. in l. vnica. C. quando non pet. par. pe. accreſ. hæc Cato. ſaccus.

Legulus. 1. collector. C. de muri leguliis, ſuper rub. lib. 11. l. ſi cuius §. in de quæſitum. ff. de vſufru.

Leno eſt qui prætium pro comperto ſtupro accipit, vel damnatam de adulterio ducit, vel qui eam adulterio ſubiicit. vel adulterium ſe facit vel quęſtum de adulterio. vxoris accipit. vel mancipia quęſtuaria habet ſcilicet qui taberne vel alicui negotiationi præponit, meretrices vt plus lucretur. (& hic eſt infamis) vel qui vxorem depræhenſam in adulterio. in matrimonio retinet vt. C. ad. l. iulia. de adulter. l. crimen. lenocinii. & gloſſ. de multis modis lenocinij concordantie allegantur. C. de ſpect. & ſcenino. & lenoni lege prima. §. lenones, & . lege ſecunda &. 3. lib. 9.

Lenocinium facere non minus eſt quam corpore quo quæſtum facere. l. palam. §. lenocinium. ff. de ritu nupt. & de crimine lenocinii not. in l. athletas. §. ait prętor. ff. de his qui not. infa. & l. i. §. lenocinii. ff. de adult. & vide aut. de lenoci. per totum vbi prohibendo lenocinium tangit multas fraudes leno.

Leuita hæbraicum, latine diaconus. c. cleros. 21. diſtin.

Leo eſt beſtia nec coutinetur appellatione pecoris. l. 2. ff. ad. l. aquiliā. & l. hi enim. ff. de edil. edi.

Letamen eſt ſterquilinium a letando dictum. quia letas facit ſegetes.

Letale eſt idem quod mortiferum. vnde dicitur de aliquo vulnerato ad mortē ꝙ letale vulnus habet & venit a letū, id eſt mors. vnde Boleti

leti leti cauſa fuere mei.

Lex eſt conſtitutio populi qua maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt, ſecundum Iſi. lib. 5. & diſt. j. c. lex eſt. Et dicit glo. q̃ olim popul us ſtatuit leges ſed hodie tranſtulit hanc poteſtatem in imperatorem inſti. de iur. na. gen. & ciui. §. ſed quod principi. Vel aliter, Lex eſt ſpẽs iuris & ponitur quandoque ſtricte ſcilicet pro eo quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante veluti conſule conſtituebat. inſtitu. de iur. na. gen. & ciui. §. conſtat autem. Nam conſul. eſt qui ſenator erat, & populum conſulebat an eis placeret ita ſtatui, & populus reſpondebat ita. Et etiam ſic diffinitur.

Lex eſt commune præceptum, tutorum prudentium conſultatio. delictorum quæ ſponte vel ignoranter contrahuntur, coercitio communis reipublice ſpõſio. ff. de leg. l. j. Quandoque ponitur large pro omni rationabili ſtatuto. Vnde etiam dicitur.

Lex eſt ſanctio ſancta iubẽs honeſta. prohibẽs cõtraria. que ſumitur ex lege græca, ff. de leg. & ſenatuſcõſ.

Lex etiam quandoque dicitur conſuetudo. i. q. j. c. 2. Quandoque ratio. i. diſt. conſuet. Quandoq; ius ſcriptum ſiue conſtitutio quicunque. Quandoq; conſtitutio ciuilis tantum. Et qualis debeat eſſe lex, habetur in c. erit. 4. diſ. vbi dicitur Erit autem lex honeſta, iuſta, poſſibilis ſecũdum naturam & patrie conſuetudinem, loco temporique cõueniens, neceſſaria, vtilis, & manifeſta, ne aliquid per obſcuritatẽ in captione contineat. Et ibidem in c. ſeq. §. leges dicitur quod non eſt iudicandum de legibus, ſed ſecundum ipſas inſtituuntur autem leges cum promulgantur, & firmantur cum moribus vtentium comprobantur. Nam lege non tota perſpecta, in ciuile eſt iudicare vel reſpondere. ff. de leg. l. in ciuile. Et leges ipſe canones ſacros imitantur. in auth. de eccl. tit. §. j. col. 9. c. j. de iur. cal. & ca. j. de no. ope. nunt. vbi ſubditur. Sacrorum ſtatuta canonum principum cõſtitutionib. adiuuantur. & ſic econuerſo in materia ciuili ius canoni cum cedit & imitatur. Lex alia priuata, alia publica. Lex publica eſt que ſanctis patribus ſcripturis eſt confirmata, vt lex canonum. Lex priuate eſt quæ ex inſtinctu ſpiritusſancti in cordibus fidelium eſt ſcripta ſcilicet charitatis quæ dignior eſt ei prima. 19. queſtione 2. due ſunt.

Legum authores ſeu inuentores ponuntur diſt. 2. c. Moyſes. & ca. fuerunt vſq; in fi. diſt. eiuſdẽ vbi dicitur moyſes gẽtis hebree prius omniũ diuinis leges ſacris literis explicauit. Phoroneus rex primus græcis leges iudiciaq; conſtituit. Mercurius trimegeſtus primus egyptiis leges tradidit. & dicit gl. q̃ trimegeſtus dictus eſt propter tres potẽtias eloquentiã, ſcientiã, & virtutem. Solon primus leges Athenienſib. edulit. Licurgus primus lacedemoniis iura legum ex apollinis autoritate confinxit, Numa Põpillius qui Romulo ſnc ceſſit in regno primus leges Romanis edidit, deinde cum populus ſeditioſus magiſtratus ferre non poſſet, decemuiros legib. ſcribendis creauit, qui leges ex libris. Solonis de græco in latinũ ſermonẽ translatas, duodecim tabulis expoſuerunt. Fuerunt autẽ hi decẽuiri. Appius claudius, Titus Genucius Publius ſeſtus, Lucius veturius,

turius Caius iulius. Aulus Mãlius Sulpitius, Publius Curiatius Titus Remulus Spurius posthumus. Hi decem sunt electi ad scribendas leges secundum Isido. lib.v. eti. Leges autem in libris primus consul Pompeius redigere voluit, sed non perseuerauit, obtrectatorum motu deinde. Cesar. I lulius edit cepit idem facere. sed ante interfectus est. Paulatim autem antique leges vetustate atque incuria oboleuerunt, quarum & si iam nullus vsus. sit notitia tamen necessaria videtur secundum Isid. lib. 5. ety. c &. ii. distin. ij. vbi glos. dicit causam quare notitia illarũ legum est necessaria, & est vt sciatur causa quare tollantur. C. de ca du. tollen. l. vnica quia pupa arguit etiam ab abrogato iure. c. no uit. de iud. Vel ideo notitia talium est necessaria vt reprobentur maledicta. 37. distin. legimus qui de mensa.

Leges noue, & legum codices & a quibus ceperunt, habetur in c. fuerunt, prælleg. cum dicit Isid vbi supra. Noue autem leges a Constantino cesare ceperunt & reliquis succedentibus, erantque permixte & inordinate. Postea vero Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani & Hermogeniani codicem factum constitutionum a constantini temporibus suo proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit, quem librum a suo nomine Theodosianum vocauit.

Leges quibus nos vtimur quomodo fuerunt facte, require. ff. & institu. de exhæred. lib. per totum. & in multis passibus. Nam vt dicitur, distinctio. ii. c. quædam. Leges quædam dicuntur ab his qui eas condiderunt, vt consulares, tribunitie. iulie. aquilie, cornelie, & precipue lex pompeia, lex papia, a papio alias papiniana. a papiniano. Lex falcidia, & complures alie, de quibus infra. Quædam etiam dicuntur a locis, vt lex Rhodia & consimiles.

Lex aquilia loquitur in eo casu, quis culpa sua alicui damnum dederit. veluti equum, seruam vel aliud animal occiderit, vel vulnerauerit, seu vestem suam sciderit. aut illius rebus damnum dederit. & in hac l. venit culpa leuissima, vt si quis ex alto se præcipitauerit & super alium ceciderit tenetur lege aquilia. Casus vero etiam occidentem excusat, institu. de leg. aqui. §. iniuria. Et si putator ramũ deiecerit, & non proclamauerit, & sic aliquem occiderit, tenetur ea leg. sed non tenetur l. cornelia. de sicar. in qua venit tantum dolus. ff. ad legem aquil. & ad leg. cornelie. de sicca. Require supra Actio legis aquilie.

Lex commissoria proprie nõ est lex neque senatusconsultum, sed potius pactum, & habet locum cum ita venditor conuenit cum emptore vt si intra certum diem non fuerit solutum pretium totum, vel pars, cum de pretio per partes certis. diebus soluendo conuenit vt in tali die vel tempore sit res inempta vel inuendita si dictum sit vt reddeat possessio vel dominium ad venditorem. Tale autem. pactũ non habet locum in pignoribus. sed in emptionibus vt ff. de leg. cõmis. l. vlt. & l. si fundus. Et cp res dicitur inẽpta, ita accipitur si venditor inemptam esse veluti, cuius causa id cauetur alias fraudaretur venditor, si ex ista vlla in potestate emptoris esset, non dando pecunia, pecuniam ineptum facere fundum.

dum.tex.eſt in.l.2.ff.eod.tit.

Lex cornelia de falſis pœnam irrogat his qui falſum teſtimonium dixerunt, vel falſum teſtamentū, vel aliud quodlibet teſtamentum ſcripſerunt,aut ſigillauerunt, aut alias falſum commiſerunt puta in moneta vel menſura. Et eſt dicta lex cornelia a Cornelio ſcilicet primo inuentore. Dicitur etiam teſtamentaria, & eius pœnam ſeruos eſt vltimum ſupplicium, in liberos vero deportatio. inſtitu.de publi. iudic.§. item lex cornelia de falſis.

Lex cornelia de ſicca. loquitur de his qui dolo malo interficiunt ſcilicet telo vel iactu fulcire,& huiuſmodi. Vel etiam dicitur lex cornelia de beneficiis,a veneno, puta quando quis alium interfecit veneno.aut magis ſenſuris vel incantationibus, vel qui mala medicamenta publice vēdidit. Et dicitur deſicatus,a ſica acuta vel cultello, eo,quod ſignificat ſeruum vel cultum vt.inſt.de pub. iud.§. ſiccarij autem vnde dicit gl.ibi. quod ſica eſt cultellus vtrinque ſcindens quē portant peregrini quandoq; in baculo quoddam,ita quod non patet vnde verſus. Et ſica mucro latens,ſicarius inde vocatur.

Lex duodecim tabularum fuit origo totius iuris ciuilis, ſecundum glo.inſti.de iur.natu.gen.& ciuil. §.ex non ſcripto.in ver. origo.ff. de origi.in l.2.§.j. Et di.lex ſcripta in 12.tabulis, quarum decem a ciuitatibus Athenienſium & Lacedemoniorum,a decemuiris fuerunt alia re & due ad illatā declarationem per eoſdem decemuiros poſtea audite,vt dicit glo.in verſ. decēuiros.§.deinde c.Moyſes diſ. 7. Dū.n.leges propter diſcordiam plebiorū cū nobilibus fere per.30 ann.in deſuetudinē abiiſſent. creati ſunt decēuiri,qui tranſtulerunt leges grecorū in latinū, & eas in decē tabulis eburneis ſcripſerunt. Et his decēuiri poſtea videntes in illis decē tabulis multas leges deeſſe accepta poteſtate corrigendi diminuendi,interpretandi,adendi & ſupplendi,duas alias tabulas addid rūt,& exinde dicta eſt lex duodecim tabularum Poſtea cum p̄dicti viri ſibi magiſtratum vſurparent a populo ſunt creati,& ſic cō ſules facti qui ſenatuſconſulta cōpoſuere.Poſtea prætores conſtituti ſunt qui electa prætorum fecerunt.Et lex duodecim tabul.ſic dicitur.& hoc nomē olim accepit cū romani iura pœnes ſe nō haberēt ſed eſſent pœnes græcos. Ipſi.n.leges ſcriptas deſiderantes a grecis miſerūt nuncios,ad græcos, q; ſupplicarent eis iura traderent, quod græci Romanis tenuerunt, ſed miſerunt & ſuis ſapientē quendā, vt exploraret an digni eſſent Romani legib.qui cū Roma veniſſet.Romani excogitantes q̄d fieri poterat;quēdā ſtultum ad diſputandū cū græco poſuerūt vt ſi perderet, deriſio eſſet. Grecus nutu diſputat incepit,& leuauit digitū vnū ſignans q̄ vnus eſſet deus.Stultus credēs q̄ vellet eū vno oculo cecare,duos eleuauit digitos.ſ.indicē & mediū (qui ēt ad iuramentū neceſſariū leuatur)& cū eis ēt policē(ſicut naturaliter euenit)quaſi grecum cecare vellet vtroq; oculo Grecus autem credidit quod trinitatem oſtenderet. Iterum ergo grecus apertam manum extendit,vt oſtendere omnia nuda & aperta eſſe deo.Stultus, aūt timens alapā ſeu maxilatam ſibi dati pugnū clauſum quaſi repercuſſurus leuauit Grecus intellexit q̄ deus

omnia

omnia clauderet parma. Et sic credens Romanos dignos legibus, abijt, & decemuiris discretis a Romani electis, quos greci dignos legibus indicauerunt leges cōdi. fecit. Et sic greci tradiderunt ipsis 10. tabulas eburneas, quibus cōtinebatur tam ius scriptum quod in ciuitate athenarum frequentabat quam non scriptum, quod in altera ciuitate scilicet Lacedemoniorum erat in vsu. Postquam vero isti decemuiri fuerunt sic decem tabulis reuersi, ab ipso populo romano habuerunt potestatem super illas decem tabulas examinandi. addendi &c. vt supra de hoc in glos. l. j. ff. de ori. iur.

Lex falci. dist. 2. quædam in fi. prohibet ne quis in testamento plus extraneis legare possit quā vt quarta pars sit hæredibus data. Dicit autē falcidia a falcido tribuno autore, vel secundum Azo. dicta est a fabri falce. i. a diminutione quā imponit singularib. relictis, resecat. n. de legatis vt falce resecātes segetes. Nam olim licuit cuilibet totam hereditatem suam alteri relinquere sed postea Falcidius statuit quod quarta pars hæreditas deberet relinqui hæredibus legitimis &c. vt supra De F. Triplex autem est falcidia, vna debita iure nature, alia iure institutionis, tertia dicitur quarta trebelliani quę competit heredi instituto qui rogatus est hæreditatem aliis restituere distinct. 2. responsa de testa. c. raynutius. & c. raynaldus.

Lex flauia de plagiariis eos prosequitur qui liberos aut seruos vel filios alienos ab vrbe vel de vna prouincia ad aliam subducunt & eos vendunt fraudulenter insciis dominis & patribus vt. ff. ad leg. fal. de pla. l. fi. & l. lege. & l. eum.

Sunt qui malunt legere, lex famina de plagiariis. Sunt qui legātes fannia. Tu vide catellianum cottā in dictione plane plagiarii nomine.

Lex fusia (alias fusia vel suffia) canina non permittebat in testamento manumissione, fieri vsque ad certum modum vel numerum seruorum, licet inter viuos sit. sed hō die ista sublata est, & multomagis hoc liceret in vltima voluntate. Et dicitur canina fortes quodam inducta quis canis vocabatur. Nā canis naturam seruabat, quo stat ī palea, quam nec sibi habere potest, nec alij fauet, vt sit consonans rei nomen insti. de don. §. est & aliud. Talis ergo moriebatur tanquam canis, quia non poterat tenere seruos, nec libertatem patiebatur eis dari. insti. de le. fusi. cani. tol. in gl. j.

Lex heliascentia deditiorum est de latina libertate, de qua insti qui & quibus mo. manu. non poss. §. eadem lege elieścentia. vbi dicit qđ domino minori 20. ann. non aliter manumittere permittitur quā vindicta (ideſt uirga prætoris) apud consilium (ideſt apud locum consilii super hoc) iusta causa manumissionis approbata fuerint manumissi. vt ibidem text. inquit.

Lex Iulia de adulteriis & stupro persequitur adulteros, si eos. qui siue virgines, viduas, aut honestas, aut honeste viuentes corrumpunt aut violant. Et non solum temeratores aliarum nuptiarum gladio punit, sed etiam eos, qui cum masculis nephandam libidinem exercere audent, siue non verentur. in stit. de publi. iudic. §. item lex. Iul. de alter. & ibi per totum de legibus hic positis. quia publica iudicia sunt.

Lex

Lex Iulia de ambitu punit eos qui per ambitum seu ambitionem muneribus datis ad honores seu ad officia publica accedunt seu succedunt.de quo instit.de pub.iudi.§. sunt prẽterea.in gl.& in l.j.ff.ad l. iuliam de ambitu.

Lex iulia lese maiestatis eos punit qui in principem aut in remp. aliquid committunt & machinãtur. Et est contra talens statuta pœna capitalis.Item ꝙ vsq; ad quartam progeniem non succedunt nati ab eis nisi per principem dispensetur cum eis,& sic pœna eius anime amissionem sustinet.vt C.ad l.iuliã ma.§.publica autem.

Lex iulia repetundarum loquitur de his plectendis quo tempore administrationis aliquid acceperint vt iudicarent vel non iudicarent,vel aliquem in vincula coniicerent, vel non.Ad hoc enim competit vt datum reseruetur, & ꝙ alter puniatur. Vltra hoc etiam competit contra eosdem illis qui ipsis aliquam violentiam passi sunt, vt si coactus fuerit quis a talibus venderem suam minori pretio quam valebat,& in similibus casibus. ff. ad legem iuliam repe.l.j.3.4.& 5.

Lex iulia de residiuis punit eos qui officium publicum ad administrationem habuerunt, & tempore administrationis seu publicam pecuniam quem acceperunt in quod cunque negotium erogandam, retinuerunt, & non erogauerunt, vel qui rempublicam quam acceperunt trahendam in communi erario,non reposuerunt ibidem,sed pœnes se furtiue & dolose retinuerunt,vt.ff.ad l.iuliam pecul.l.2. & l.4.§.lege.

Lex iulia de vi publica punit eos qui vim cum armis fecerunt vel intulerunt. & est pœna deportationis,vt instit.de publ. iudi.§.itẽ lex iulia.

Lex iulia de vi priuata punit eos qui sine armis vim inferunt publicatione tertie partis, bonorum. Si autẽ vi raptus virginis vidue vel sanctimonialis aut alias fiat faciẽtes & opem flagitio dantes pœna puniuntur.instit. de publi.iudi.§. item lex iul.de vi priua.

Lex iulia norbana loquitur.de latina liberta.vt instit.de li.§. libertinorum antem.

Lex iulia de annona cõpetitur contra illum qui facit vel procurat annonam fieri cariorem, quia in hoc leditur respublica. vt ff. ad l. iul.de anno.l.2.

Lex iulia peculatus competit contra illos qui pecuniam vel rempubli. vel sacram vel religiosam furãtur puniuntur autem, vt.2.institu. de pub.iu.§.lex iul.

Lex iulia miscella (alias viscella) habet locum quando maritus relinquit vxori in testamento aliquid sub certa conditione si alteri non nupserit. Et conditione non seruata non tenetur hæres relictum per istam legem.Et qualem faciat cautionem.vide in authẽ.cui relictum.C.de indict.vidu.tol.& de l. iul.misce.tol.l.ibidem.

Lex hortensia lata. i. facta. & a rege nomen lortia est, qui eam statuit & fecit,quæ cõcordauit inter plebem, & populũ & principem qua constituitur vt non minus aut plus valeat plebiscita quã lex populi.de quo inst.de iur. na.gen. & ci.§.sed & plebiscita.

Lex papia patrum continet premia pro suscipiendis liberis, & dicitur a papio authore alias papiniana, a papiniano authore vide de hoc inst.per quas perso. no. ius acqui. in §.sanctitum etenim.

Lex

Lex Pompeia de parricid. (alias par ricidiis) punit eos quo patri aut matri aut auo, aut proauo, aut alte ri de conſanguineis, aut parentibus ſuis mortem infligunt. Et ſtatuit illa lex pœnam acerrimam ꝙ tales inculeo.i. corio bullito conſumantur, in quo ponatur vipera cũ ſimia, canc, & gallo galinaceo & in mari vicino ſic proiiciantur, vel in flumine propinquo ſi mare nimis remotum fuerit. De his omnibus.no.inſti. de pub.iudi.§.alia deinde. Lex populi antone matice dicitur lex per excellentiam.

Lex publiciana dicta eſt a publiciano prætore authore. Require ſupra Actio publiciana.

Lex rhodia de iact. ſubuenit his quorum merces cauſa communis periculi euitãdi eiecte ſunt, & propter iactum nauis ſalua facta eſt. Quibus datur actio contra magiſtrum nauis, vel eos quorũ merces ſunt ſalue. Et dicitur rhodia ab inſula rhodo alias rhodoſis in qua antiquitus plurium fuit vſus mercatorum, & dicit gloſſ. hęc iniquiſſima eſt, ſcilicet pro patientibus naufragium, omnia auferant inhabitatores, vt l. modeſtinus. ff. eo. tit. hodie autem excommunicati hac lege vtentes. vt diſtin. 2. quidam. & ſequen.

Lex ſatyra eſt que de pluribus reb. ſimul loquitur, dicta ſic a copia rerum, & quaſi a aſturitate. Vnde & ſatyra ſcribere eſt poemata varia cõdere. vt Horatij, Iuuenalis. Perſij &c. diſt. 2. cap. ſatyra. Et ſecundum Iſido. lib. 5. de qua. C. de la. li. tol. l. vnica. in princ.

Lex attilia loquitur de commiſſione tutele in prouinciis præſidibus eorum. Rome prætori vrbano & maiori parti tribunorũ plebis de quo vide inſt. de attilia. tu. per to.

Lex vicellia loquitur de liberto appetente ea que ingenuis tantum competunt, priua. honores & dignitates aſſerendo ſe ingenuũ eſſe ff. de qu. ff. de ſta. homi. l. ingenuũ.

Lex viarum dicitur ſolitaria per excellentiam.

Lex municipalis dicitur quã aliqua ciuitas conſtituit ſibi. & eſt ius ciuile inſt. de iur. na. gen. & ciui. §. j. in tex. & glo.

Lex canonica appellatur diuina. cap. nimis. de iure iur. c. j. de iur. cal. & lex ciuilis dicitur ex humana. c. 2. de preſcr. lib. vj. poteſt tamen ius canonicum etiam dici lex humana, quia ſunt in eo multa ab homi nibus ſtatuta, licet reſpectu aliorũ iurium ciuilium dicatur lex diuina. Similiter lex ciuil. poteſt dici diuina aliqui reſpectu, imo ſacra dicitur, & per ipſam quis religioſus efficitur. vt C. de legi. conſtit. l. leges. Quare imperator dicitur religioſiſſimus in proh. inſtit. vide c. quo iure diſ. 8. & l. fi. C. de præſc. lon. temp. & Arch. in verſi. humane. c. fi. de preſcri. lib. 6. vbi dicitur quod leges diuinitus per ora principum ſunt promulgare. 16. q. 3. nemo. 11. q. 3. imperatores. Et aliquando vocantur leg. public. 3. q. 5. c. de accuſationibus. Aliquando leges exterorum. vel leges ſeculi. vt ibidem. Sed canonice diuine dicuntur. 3. q. 5. quia ſuſpecti. & canonibus & legibus quelibet ſtudere deberet, quia permittitur quenquam in eis peritum in paupertate viuere, vel anxietate mori vt inquit iuriſconſ. in auct. de hær. & fal. §. fi. col. j. & in prohe. ff. vbi dicit tex. legũ oratores ditiſſi efficiantur. §. nos vero. & gl. in verſi. ditiſſi. ponit verſus. Dat galineus opes, & ſanctio iuſti. Ex aliis paleas, vt ſupra de A. in dictione ars.

Legius.

Legius. Require supra homogium legum.

DE LANTE I.

Libellus pluribus modis accipitur, vt not. Specu. in tract. libellorum. Quandoque enim dicitur paruus liber codicillus, vel schedula in qua actor causam & actionem exprimit, & est duplex. Quidã est accusationis, & ille in criminalibus locum habet. Et qidam conuentionis, & ille in ciuilibus, vt est gl. vnica. in prin. c. i. de libel obl. Et debent plura contineri in libello, vt in his versibus continetur. Quis, quid coram quo, quo iure petatur, & a quo. Recte cõpositus quisque libellus habet. Nam libellus couuentionis debet continere nomen actoris scilicet quis sit qui cõueniat. Et quid petatur. s. rem quæ petitur & nomen iudicis, scilicet coram quo agitur, & ius quo res petitur, sic causam petendi. Et nomen rei. s. a quo res petitur, etiam tempus & diem in quo libellus datur. Sed in libello accusationis contineri debent nomen accusatoris, nomen rei & iudicis, & crimen de quo agitur, & quandoque persona cum qua crimen dicitur commissum & locus in quo, & dies accusationis coram iudice, & mensis in quo crimen est commissum, sed diem & horam ibi ponere non est necesse, secundum Gof. quandoq; & secundum ponitur pro pane azymo seu sub cynericio. vt C. de epi. au. l. iudices vbi rex. inquit ꝙ in carceratis debet victualis substantia ministrari vel tradi libellis duobus aut tribus diurnis. Et dicit ibi gl. j. panib. a libet libi, vel a liba libe, quod est panis albus vel subcinericus, & sic libellus diminutiuum est. vnde dicitur. Pueri noluit libum a sacerdote accipere. in authoritate ibi alleg. Quandoq; & tertio capitur pro precibus principis oblatis. C. quando libel. prin. obl. lit. cont. fa. Quarto pro iudice deleg. ff. de offi. cõsu. l. ne quisquã. Quinto pro scriptura demandatoris. Sexto pro scripiura recusationis. Septimo pro scriptura quã vir dat vxori quam repudiat & ille dicitur libellus repudii. Octauo pro scriptura appellationis. ff. de appel. l. i. Nono pro scriptura quã iudex dat appellanti. s. pro apostolo de appel. c. cordi. lib. 6. Decimo pro scriptura infamatoria quæ dicitur libellus famosus, quam nullus scribere debet, nec dictare sub pœna capitis, secundum leges. Proprie tamen libellus est scriptura agentis, quęstionem continens, & facturam actionem deprom ens. & dicit. Cy. quod est breuis scriptura intentionẽ actoris accusatoris contra reum clare depromens. Et sic libellus non debet esse verbosus, vel vtens superfluis nec obscuris, vel alternatiuus, quia alternatiua ponit obscuritatem, vt not. in glo. in l. si rem. ff. de rei vendi. Est tamen libellus incertus admittendus vbi in certitudo prouenit ex facto aduersarii iuxta nota. in c. significantibus. de libell. obla. Et ꝙ quandoque libellus alternatiuus admittatur no. ibidẽ, videlicet de consuetudine, nunquam tamen de rigore iuris. instit. de act. §. sunt & alii. alias. §. sed. iste quidẽ. & ea quæ sunt consuetudinis obseruantur. ff. de edil. edic. l. quis sit fugitiuus §. apud labeonem. & melius eod. tit. ꝙ si nolit §. qui mancipia. & glo. in c. abbate sane. de iudi lib. v. in glosl. in versi. dominii vel quasi quæ est ele gãtissima & aurea dicẽda. Vel sic. Libellus est breuis membrana actoris petitionem cõ

pletes. Dicitur aũt libellus a libro diminutiue propter ſui breuitatẽ ſicut codicillus codice ſecundum Spec. in tit. de lib. concep. in princi. vel dicitur a libra. i. iuſtitia vnde iudex debet ſtateram equalance miniſtrare. 45. diſtin. omnia. 24. quæſtio. j. offeramus, & c. abbate ſane. de re iudi. li. 6. §. prefatus ergo. & cap. j. eod. titu. lib. 6.

Libellus repudij. Require Repudiũ.

Liberalis cauſa eſt quando principaliter mota quęſtione ab aliquo dicitur aliquis ſe alius ſuus ſeruus eſ ſe ipſe vero cõtendit ſe eſſe liberũ. Si vero confiteatur ſe eſſe ſeruum non actoris. ſed alterius nõ eſt cauſa liberalis, ſed cauſa dominij, & cauſa hic ponitur pro iudicio.

Liberi ſunt qui ex ingenuis naſcuntur, fiunt autẽ liber qui manumittuntur. Et dicuntur a libertate, & ſunt filij & filie, & ceteri omnes in recta linea deſcendentes vſque ad trinepotes, & vlterius dicuntur inferiores ſeu poſteriores. Similiter parentes dicuntur omnes aſcẽdentes per paternam ſeu maternã cognationem nobis coniuncti vſq; ad tritanũ, & vlterius dicuntur ſuperiores ſeu maiores. Appellatione ergo libertorum intelliguntur nepotes ex filijs & alijs deſcendentibus. ff. de verbo. ſignifi. l. liberorũ & hęc ex maſculis. Sed appellatione filiorum regulariter non comprehenduntur nepotes. inſtit. qui dat. tut. poſſ. in fine. & eſt gloſſ. ſuper verbo. liberi. in clemen. vnica. de baptiſmate. facit glo. in ca. præſentia. de proba.

Libera. hęc dictio ſignificat poſſit fieri libere quod mandatur, nõ tamẽ ſignificat vltra mandatũ generale & ſic non viderentur cõceſſa quæ requirunt mandatum ſpeciale. Et hoc de vſu cõmuni, licet ſecus ex ſignificato attento de iure ſcripto. Tunc. n. ſignificat poſſe fieri quod ſine mandato ſpeciali non fieret, excepta denotatione. l. procurator generaliter. ff. de procuratoribus. iuncta l. filius ff. de dona. Significat ergo quòd poſſet alienare, quod non poſſet procurator cui eſt conceſſa generalis adminiſtratio non expreſſo verbo. libera cuius ſignificatum addit & operatur, non autem ſignificat donationẽ, quia donatio ex natura ſua eſt gratia. Vñ not. ſecundum Bar. in l. qui rome. §. callimachus. ff. de ver. ob. Verbũ libera in illo tantum operatur ad quod refertur verb. gr. dicendo cõſtituo te procuratorẽ ad agendum & defendendum litem conteſtandam, dans & concedens liberã poteſtatẽ &c. non videtur cõceſſa adminiſtratio cauſe, ſed ſolum inſtantie, quia hęc verba importãt, & de cauſa non poſſunt tranſigere, ſed ſolum de inſtantia. Item ibi conſtitutioni procuratorem ad recipiendam ſolutionem dans ei liberã poteſtatẽ, ibi poteſt prorogare terminum. facit de procura. qui ad agendum. lib. 6. & l. duo ff. de admi. tut. Idem de verbo plena. l. ſi procurator. §. quòd ſi plena. C. de procura. Idem ſi dominus conceſſit ꝓ ꝓcurator poſsit ꝓ ipſe dñs licet nõ expreſsit verbũ libera vel plena poteſtate. l. creditor. §. lucius. ff. man. Idem ſi dominus ꝓmiſit ſe ratum habiturũ quicquid per ſuũ procuratorẽ actum ferit. l. j. ff. de procu.

Libera poteſt illud fieri quod nõ dependet ex conſenſu vel licentia alterius Panor. in ca. ſtatuimus. in j. not. de regula. adde eundem Pan. c. lator. in fi. de homi.

Liberatio ſumitur pro diſpoſitione liberatoria, & ſignificat diuerſimode. Nam ibi teſtator legat debitori

ſuo

ſuo qui ſolus eſt liberationem, ſignificat debitor agere poſſit contra hæredem vt eum liberet per acceptilationem.l.2.§.nunc de effectu.ff.de lib.lega.quia quando teſtator dicit volo liberari, vel lego liberationem, ſignificatur quod vult ab hærede liberari, ex communi modo intelligendi. Item ibi duo ſunt rei promittendi qui tenentur ad idem debitum quilibet inſolidũ, teſtator legat vni liberationem.ſignificat quòd ille poſsit agere, cõtra hęredem vt liberetur per pactum.Sed alter non liberatur niſi illevnus liberaretur ex maiori,vi,videlicet acceptilatione. Nam tunc etiam alter liberatur, ſicut acceptilatio capitur pro tali ſolutione,quòdvno ſoluente,alter liberatur.ſecus in pacto.Sed certe pactum liberationis in ſimplici ratione valet tantum ſicut acceptilatio.Item duo ſunt rei promittendi ſocij vni legata eſt liberatio,ſignificat quòd etiã ille cuius nomẽ aſcriptum non eſt,habetur pro legatario,& ſic agere poteſt vt liberetur ſicut ille qui nominatus eſt, & hoc ſi teſtator ei prouidere voluit,quod probatur ex ſimilib.cõiecturis ſufficienter,quia in cõtrahendo ſocij ſunt.Et intellige ſocios ſecundum Bar.quibus omne lucrum & damnum eſt cõmune in illo debito.Itẽ ibi duo ſunt rei promittendi non ſocij,facti debitores ex pecunia quæ puenit ad vtrunq; vel conuerſa eſt in cõem vtilitatẽ teſtator legat liberationẽ vni.non liberabitur acceptilationẽ,ſed per pactum, & iſtud pactum proficiet etiam alteri in parte ſeu medietatis debiti. Et ſic intellige quod not. glo.in §.nunc de effectu.præalleg. Conclude ergo,aut ſunt ſocij,& liberatio fit per acceptilationem,& ſic facta vni prodeſſent alteri, ſed iſte alter, non legatarius non poteſt agere niſi vbi teſtator ei prouidere voluit.Aut nõ ſunt ſocij,& tunc liberatio ſit per pactũ de non petendo,& prodeſt alteri in medietate, vt in altera medietate tantũ conueniatur.Item not. quòd pactum factum vni prodeſt alteri, prout actum eſt,& non alias. nã ſi eſt actum ius ex eo quæri.n.illi cui fit illi quæritur tantum.Si vero actũ eſt ius quęritur vtrique tunc quęritur vtrique.In dubio vero pactũ factum reo prodeſt fideiuſſori, ſed non pactum factum fideiuſſor ecõtra prodeſt reo, niſi vbi fideiuſſori fit appellatio,& principalis obligatus eſt re, quia tunc hæc acceptilatio reſpectu principalis cõtinet pactum quod ſibi prodeſt.l.& per iuſiurandum.§.& ſi fideiuſſori. ff.de accu.Poſſet tamen dici quòd principalis liberatur ipo iure,quia hoc fit per conſequentiam, vt ibi not. In acceptilatione autem ſi fit principali prodeſt fideiuſſori.Facta autem fideiuſſor prodeſt ei tantum ſi hoc eſt actum.In dubio prodeſt principali, licet non ſemper prout notatur in l.ſi quis reum.ff.de lib. leg.Et finaliter concluditur quòd liberatio legata vni perſone invna re,vel in vno debito, ad aliã perſonam,aliam rem,vel aliud debitum extenditur ſi hoc diſponentẽ quouis probabili medio voluiſſe ſignificatur. Et liberatio generalis nõ comprehendit non contineri aliquod medium concludit. Et liberatio conceſſa ſpecialiter,generaliter inter viuos, & in vlt.voluntate ſignificare quod ius medium probabile declarat.

Libertas eſt res ſpiritualis, & ideo poteſt venire in commutationẽ cũ alio ſpirituali.de re.pmu.c.ad qõ-

nes.de ser.non ordi.c.nullus.in gl. vlti. Itē libertas est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. insti.de iur.perso.in princip.& hæc facultas quauis late pateat, tamen ei quandoque resistitur de facto.et quandoque non possumus quod desideram⁹, vel de iure.vt oñ facere furtū aut rapinā prohibemur.

Libertas latina fuit libertas quæ habebat, quòd si moreretur ille cui dabatur libertas tunc tenuit, sed si superuixit tunc non tenuit. Sed hodie est correcta per.l.j.C.de la. lib.tol. Require supra latini. Et dicebatur latina per similitudinem. Nam vt Romani nominati sunt, quia Romanis subijciebantur, & incolumes mittebantur. licet secundum rem latini vel Romani nō essem, illa libertas latina dicebatur cum non esset vera libertas.

Libertas deditia. Require supra deditia.

Libertas fideicommissaria est quā testator directe nō voluit cōpetere, sed p manumissionē alterius cuius fide hoc cōmisit. s. vt manumitteret. libertas testamentaria est quæ ex ipso testamento directe competit, vt. C.de testa.ma.in prin.in gl.

Libertas vindicte est quæ fit per vindictā. C.de vin.liber.in prin.glo.

Liberti siue libertini sunt qui ex iusta cā a seruitute manumissi sunt, nec est inter eos differentia. licet quidam minus prudenter dicant libertinum esse filium liberti. Vnde libertus meus vel libertinus dicitur ille qui seruus me⁹ fuit sed manumissi eum, & ego ipse dicor patronus. de quo super versicul. in seruitute. insti.de liber.

Libertus abortiuus est qui in testamento eius qui abortus est, id est mortuus manumittitur.

Imo vero libertus orcinus dicitur ab orco, quod ab eo manumittatur, qui ad orcum tendit. Alij libertum orthimum vocant, a greca dictione orthos directum vt directum libertū intelligas. Vide Alcia.in dictione orcinus.lib.præte.j.

Libertus assignatitius est quem patronus eius cuius ex liberis suis esse velit, ei assignauit.

Libitum dicitur quod iure licet. sem per in princ.ff.de rit.nup. aliquando etiam dicitur & quod de facto licet. l.prima.§.si cui ventrem. & ibi gloss.ff.de ventre inspi.

Librarius est qui libra apponēdo pōderat, causas rerū determinat, vel est libros vendens & custodiens.

Libra auri constat quandoque ex c. aureis. Bar.in auth. sed nouo iure. C.si cert. petat. hodie vero constat ex.96.ducatis Venetis Bartol. in l.quoties.de suscep. & arca.libro.11.C.

Libripens idem est quòd librarius. de quo glo.insti.de test.ordi.in prin.

Liberatio sumitur pro dispositione liberatoria, & significat diuersimode, vt supra habetur. H.D.

Liceri vel licitari est rem appretiare vnde dicitur. Non curo centum greco vno obolo liceri. Sed licere actiuum significat rem pretio mensurabilem estimare, quanto pretio valeat. vnde versus. Diues in orbe licet, pauperem sed nemo licetur. Liceor enim est actiuum in significatione, & passiuum in voce. Sed liceo contra, vnde. Non licet asse mihi qui me non asse licetur. Inde licitari est frequenter estimare volo rem rei vendibilis. Et licitator idest suasor, vel procurator seu proxeneta.

Licitatio est venditio proposita, vt cum aliquis emptor in re ab altero volente emere pretium auget.

Vnde

Vnde quando aliqua res publice venialis exponitur, & vnus offert decem, & alter quindecim, quando proclamatū est quòd quis plus offert,eam habebit ille qui plus offert,dicitur alium vincere licitatione.vnde cum alterum sic intendit superare plus offerendo in qua cunque negotiatione licitatio est, & qui in licitatione vincit,rē fert. C.de sac.san.eccle.auct. qui res.& C.de fide instrumen. & iure haste fiscalis.l.quicunque lib.10.Et ergo licitatio subhastatio vel oblat. ad subhastationem. vt licitatio.ff. de pu.& ve.

Licitarij dicuntur qui emendo, vendendo, vel condueendo rem aliquam,vel negotiādo,aliquid aliud plus differendo,alter alterum contendit superare.

Licentia multiplex est, vt no.Arch. 24.q.2.si abstinere.

Lictor dicitur qui magistratus fert insignia l.ego cum in villa.& l.manumissio.ff.de manu.uindic.

Libitinarius is dicitur qui quęstui inseruiens sibitinariam exercet, qui que necessaria funeribus vendit, vel qui curam mortuorum ¦sepeliendorum habet, seu qui conducit funera,dictus a libitina dea,in cuius templo quæ ad sepulturam pertinebant vendebantur.Refert Seneca vota libitinariorum esse vt mortes plurimorum optent,quod illis quæstuosissimum sit, & de his intellexit Vlpia.in l.quicuuque §. idem ait.ff.de inst.act.

Lima est instrumentū fabrile & ferreum quo metallo roduntur, poliuntur,minuuntur, & purgantur 7.quæstio.j.§.cum vero.versic.ferrum.& gloss.in cap.pastoralis. de re iudi.in clemen.

Limites sunt fines vel termini regionū.inde limitare terminare dicitur vel restringere.vnde limes est terminus agris pōsitus, vel pratis seu campis, vel etiam dicitur meta. Sed limen est introitus domus.dictum a limite.Nam limina sunt edium limites vero regionum vel finium, de quo institu.quib.mod. ius pa.po.sol.§.dictum est aut.

Limes episcopatuum seu parochiarum sicut non potest prescribi, ita nec iura adherentia limiti, ne ex hoc oriatur confusio limitū, quod est menti tenendum secundū Pan. in c.cum sint.circa fin.de deci.

Limitanei dicuntur q̄ constituti sunt inter castra & ciuitates vel cōfinia oppida,vt limites defendant & colant,vt C.de fun.limi. l.vlt.in fin. li.11.Et dicit Accur.sup rub.ibidē q̄ quidā habent pro limitosis limitrophis,a trophos l.descriptio, & limites.1.descriptio ad vsū limitū, alias militū qui imperiū custodiūt

Liminarche dicuntur princeps locorū in quibus sunt diuersarum prouinciarū diuersarū aut regnorū diuersorū limites,& termini vnde ēt dicunt colliminache qui confinia oppida vel ciuitates tenent trans limitem locorum.

Liminarchæ est vocabulum græcum, qui limen portum dicunt hinc limenarche qui præsunt ore maritie maxime in hostium cōfinio de quibus meminit Archadius in l.munerum ciuiliū.§.qui annonam.ff.de mune.& ho.& Paulus in l.limenarche.ff.de ser.fug.& imperato.in l. non idcirco.C.de libe.caus.in quibus.tamen locis liminarcha legitur. tanquam a limine descendat, secundum glo.nostrā.Posset ēt forte dici liminarchas, absq; aspiratione,ideo sic vocitatos, quia ad hoc cōstituebantur vt hostes a lumine pellerent, & sic erit vocabulum latinū & compositum, & cōis lectio

seruabitur,& secundum hæc castiga verba imperatoris, in l.j. C.de offic.comiori. vbi alitarchia mendose legitur, pro limenarcha. i. liminum perfecta.

Linea est collectio personarum ab eodem stirpite descendentium diuersos gradus continens, & numeros distingens, & est linea graduū descendentium & collateralium l. j. & l.iurisconsultus.ff. de gra. affiit. diffinit. Ioā.and.in appa. suo super arborem consanguinitatis, vbi vide late per eum.

Linteum non dubitatur velum vocati.

Linteārii sunt qui lintea nauis vel naulum vel linteariorum negotiationem exercent &c.

Linteāria dicitur talis negotiatio.

Linteariosa vel lintearium est negotiatio linteariorum.

Litem pendere est litem cōtestatam esse, vel litem in incerto esse, cum ambiguus sit eius exitus euentus. nam litis & iudiciorum euentus est incertus.ff.de pecul. l.quod debetur. Pendere autem dicitur lis per appellationem, vel recusationem consultationem vel relationē vel quandiu diffinitiua sententia non est lata.de quo per doctor. vt lite pend.per totum.

Litem contestari dicitur quando actor proponit intentionem suam & actionem coram iudice contra aliquem.& illa statim.negat, tunc est lis contesta. Et dicitur pendere nam in suspenso sunt omnia donec lis sopiatur.i.terminetur,vt ad superiorem negotium trāsmittatur. Et dicitur lis pendere quoad hoc vt mihi innouetur quatuor cōcurrentib. Primo quod citatio emanuerit.Secundo ꝙ a iudice competente. Tertio ꝙ ad partem peruenerit,vel a parte impediente factū sit quominus peruenerit. Quarto ꝙ in ea talia sine expressa per quę pars instruatur super quibus conueniatur,vt in cle.fin. vt lit.pend. Et potest addi quintum,vt ibi no. quod emanet & perueniat debito tempore.

Litis contestatio est negotij principalis ab actore & reo hincinde facta narratio. quam narrationem præcedere debet libellus, nisi forte de consensu partium remittatur. Fit autem litis contestatio coram iudice per narrationem actoris, & contradictoriam responsionem rei,vt quia negat, vel per aliquam exceptionem quam opponit animo contestandi litem. i. ea mente, vt in causa procedat vel resistat. Est ergo litis contestatio secundum Gof. hincinde apud iudicem negotij principalis facta narratio per principales personas, nō per aduocatos,nisi forte principalis adeo fuerint indiscreti, vt eorū defectus de licentia iudicis per alios suppleantur. vt in cap. pastoralis.de iudic. Et litis contestatio in initium actionis & conflictus. in causa. de hoc vide glo. bonam. in c. dudum. 2. in verbo prøpositam.de elect.quomodo & quando fiat litis contestatio.

Litigiosa res est mobilis vel immobilis res vel se mouens, de cuius dominio causa mouetur inter petitorem & possessorem conuentione iudiciaria, vel precibus principi obligatis, & iudicibus insinuatis, & per eum futuro reo cognitis.ff. de litig. aut. litigiosa. Fit autē res litigiosa incontinenti oblato libello. Alij dicunt rem litigiosam non esse ante lit.contest. de hoc glo.in c.j.vt lit.pend.lib.6.

Lisa contentione limitis prius nomē sumpsit,de quo Vir. limes erat

positus

positus litem vt discerneret agris c.forus.de verb.sign. ad medium. Et lis dicitur mota cum fuerit cõtest.c.ex parte.2.de verbo.sign.& c.aduersatio.de except.

Litis quasi contestatio est quando aliquis conuentus in iudicio super rebus mobilibus,quas possidet nomine alieno, nominat dominum in iudicio, & accipit inducias ad denuntiandum domino vt ad iudicem veniat vel mittat. Si autẽ ipse dominus non comparet in termino sibi dato, tunc lis quasi contestata est dominum, siue habetur pro contestata, ad interrumpendũ longi temp.præscrip. vt in c.quoniam frequenter.§. in aliis.ver.ꝙ si super.vt lit.non contest.

Literis dicitur obligatio contrahi, quando quis confitetur in aliquo instrumento se recepisse pecuniã quam nondum recepit, sub spe numerationis future sibi faciende, prout a creditore eidem promissum extitit.illi competit astio nõ numerante pecunie si exigitur ab eo debitum antiquam recepit.

Litere de rato dicuntur procuratorie quia cõstituens procuratorem semper adiicit in fine quod quicquid procurator fecerit super causa ad quãm datus est, gratum, ratum.& c.habebit.vt in ca.cum dilectus.de relig.domi.in glo.

Litigatoris nomine non solum actor sed etiam reus intelligitur,vt in c. j.de litis contest.lib.6.

Liuellus differt a feudo, primo quia in eo iuratur secus quam in liuello. Item feudum datur amore, liuellus vero pro mercede. Item in feudo non succedunt femine, in liuello secus, & de multis aliis differentiis vide Fel.in c.ceterum.col. 5. & sequen. in versiculo 9. fallit de iudi.

DE LANTEO.

Locatio est persone vel rei ad vsum facta concessio vel mercede vel pecunia numeranda conuenta, alioquin de alia re erit contractus innominatus, de quo vide not. per docto. de loca. & conduct.super rubr.

Loculus est bursa vel marsupium. in c.j.de depos.i.in gl.dominus loculos habuit vt indigentibus subuenire. 12.q.j. habebat dominus loculos.

Locator est ille qui rem aliquam pro certo pretio vel certa mercede alicui vtendam concedit, vel alium re sua mercede sibi connenta vti permittit, vt cum loco tibi domum meam ad habitandum in ea: ego dicor locator, tu vero qui sic vteris seu ad vsum recipis,conductor nuncupatis, vt in c.j.de loca. & conduc.

Locati actio. Require supra. Actio locati.

Locuples. Require supra bona liberorum.

Locus religiosus. Require infra religio.

Locus sanctus dicitur qui firmus est, virtutibus munitus, Domino quidem quod sanctum scilicet a sanguinibus.i. peccatis immolari debet.de quo insti. de rerum diui.§. sancte quoq; res.

Locus insignis secundum Ioã.and. in c.statutum.de rescr.lib.6.est ciuitas. licet ibi non sint periti. Et de hoc dat ibi rationem.Sed secundũ Inn.Host.Abb.non sufficit esse ciuitatem,nisi sit ibi pia peritorum. Com.dicit sufficit si de vicino loco possunt haberi periti Pau. de Leaza. in cle. vnica. de foro competen. dicit insignem locũ in quo potest copia haberi necessariorũ pro episcopo, familia, & equitib.

ſuis,licet nõ ſit copia peritorum.

Loca vicina quæ dicantur, vide Panormit.in cap.ſuper ſpecula. in fi. de priuileg.

Loci adiectio ſignificati diuerſimode diſponit verbi gratia teſtator dicit.Titio lego centum quæ ſibi volo ſolui de pecunia quam habeo in tali loco, puta tali caſtro tali arca.Et ſi in illo loco nihil eſt,tũc nihil debetur,ſi minus eſt,nihilominus tota pecunia debetur l.quidam teſtamento.ff.de lega.j. Lucius.ff.de ali.& ciba.de vbi teſt.legauit alimenta libertis,poſtea ſcripſit q̃ ex certis fundis percipiantur ſi non poſſunt percipi ex illis fundis,aliunde debent ſuppleri.facit l. Paulo Callimacho.§.fi.ff.de legatis tertio. Ratio quia locus hic apponitur ad demonſtrationẽ vnde ſolutio fieri poſſit, & non ad taxationem ſeu reſtrictionem legati,quare legatum non reſtringitur, etiam qua legatum fuit factũ in genere,& ſic remanet in genere. & adiectio loci refertur ad deſignationem fiende ſolutionis. Et quod de legato dicitur, idem in contractu intelligitur paritate rationis,vt ſi dicatur.Promitto tibi centum ſoluenda de pecunia quã habeo in tali loco. Et ibi lego vel promitto decem quæ habeo,in arca ſi nihil eſt nihil debetur ſi minus eſt illud tantum debetur l. ſi ſeruus.§.qui quinque.ff. de lega.j.quia locus adijcitur ſumme immediate,& per hoc ſignificatur q̃ illa ſumma quæ ibi eſt debebatur, & non alia. Vnde teſtator vel promiſſor ſe refert ad illud corpus pecunie quod ibi eſt, & ideo ſi nihil eſt,nihil debetur,vel quatenus eſt eatenus tãtũ debetur. Cetera multa exempla ponit Petrus burgundi.§.ſacramenta l.inter ſtipulantẽ ff.de ver.ob.& finaliter loci adiectio operatur quod ratio dictat, vel lege diſponitur, vel prout voluntas diſpouentis dictat, quam quoduis medium probabile declarat. vt l. cum certus. ff. de vino tritico & oleo lega.ſi debitor.§.j. ff.de cõtarahen.emp.& vend.l. eũ qui Kalendis.ff.de verbo. obliga. l.legatum.§.vim.ff.de annu.lega. cum ſimilibus.

Logographius .i.ſcriptor publice rationis,& dicitur a logos ſermo vel lexis ratio. & graphos ſcriptura, ſecundum Accurt. in rubr. C. de tabel.ſcri.& logo lib.10.

Lolium herbe genus,alio nomine zizania dicitur, vt etiam declarat glo.in cle.dudum de ſepul. in verbo zizania. Proinde corrigenda ſunt verba Celſi apud Vlpianum in l.ſi ſeruus ſeruum.§.inquit lex. ff.ad l.aquil.dum quærit ſi lolium aut auenam in alienam ſegetem. caſtiga ſi lolium.

Lorice genera ſunt armorum, vt in aut.de armis.§.penult.

Longa conſueto eſt quæ 10. vel 22. annis inducitur & multomagis longo tempore,vt ſi.30.vel 10.annis perdurat.

Longum tempus, longiſſimum & longeuum.vide AZO.in ſum. quæ ſit longa conſuetudo. §.j. & dicitur longum tempus inter prẽſentes decennium,& inter abſentes vicẽnium.l.fi.C.de prẽſcrip.long.tempo.&.§.j.inſt. de vſuca.

DE LANTE V.

Lucifacere .i.acquire.

Lucrum refertur ad omnia prouenientia ex proſperitate fortune qualiacunque ſine,quæſitus tamẽ comprehendit ſolum lucrum prouueniens ex induſtria perſone, vt eſt text. & glo.in l.& ſi adiecit.ff. pro ſocio not.Abba.in ca. fedes, num.

num.13. de reſcript. Quæ autem ſint honeſta lucra. vide Spec. in ti tul. de cleric. coniuga. verſic. ſed quam dices.

Luctus tempus alii uſque ad trigeſimum diem, alii vſq; ad quadrageſimum obſeruabant 13.q.2.& femina ſi nubat intra tempus luctus infamis eſt contra leges ciui. vt. C. de ſecun. nup. l. j.& 2.

Luere .i. liberare unde dicitur, pignus luitur. i. liberatur. Alio mõ accipitnr pro puniri, vnde dicitur Luo penas. i. punior. Vnde. Ereluo pignus penas cruce, luce tenebras. Dicitur & luere quando ſalitur ouis. De primo ſignificato. vide inſti. de leg. §. ſed & ſi rem.

Luere debet in corpus obligatus ad pœnam pecuniariam pro maleficio commiſſo, ſi non eſt ſoluendo, ſecus ſi eſt obligatus ex contractu vel quaſi, quia tunc expectatur donec peruenerit ad pinguiorem fortunam. Panor. c. ſtatuimus in 3. no. de maledic.

Lugubrare .i. vigilare, & nocti proprie attribuitur. Sic dicitur, luna habet radios lugubres. & ſol claros. vide inſtitu. de leg. §. noſtra in tex. & gloſſ.

Lupinum eſt genus leguminis non minus terram appetens quam lupus pecudes & inde nomen ſumpſit, tellurem mirum in modum amat vt quamuis functeto ſolo cõiectum inter folia vepreſq;, ad terram tamen radice perueniat, & inter fruges enumeratur a Iuliano in. l. frugem. ff. de verbo. ſign.

Luſtrum eſt ſpatium quinq; annorũ vnde dicitur. Indictio conſtat ex tribus luſtris. i. durat vſque ad 15. annos vt extra de fide inſtr. inter directos. vide ſupra indictio.

Luxuria not. Archidia. de conſue. c. fina. lib. 6.

DE MANTEA.

Machinatio. vide ſupra dolus, & eſt quaſi aſtutum ingeniũ quid eſt quod homo ſemel deditus malitie non adueniat? in aut. vt hi qui ob. ſe habere perhi. res mino. poſt princi. cle. 6.

Magnanimitas eſt ornatus omniũm virtutum ſecundum philoſophũ v. ethi.& eſt magnanimitas in imperatore. l. j. C. de teſta. lib. 6.

Magnificus dicitur quaſi magna faciens,& ideo hoc verbum competit regi ex etymologia vocabuli. Ab. in c. nouit de offi. delega.

Magiſter nauis require. ſupra Actio. exercitoria & C. eod. titu. l. vnica libr. 12.

Magiſtri ſcriniorum dicebantur qui ſcriniis ſacri imperii præpoſiti erant, vel ſunt pragmaticarii, ſic dicti, quia pragmaticas ſanctiones, illas ſcilicet quas principes faciebant & ſtatuebant concilio procerum ſuorum ſcribebant, & exempla earum in ſcriniis repoſita ad memoriam cuſtodiebant.

Maior dicitur ille qui 25. annorum impleuit etatem. de quo no. inſtitu. de cu. per totum & per docto. de reſt. in inte. c. j.

Maior pars attenditur quo ad numerum & ſanior quo ad zelum iudicum. Vel poteſt dici maior pars quæ maiori innititur rationi, vt 9. diſtin. ſana. & 18. diſtin. capit. multis.

Maiuma eſt ludus qui vigebat in maio & dicitur a maio, vel maiũ gręce, latine ingreſſus ſcilicet eſtatis quando herbe frondeſq; virentes letificant. Inde venit maius. C. de maiuma in rub. lib. 11.

Maiuma erat quidam ludus qui fiebat in menſe maij not. C. de maiuma libr. 11. in rub.& ſic fieri debebat ut morum ſeruaretur honeſtas

ſtas,& verecundia caſtis moribus perſeueraret l.vnica eod.tit.

Mangones ſiue vertilarii ſunt qui in ſerui emendis vel vendendis mercationem exercent.

Magi ſunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. hi ſunt qui permiſſu dei maleficiis elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium& c.22.quæſtione v. nec mirum. Et ibi qui ſunt necromantici,hydromantici,& de auguriis & auruſpiciis quę omnia ibi reprobantur. Dicit enim Auguſtinus x.li. de ciuit. dei ibi ad finem,quod ideo quiſquam non debet eis credere,quia aliquando eueniunt quæ prędicunt,aut ſanare videntnr infirmos,aut ledere ſanos, quia hoc permiſſu dei ſit, vt ipſi qui hoc audiunt vel vident. probentur, & appareat quali fide vel deuotione ſint in gratia erga delu.Hæc ibi.

Macellare eſt mactare vel turcidare. Inde dicuntur macellarii qui pecora vel quadrupedia mactant, vt eſt gloſſ.v.in clementina prima de vita & hoſta. cleri.

Magiſter dicit ur qui præ ceteris alicuius rei ſine negotij curam gerit Et interpretatur ſyllabiliter quaſi in maiori ſtatu exiſtens,ſed literaliter ſic quaſi manum ac rem gerens inter ſcholares tenens eos rigide.ſed gloſſ.verbo capitu. j. de magiſter.dicitnr a monendo ſiue a moſtrando,vt.ff.de verbo. ſignifica.l.quibus vim. Magiſtratus,prætores vel conſules dicti ſunt,eo q̃ maiores reliquis officiis, & illi ſunt tanquam capitis principis membra,vt C.ad.l. Iulia .maieſta. quiſquis,Et horum alii ſunt maiores,alii minores,alij medii. Maiores,vt illuſtres,qualis eſt perfectus prætorio orientis, item illyrici itẽ aphrice,item vrbis Rome. Minores ſunt clariſſimi, puta præſides prouinciarum. Medi ſunt ſpectabiles vt proconſul. præfectus egypti qui dicitur auguſtalis.vt. ff.de officio præfecti auguſta.Eccellentiores prefecti ſunt præfectus prætorio orientes, & illyrici quorum officum eſt, vt ab eorum ſententij non appelletur. Item nec contra eorum ſententias datur, reſtitutionis ab ipſis. Item concedere poſſunt, leges. vt tamen non ſint contrarie generalibus legibus vel conſtitutionibus vt. C.de offici. præfe. orientes & illyrici l. formam.

Maioritas eſt multiplex,alia ordinis alia dignitatis,alia ſenectutis, alia prelationis, de quibes vide per Abba. in capitulo ſtatuimus. in princip.de maio. & obe vel dic. quod quis quis maior altero quatuor modis nobilitate, diuitiis potentia,& honore,ſecundum Abba.in capit. ſuper eod. de teſti.in verſicu. not. quatuor qualitates, & Felyn.eod.capit.verſi.not.2.ibi ſuperior.col.3.

Maledicus eſt qui obliquitur de homine detrahendo ei, & eum oblo quis deprimendo, vt ca.j.de cler. maled. Summa autem iniquitas eſt de rrahere, & omnis qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt 6. queſt.j. c. ſumma. & detractores fratrum homicide ſunt.de pe.diſt. j.homicidiorum. Non tamen ſemper peccant maledicentes. vt 23. diſtin.c.in nomine domini, in fin. vbi ponitur longa maledicio.quia maledicorum duo ſunt genera ca. cum ſcin.24.illi.Omnis enim blaſphemus dei & ſanctorum maledicus eſt c.ſtatuimus eod.tit.

Malefidei poſſeſſor eſt, qui ſic ſe alie-

alienum occupaſſe. §. quod autem inſti. de vſuc.

Malleatores adulterine monete ſunt qui falſam monetam malleant.

Mancipium eſt ſeruus vel ancilla, & eſt neutri generis in voce, ſed cōmunis generis in ſignificatione, & dicitur quaſi manu capium, & dicitur mancipium omne quod manu capi poteſt, ſicut homo, equus, & hoc generaliter, ſed ſpecialiter tantum ſignificat homines, quia tales erant ſerui capientium eos in bello iuſto.

Mancus eſt defectuoſus & ſecundū catholico dicitur quaſi manu curens, vt cui manus abſciſſa eſt, uel is qui imbecillitate dextere facilius vtitur ſiniſtra ff. de edil. edic. l. qui clauium §. pe.

Mandatum ſecundum Azo. eſt officium ab eo qui gratuito ſuſcepit exhibendum. Et dicitur mandatum quaſi manu datum. Quod enim aliquis per ſe facturus erat, alii gerendum committit contrahitur ſolo conſen. Et not. quod mandatum poſterius factum non derogat priuilegio niſi de hoc faciat mentionem capitulo graue. de offic. ordi. Item per mandatum generale non prohibentur niſi illicita capitu. ſuper quibuſdam de verbo. ſignifica. Item tantum valet mandatum generale quo ad omnia, quantum ſpeciale quo ad quedam de vo. & vo. redem. capitu. magne. §. j. Item rei turpis mandatum nullū eſt ff. mand. l. 3. Item quando mādatum vel pactum vnum continet in ſe duo quorum vnum eſt poſſibile, & alterum impoſſibile, non obligat in contractibus, vt ſi ego exiſtēs rome promitto tibi hodie dare x. exfrodie. Sed quandoque obligat ī iudiciciis vt ſi iudex mā det alicui q̄ compareat corā eo die impoſſibili, tunc tenetur comparere de impoſſibili ſecundum. Hoſtien. capitulo dilecti. de do. & contum. Item qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati inſtitutio, manda. §. ſi in qui. Item mandatum ſpeciale derogat generali, etiam ſi deo non facit mentionem capi. paſtoralis, de reſcrip. ſecundum Ber. in quæſtionibus & hoc fallit in quatuor caſibus. Primo in mandatis generalibus, quæ ſunt in effectu ſpecialia c. ex parte de offic. dele. Secundo in priuilegiis, de reſcript. cum ordinem. Tertio quando res non eſt integra. Quarto in legatis ff. de ſupel. leg. l. 3. Et differunt mandatum, iuſſio & pręceptum, quia miſſio importat neceſſitatem, nec finitur morte iubētis, quia ſucceſſor id facere tenetur. Mandatum vero importat liberam obſequendi voluntatem & finitur morte unde. Præceptum non præcipitat mors præcipientis Mandatū mandatore cadente cadit, ut no. de reſcrip. eam te & c. in his dever. ſig. Quidam tñ dicunt quod tam pręceptum quam mandatum finitur morte, ſi nominibus expreſſis ſcribantur ſecundum Ioa. And. 14. q. j. quod præcipitur.

Mandator dicitur ille qui aliquid mandat alicui vt ſibi vel alii aliquid faciant. Require ſupra fideiuſſor.

Mandatarius eſt qui mādatū ſuſcipit adimplēdum. Et quando mādatarius accuſatus de crimine cōueniri poſſit ex ſua perſona: vide l. nō ideo minus C. de accu. & inſcri. & no. in c. mulieres & c. vt fame de ſentē. excō. Et inter iſtos oriūtur actiones hincinde, quo ille qui ſic mādat alteri, cōtra illū qui mādatum

tum ſuſcipit adimplēdū,cū prius cogi non poſſe q̄ reciperet māda tum,cōpetit actio mādati directa inquantum eius inter fui factum fuiſſe quod mādabatur,Rurſus ip ſi mandatario qui mandatum ſuſcipit,competit actio mandati con traria ſi quas expenſas fecit vel impenſas ratione mandati ſuſcepti,inquantum non exceſſit fines mādati.Si vero mandatū exceſſit in impenſis factis,ipſas non repetet per actionem mandati contra riam.Sed inquantum vtiliter expendit per actionem negotiorum geſtorum repetet.

Manifeſtum eſt publica vel famoſa proclamatio ex certa ſcientia & certis authoribus proueniens. Et poteſt manifeſtum probari per multos teſtes vel authores, non tamen per tot quòd fiat notoriū vide gl.in c. conſtitutionum, de ver.ſig.li.6.& 6.q.placuit.Spe.ti. de noto.cri.§.ſequitur de manife ſto circa princip.vbi dicitur, manifeſtum eſt patet quod pluribus ſed non omnibus ſed notorium omnibus,patet, vt no. in l.ciues.C. de app.per Bal.& Butr.

Manifeſtum illud dicitur quod ex cōiecturis apparet c.j. & ibi Abb. in 2.not.de cleri.non reſi.

Manifeſte vel palam teſtari dicitur qui non in publicū hæredē nominat,ſed coram teſtibus qui ad ſolennitatem ſufficiant teſtatur.

Manet.i.tenet vel aſtringit ca. cum laicis de reb.eccle. non alie. Vbi dicitur q̄ laicis quāuis religioſis diſponendi de rebus eccleſie,non eſt data poteſtas,apud quos obſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi de conſtit.c. eccleſia ſancte Marie.

Manichei ſunt q̄ Chriſtū dñt non eſſe verū hominē, vt dicit glo.in l. manicheos C.de her.& mani.Extiterunt a quodam perſa quivocatus eſt Manes qui duas naturas & duas ſubſtantias introduxit.i.bonā & malā,& animas ex deo quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit Teſtamentum vetus reſpuunt,nouum ex parte recipiunt, ita dicit textus 24.q.3.c. quidam.ubi uarie ſecte hereticorum enumerantur & in l.arriani.C eo.De multiplici hereticorum nomine vide In d.c.quidam.

Manſer eſt filius illegitimus proprie deſcorto natus ſecundum Hoſt. quaſi vulgo quæſitus. Vnde ſm Abb.Manſeribus ſcortū, ſed mecha notisdedit ortū.Vt ſeges a ſpica,ſic ſpurius eſt ab amica. Dant naturales q̄ nobis ſunt ſpeciales c.niſi cum pridem de renuncia.in §.perſone in fi. vbi gl.

Manſus ſecundum vulgare Italorum dicitur quantitas terre quæ duobus bobus ſufficit in anno ad laborandum.

Manumiſſio eſt datio libertatis, id eſt detectio.ff.de acqui re.dom.l. adeo §.cum quis in fi.Sed ſecundum Pla.Ioa.& Azo.datur ſeruo libertas quam prius non habuit, alias nō diceretur dare ſibi.ff.de acti.§.ſic itaq; l.j.& glo. inſtit.de liber.in ver.datio.vbi videvtrum quis det quod non habe.& c.j.de ſup.negli.prela. vbi pro & cōtra de domino dante vſumfructū formalem,& de creditore transferente dominium pignoris.Et manumiſſus dicitur qui eſt liberatus a manu,& poteſtate domini. Nam quādiu in ſeruitute eſt, ſub manu & poteſtate domini ſui ē,ſed poſt q̄ manumiſſus ab illo liberat̄, ergo dicitur quaſi extra manum,id eſt poteſtatem domini ſui miſſus & talis dicitur libert⁹ domini ſui,

&

& dominus patronus eius.

Manumißio teſtamentaria, dici põt omne illud quodcunque ex cauſa teſtamenti præſtatur, vel propter teſtamentum contingit. Et nota. ad hoc quòd fiat manumiſſio inter amicos requiruntur quinque teſtes. C. de lati li. tol. l. vnica. §. ſancimus. Verum eſt in vltima voluntate. Sed ad manumittendum inter viuos ſufficiunt duo teſtes, vt notab. in gloſſ. & §. & lege prealleg.

Manuali obedientia not. de maio. & obe. his qui. de reſti. ſpoli. olim cauſam ad quam ſubditi tenentur præclaris ſuis ſine ſcriptura & iuramento, vt no. in c. legebatur. de maio. & obe.

Mappa, eſt ordinamentum equi. & ſunt linteamina alba, quibus cooperiuntur equi cardinalium, cum faciunt proceſſionem. nota. in authen. de conſuetud. §. quantumcunque.

Manipula, eſt quoddam ornamentũ, quod Imperator Conſtantinus Cardinalibus conceſſit. Alii dicũt manipula eſſe mirram epiſcopalẽ. vide Spec. in rationali diuinorum lib. 3. ſub rubr. de manipula. & videbis pulcherrima.

Mariti, appellatione non veniunt ſpõſi de præſenti in materia odioſa, ſecus in fauorabili, quia tũc veniunt ſpõſi de futuro, vt dicemus infra in litera. in verbo vxoris appellatione.

Maſſariatia eſt idem quòd ſupellex, valet omne vtenſile domus, cuius appellatione veſtis non continetur, vt l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j.

Maſticonium, eſt domus vbi leproſi congregatur.

Maſculinum concipit femininum, vt ff. de leg. 3. l. qui duos. & c. generali. de elec. lib. 6. & l. quicunque. C. de ſer. fug. & ſignificantur per dictionem maſc. gene. v. g. ibi. Filiis meis do tutores etiam filio ſignificantur. ff. de teſt. & l. ſi ita. Ratio eſt voluntas ex equali affectione prouidendi eis, vt tueantur & bona ſua conſeruentur. Sed ibi, filios meos exheredo, maſculinũ non concipit femininum, quia filia non comprehenditur l. j. §. queritur. ff. de vend. in poſ. mitt. quia maſculinum de ſe prolatum, non ſignificat femininum, ut eſt ibi aliqua coniectura probabilis, qua hoc concludatur, ſed eſt odiũ exheredationis quod dicat ſignificatum verbi non extendi, vt in regula odia de reg. iur. li. 6. Item ibi quicunque it vel proiicit de nocte per feneſtram nocens, ſoluit decem. ſignificatur etiam fœmina. l. quicunque prælleg. Et ſumitur ſignificatum extra paritate delicti. Similiter ibi. uirum ſanguineum, & doloſum abominabitur dominus, comprehenditur etiam fœmina ratione delicti quod odit etiam deus in mulieribus licet ceteris partibus magis peccet maſculus quam quod fœmina, quia ratio naturaliter in eo plus dominatur. Et ergo in crimine leſe maieſta. criminoſus punitur, & filii ſui vbi etiam filie comprehendun tur mitius, tamen puniuntur fœminæ l. quiſquis C. ad l. iul. maieſ. Item ibi, ſi mihi filius natus erit, ex beſſe hæres eſto, & ex triente vxor. Si vero filia naſcetur, ex triente hæres eſto, & ex beſſe vxor, ſi filius filia naſcuntur, hæreditas diuiditur in ſeptem partes, vt filius quatuor, vxor duas, & filia vnam habeat, ſic videtur voluiſſe teſtator, nam appellatione filij nõ continebatur filia l. ſi ita deo, de

lib.

libe.& posthum. Nec ibi significa tur fœmina, dicendo quis potest esse aduocatus in ætate 17. annorum patet exedicto de postulando quo prohibetur fœminæ postulare saltem pro aliis.l.j.§.sexum.ff. de postu. Et idem de procuratore quo ad esse procuratem in iudicio l. fœminæ.ff. de procurato. Idem etiam in teste ad testamentum,iure ciuili romanorum, ut in. §. testis inst.de testa. immo quod plus est si exprimatur nomen communis generis, vbi autem numerus testium non adhibetur, duo sufficiunt l.vbi numerus.ff.de testi. & continetur etiam mulier. Idem in omni materia in qua ratione vel lege,statuto, vel usu non fit differentia inter virum & mulierē quia tunc ad paria iudicatur. Aut enim est adiectiuum ipsum masculinum vt quicunque,quisquis,quidā &c. & concipit fœmininum quia intel ligitur homo vel persona,vt.l.metum .§. animaduertendum.ff. qđ met.causa.& l.vnica.in fina. C.de rap.virg. Aut est nomen appellatiuum,vt filius,& tunc si de fauore igitur,concipit, si de odio non cō cipitur. vt not.in.l.quicunq; C.de ser.fugi.præall.&.l.j. de verb. sig. vbi gl.ponit exceptiones. Sed ecō uerso fœmininum non concipit masculinū, quia appellatione fœminini non significatur intelligi masculinum nisi euidentissime appareat,sicut sub nomine appellatiue aliud significatur.l. si quis in fundi vocabulo.ff. de le.j. cum ibi nota. Et hæc dicta intelliguntur de mascul.no.j.dictione masculini generis. Sed masculinum quandoq; significat masculinum, verbi gra.testat.legat ancile libertatem si primo pareret filium peperit filium & filiam ex eodem vtero, & incertum est quis primo natus sit, dicit tex.qđ filius censetur prius editus l.si fuerit.§.fi.ff. de reb.du. Ratio quia de natura masculus fortior est femella eiusdē etatis.

Masculinum concipit fœmininum, sed non econtra. Panor. in c. super mornata.in j.c.col.versic. nec statutum. de præbendis.

Masculinum est dignius fœminino quod concipit ad mentem legislatoris,non quantum ad verba vt l. ff.de verb.signi.vbi bona glo.

Matematici sunt qui dicunt se scire aliquam artem diuinandi,& dicūtur a matesis media longa quod est diuinatio,& profertur penultima producta sine aspiratione.Sed matheſis penultima correpta cū appellatione significat quadriuiū. vnde.Scire facit matheſis, sed diuinare matheſis.

Matricuria dicitur habens curam ecclesię textus & gl. in c. mulieres 32.distin.

Materfamilias est quæ in honestate viuit. vnde nec nuptie nec natales faciunt matremfamilias sed boni mores.

Matricula est chartula in qua scribitur aliquid & præcipue liber vniuersitatis in quo nomina suppositorum conscribūtur & immatriculātur,& est diminutiuum a matre l.matricula.C.de agen.in reb. li.12.& in l.2.eodem ti. & l. petitionem de aduoca.diuerso.iudi.ff. & c.perlectis.iuncta gl.in ver.matriculis 25. distin.

Matertera est matris soror instit.'vt de gradi.cog.in gl.versi. patruus.

Matertera magna est auie soror, sicut pro matertera pro auie soror.

Matricularius dicitur habens officium pulsandi campanas, vel qui habet matriculare estudentes.

Matrix ecclesia ponitur pro maiori

baptis-

baptiſmati quæ generat baptiſmũ ſicut mater, vt glo.in verbo. matricem in cle.j.de ſent.excomm.

Maturare quandoque ſignificat feſtinare quandoq; eſt per ſolem digerere. vt fructus maturantur.

Maturus quis tripliciter oſtenditur vultu,geſtu,voce.Spec.in titu.de aduoca.§.5.verſi.cum autem.

Matrimonium idem ſonat quod nuptie,& eſt legitima maris & fœminæ coniuncto indiuiduam vite cõ ſuetudinem retinens 27.q. 2. §.j. & de pręſum.c.illud de conuer.in fi. ex.literis & ſubaudi hoc ſcilicet ad propoſitum in quo debent eſſe tempore quo nubunt vel matrimonium cõtrahunt inſt.de pa. po. in prin. Et matrimonium eſt duplex.ſ.verum & præſumptum. Verum,quo contrahitur inter perſonas legitimas per verba apta, nullo impedimento ſub exiſtente. Præſumptum dicitur quando inter perſonas legitimas interuenit tractatus de contrahendo, vel verbo apta,in euentum tamen conditionis vel arbitrij alieni, & ſuccedit copula carnalis,ut inquit Gof. Et non dicitur patrimonium,licet a digniori debeat fieri denominato,& tantum uotum habeat vir in liberos,ſicut mater.l. liberorum. ff.de verb.ſig.ideo quia mater maius exercitum vel officium exercet circa liberos quam pater.c.fi. de conuer. coniuga. qui ante partum oneroſa,in partu doloroſa, & poſt partum laborioſa. Igitur ad honorem eius dicitur matrimonium,ut etiam de conuer. in fi.c. ex literis.Et not. quod matrimonii tria ſunt ſubſtantialia quæ dicuntur boua eius. vt de condi.appo.c.vlt.& 27. q. 2. omne itaque ſcilicet fides proles,& ſacramentum.Et ſi apponitur conditio contra aliquod bonum matrimonij vel eins ſubſtantiam nullum eſt matrimonium exemplum de primo, ſi dico,contraho tecum ſi te pro quæſtu adulterandam expoſueris,non eſt matrimonium,quia eſt contra bonum fidei quod conſiſtit in eo quod alter coniugium ſuum corpus (quod ſuum non eſt, ſed conſortis ſui) non exponat vel det alteri, alias eſt adulter, fur, & fidei fractor. Exemplum de ſecundo, vt ſi dico, contraho tecum, ſi generationẽ, prolis euites ſi venenum ſterilitatis accipias non eſt matrimonium quia contra ſecundum bonum eius.ſ.bonum prolis,propter quam mrltiplicandam fuit matrimoniũ a deo inſtitutum. Exemplum tertii, ſi dico, contraho tecum donec ditiorem vel pulchriorem habuero non tenet matrimonium, quia eſt contra ſacramentum indiuiduitatis, quia nullum debet eſſe diuortium inter ciuges. Sic eodem modo dic quod profeſſio religionis non tenet dummodo fit contra bona vel ſubſtantialia religionis quæ ſunt etiam tria ſcilicet caſtitas obedientia. & abdicatio proprietatis, & de his pone exempla ſuo modo vi ſupra. At ſi dico. contraho tecum ſi furtum feceris,ſi digito cęlum tetigeris, non eſt matrimonium quia turpis & impoſſibilis conditio quæ eſt contra ſubſtantiam matrimonii habetus pro nõ adiecta.c.j.& vltimo. de conditio appo. Et nota quando contrahatur matrimonium,& quando ſpõſalia de futuro,declaratur ex ſignificnto uerborum prolatorum, & actuum ſequentium.Vnde verba formalia matrimonii ſunt illa quando vir dicit accipio te in

meam

meam mulierem, & mulier. Accipio te in meum virum cap. licet de spō. duo. & c. si inter de despō. Similiter ē matrimonium, si quis iuraret quod aliquam ab hoc tempore pro coniuge teneret, & sicut vxori fidem seruaret, & ipsa eidem iuraret se illum pro marito habituram, & sibi tanquam viro proprio seruituram, ut in cap. ex parte. de sponsa. Nam licet ibi nō exprimantur verba formalia, tamen idem est ac si vnum de equipolitibus fiat, vt l. certum. ff. si certum peta. Dicunt etiam quidam doctorse, quod verbum habiturum hic significat præteritum, non futurum. Similiter dicendo, promitto tibi quod nunquam habebo aliam vxorem, nisi te, vel volo te, & non aliam in vxorem, vel consentio in te sicut in meam vxorem, uel promitto quod volo te habere in vxorem, vel placet mihi te habere in vxorem. vel promitto quod tibi seruabo fidē sicut uxori mee, uel uolo quod ab hac hora in antea sis mea uxor, uel iuro quod habebo te pro legitima vxore. de hoc uide 22. q. 4. §. vltimo uersi. est etiam. Item si dixerit, iuro uel promitto tibi tanquam vxori dummodo uerba mulieris sequantur. contrahitur matrimonium per quemlibet prædictorum modorum, ut no. ibi Spe. eod. ti. §. j. Item ibi si dicat uir, iuro quod tu es vxor mea & mulier econtra. Iuro quod tu es uir me⁹ dicunt quidam quod non fit matrimonium de præsenti, sed sponsalia de futuro, capiendo es, pro eris. ff. de uerbo. sig. l. uerbū erit. Nam & si sint uerba præsentis tēporis. non tamen ad matrimoniū apta, ergo alii dicunt quod nec sponsalia contrahantur. Sed ibi promitto quod te ducam in uxorem, & de cętero tenebo te uxorē sunt sponsalia, quia sensus est, ego te ducam, & ex quo te duxero decreto te tenebo argu. c. ex literis 2. de sponsa. Secus si non addito uerbo ducam, dicat, promitto qđ tenebo decetero in vxorem etiam dimisso hoc uerbo decreto, tunc est matrimonium, ut capit, ex parte. & sponsa præalleg. Item si dicat promitto, quod tenebo te in vxorem donec terra ponatur super oculos meos, & mulier eodē modo respondeat, & uir intelligit deceptorie, id est donec sibi placuerit, quia dum non placebit ponet terram super oculos, si sibi appareret de dissensu, non est matrimonium, alias sic quia ista uerba donec terra. &c. significāt tempus mortis. Similiter donec oculi & os mihi claudantur. cap. ex literis. j. de sponsa. Item si uir contrahit cum vna sub conditione, & cū alia pure, & conditio sub qua cum prima contraxit, existit, iudicandum est pro matrimonio secundo contracto, c. super eo. & c. de illis. & c. per tuas. de cond. appo. secundum Hostien. quia matrimonium purum præfertur suspensio, & cōditionali. Alii dicunt iudicandum pro primo, quia per primum partes ligarūt se sub conditione, nec habent in potestate se soluere, donec eueniat. conditio, & per consequenes non alio contrahere. l. potior. C. qui potiores in pigno. habentur. & dicunt quod dictū præcedens est potius ex ratione ciuili inductum propter melius bonum matrimonii præsentis & certi quā futuri & incerti. Alia exempla vide supra de conditio. Item nota de matrimonio beate uirginis qđ ista consensit in copulam carnalē

cum

cum Ioseph, nec illam committendo, nec appetendo, sed diuine inspirationi in vtroque obediendo 26.q.2. §. cum ergo. non proposuit se seruaturã virginitatem in corde sed votum virginitatis non expressit ore, subiecit enim se dispositioni diuine proponẽs se præseruaturã in virginitate nisi deus ei aliter reuelaret secundum Gosfredum, de spon. De origine autẽ matrimonij q̃ fit a triplici iure, vi delicet, a naturali, gentium, & ciuili. vide in glos. insti. de iur. nat. gen. & ciuili. §. matrimonium. & quot modis potest impediri, vide instit. de nup. in glo. §. enumerari. vbi ponunt quatuordecim.

Matrona dicitur quæ iã nupsit, quasi quæ in matrimonio conuenit.

Matula genus vasis est ad vrinam & aquam tenendam proinde mundo muliebri continetur, vt scripsit Vlpi. in. l. argumento. §. mundus. ff. de auro & arg. leg. Alio nomine matella & metellio dicitur Plau. in amphi. Ne tu postulas metallã vnem tibi aquæ infundi in caput.

Maxime quandoq; dicitur comparatiue. Aliquando pro tantum, de fil. presb. ca. ad abolendam. Aliqui legunt maxime quia pro magis & tenetur proprie, secundum Barto. ibidẽ. Item maxime supponit idẽ in alio casu, sed maiore esse rationem in expresso. C. vnde lib. l. si aliquando subauditur, vt l. verum. in prin. ff. pro soc. Ad primum facit. ff. de probat. l. causa deinde in prin. & ibi maxime. de peni. & re. ca. officio. in fi. de spon. c. spõsam. vide hic no. c. prealleg. ad abolendam. in addi. gl. j. & per Io. and. su per ea etiam not. de hoc in c. cum contingat. de foro comp. in glo. j. de elec. cum inter, & ca. quoniam frequenter. §. porro. vel lite non contesta. & proprie implicat idem in contrario sensu.

DE MANTE E.

Mechia potest dici omnia fornicatio. 22. qu. 4. omnis machia & ibi plene.

Medographia. i. litera. Inde medographus, i, medicine scriptor sic accipitur. C. tabu. scrip. &c. lib. 10.

Mediastinus seruus est ex abiectioribus, ita dictus quia domestica que que vilissima ministeria obire. in domo cogebatur, vt ligna cõgere re, domum purgare, & huiusmodi. Hoc autem nomine inde vtitur, quia in media domus partem ad omnium aliorũ iustus præsto esse debet. de quo meminit iureconsul tus in l. fi. ff. de no. oper. nunt. & in l. item apud labeonem. §. prætor ait. ff. de iniu. & in l. j. de exercitoribus. ff. de nau. caup. stab.

Melo proximus vna dictio est, & eũ nomen dignitatis, vt not. in. l. peculiari. C. de proximis sacro. scri. l. 12. Membrana species charte in qua describentur iust. & alia quæ conseruatione indigent. & ideo dicitur quia de membris animalium eripitur, vt instit. de re. diui. in gl. §. litere.

Medium dicitur hęc vita. 34. q. 4. hæc aut vita. & not. Ioan. andr. in prohe. cle.

Mendacium. Require supra dolus. vn de Augus. dicit mendaciũ est falsa vocis significatio cum intentione fallendi. quod sic debet intelligi. cum intentione fallendi quæ tũc ibi est, vel postea aduenit. Quandoq; enim aliquis aliquid promittit, non tamen voluntatem fallendi actu habet sed postea acquirit.

Mendicantes dicuntur quas in publicum quæstum in tuta mendicitas vocauit. & illi reficiebantur publicis annonis. Validi autem & ro-

robusti non debent mendicare ne miseris & debilibus panē auferant C.de mendican.vali.l.vnicā.li.11. & in aut.de quæstio.col.6.Conceditur tum aliquibus papa occupatis circa doctrinam fidei vt de elee mosinis fidelium viuant,sicut apostoli viderunt, quo seminantes spiritualia temporalia metere poterant quasi de iure naturali,vt dicit Apostolus.

Menium vel minariū idem est quod vestibulum a monibus septem.Et dicitur ideo quia menibus adheret, secundum Hugo.Alij ponunt manerium.

Mensor est qui metitur agros, colūuas vel signa vel homines vel frumentum vel menia iuxta castrum vel hospitia vel etiam qui omnia officia assignat secundum Accursium C.de mens.in rub.lib.12.

Mensuratio vie quo modo debet fieri dic secundum Abba. in c.olim de excep.in pen.col.versi.3.quæritur quòd quādoq; ritu de distantia locorum ratione itineris,considerantur magis vsitata quā alia vis licet sit breuior,secundum Bar.in l.j.in fi.ff.si quis cautio. vbi dicit quòd quando tractatur desperatio locorum ratione itineris, consideratur via magis vsitata,non autē fit commensuratio per indirectū, vel per aerem, secus si fit commensuratio non respectu itineris,sed solius distantie dicitur fiet via breuiori & rectori terrestri,si fieri potest,alias per aerem.secundum Bar.in l.3.ff. ve verbo,sign.Adde Fel.in d.cap. olim versic.ex quo formatur hęc quæstio.col.2.

Mensuras vel pondera fraudans qua pœna venit puniendus.Panor.cap. vt mensure circa fi.de emp.& veu.

Menia dicuntur,pprie edificia muro rū ciuitatis sic dicta, quia muniūt ciuitatē.Et interdū dñr menia siue omnia edificiavel dicuntur amene grece.i.defectus latine, quia deficit murus vbi sunt menia.

Mera donatio.Reqre supra donatio.

Meretrix dicitur quæ multorum libidine parat,id est obedit.34.distin. vide. vel cuius turpitudo publice venalis est 32.q.4.meretrices.& in gl.2.c.inter opera, de spon.Dicit n.Aug.in qōnibus Deut.Meretrices esse,& ad meretrices accidere prohibet dominus,quarum publice venalis est turpitudo.In decalogo aūt machine nomine non videtur hoc prohibuisse aperte,quoniā machia non nisi adulterium esse solet,seu intelligi solet, vt etiā in c. præalleg.meretrices.

Metus est instantis vel futuri pericu li causa mentis trepidatio,vt ff.eo. ti.l.j.Et no.quod licet non si necessarium periculum esse pręsens, tamen exigitur metum esse præsentem,saltem pro futuro periculo ff. eo.tit.l.metum.2.nam per metum non quemlibet timorē accipimus sed maioris mali,vt in l.metū præalle.Et dicitur metus quia mentem tenet vel tenet seu impedit. Qui. n.timet,non semper gerit in corde quod habet in ore,de hoc vide gl. 2.ca.ad audientiam. de his quę vi me.ve cau.fi.Inde meticulosus metu plenus scilicet qui metui timenda & nō timenda.Et sic dicitur iuramentum miticulosum.Et vtrum hoc obliget ipso iure?Quod sic videtur de iureiuran.in c.si uero. & c.verum quod non patet,quia votum factum per metum est nullum ipso iure,cum voluntas in vouendo debeat esse libera c. integritas 32.q.ergo & iuramentum pari ratione Inno.concludit,si iuramentum est impositum turpiter & supre turpi.s. occidere innocentem,

vel

vel non miniſtrare alimenta parentibus &c.tunc nullum eſt ipſo iure,nec obligat iurantem, & licet contrauenire propria authoritate eſt.inter cętera.& c.in malia promiſsis 22.q.4.Sed ſi iuramentū ſit turpiter emiſſum nō tamen ſuperre turpi,ſi dolo vel metu,ſic obligat ipſo iure ſed abſolutio poteſt impetrari ex ſuperioris vel iudicis officio.c.ſi vero & c.verum prælleg.Addit idem ſi iurans metu,pōt ſibi prouidere per aliā viā quàm p viā abſolutionis a iuramento, melius eſt quòd ſoluat.quod iurauit, & deinde reperat. Nam quę fiunt per metum tenent ipſo iure ſecundū Gof.ſed reſcinduntur per actionem quod metus cauſa, ſi ſunt perfecta.Si vero imperfecta tunc per exceptioſiē ff.eod. tit.l.metum.§. ſed propter. Exceptis ſex quę per metum non tenent ipſo iure,vt cō tractus matrimonij promiſsio dotis aditio iudicis præſtatio authoritatis,alienatio eccleſiaſticæ.pnuntiatio ſententię.Et dicit Ioan.and. qui venit contra iuramentū meticuloſum,non peccat mortaliter, licet peccet venialiter.vt caput.veterum.ad fi.de iureiuran.de hoc vide gl.pleniorem in.l.extat ff.e.tit. Et diſtingue metus, quia alius eſt probabilis,qui cadit in cōſtantem virum & animoſum,& hic excuſat ut eſt metus pœne mortis, & cruciatus corporis,metus ſtupri,&ſeruitutis.Alius eſt non probabilis.ſ. qui non cadit niſi in hominem puſillanimum& formidoloſum,& hic non excuſat,ut in c.cum dilecti.e. ti.Et regulariter(vt prædictū eſt) ea quæ fiunt per metum, ualent & obligant,ut dictum eſt,& ut no.15 q.6.authoritatem.& c.Abb. eo.ti. Fallit tamen in cenſibus ibi notatis.ad quos adde caſum c.uinci eo. tit.lib.6.Etiam ſecundum coactionem abſolutam uel conditionalem diſtinguitur excuſatio metus. De hoc uide ſupra coactio.Sed utrum metus excommunicationis ſit iuſtus metus.Quod ſic uidetur,quia continet corporis & anime detrimentum.unde.q.j.de manifeſta.11 q.3.audi ubi dicitur quod per excōmunicationē mutatur ſtatus de corpore eccleſiæ in ptātē diaboli. Timenda.ergo eſt quaſi mors eterna.11.qō.3.nemo. & cap.j. Quod non patet quia eſt medicinalis, nō mortalis ut ca.j.de ſen.excō.lib.6. & 2.q.j.multi.Et ſi eſt iniuſta, uacua nec curanda,quia nō ligat quo ad deum.ſi eſt iuſta, imputet ſibi qui meretur excōmunicari.igitur non eſt iuſtus,metus nec excuſatis excōmunicatio eius l.ſi mulier.ff. eo.tit.& not.Goffre.in ſum.de his qui ui met.ue cauſa fiunt.

Meritoria dicuntur diuerſoria vel diuerticula, ideſt ſacrata edificia alias montaria.

Mercis nomen ad mobilia tantum pertinet.ff.de verbo. ſignifica. l. merces.

Metallum & es ſunt nomina generalia mineras ſignificantia.Et differunt metallum & opus metalli. vnde ille damnatur in metallum, qui legitur cum ferro & onere & labore grauatur, vt non liceat ei facile abire. Sed ille damnatur in opus metallicum, qui ibidem liberas habet habenas,& aliis metallum ſodientibus miniſtrat, & illius leuior eſt pœna. alterius autem grauior de quo gloſſ.not. inſtit.quibus modis ius pa. pot. ſol. in.§. pene ſeruus.

Metallarij ſunt qui affluentiam exercitij metallorum habent, vt C.de metal.& metal. & procura.metal. & ſecundū Accur.ſuper rub.li.11.

Metas si alias dicuntur metharij pur pureij. C. qui res vendi. non pos. l. j. Vel est celor quidam.

Metroconia, est ville mensura quæ datur translatis iussu principis. vt C. de iur. fis. l. certa. vnde metros græce mensura latine dicitur, & comevilla. inde metroconia qua si mensura ville. Inde & comedia. i. villania vel rustica laus, secūdum Accur. C. non lic. habita. metro. loca sua ad extra. confer. super rub. lib. 11. Etiā mutrocomie sunt parochie vel dioceses.

Metropolitani a mensura ciuitatum dicuntur, quia decem vel vndecim debent sub se habere ciuitates. 7. q. 3. c. j. Vel dicitur a meter, id est mater, quia metropolis est mater aliarum ecclesiarum. secundum glo. ibidem. Etiam metropolitani singulis prouinciis præeminent quarum authoritati & doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt sine quibus reliquis episcopis. nihil agere licet, de his quæ spectant ad totam prouinciam secundum glo. 21. dist. cleros. §. metropolitani.

Merum imperium est habere gladij potestatem ad puniendum facinorosos. Vnde merum imperium dicitur quædam sum. potestas per quam ea quæ sunt iurisdictionis maxime explicantur. Et merum dicitur quia separatum a cognitione pecuniaria, eo quod inde nullū sequitur commodum pecuniariū, vt instit. de publi. iudi. in princip. Hæc autem sunt meri imperij facinorosos punire. delinquentes incarcerare, membra mutilare, pœnam capitalem imponere. hæc pena est triplex, vt dicit Hostien. de iureiuran. cap. veniens scilicet mors, exilium & relegato. ff. de publ. iud. l. 2.

DE M ANTE I°

Mixtum imperinm est potestas media per ea que sunt in iurisditione media explicantur. Et dicitur mixtum. quasi ex iurisditione, & mero imperio, eo quod habet cōmodum pecuniarium, & pertinet ad ipsum bonorum possessionem dare in possessionem mittere, iubere cauere pupillis tutores dare, & omnes, alie pene graues prēter penam capitalem mutilationē, vt est relegatio fustigatio, vel grauis correctio. ff. de iurisd. om. iu. l. j. in glo. & in text. Aliter distinguitur prout recitari solet circa ca. quod sedem. in glo. de offi. ordi. Merum imperium est quædam sum. potestas & alta ex publico inducta, vt gladii potestas ad animaduertendū in facinorosos, & est apud principes principaliter. s. papam & imperatorem. Et in spiritualibus merum imperium est vt depositio, translatio sedium episcopalium & diuisio duarum ecclesiarum catedralium, vel diuisio vnius in duas, vt in ea. quod translationem. de off. deleg. vbi vide plura in gl. Sed in secularibus merum imperium est pena capitis, (vt supra) quæ principaliter est apud principes seculares. s. reges, duces marchiones, comites &c. Et etiam apud archiepiscopos, patriarchas & episcopos tanquam apud missos. vt in ca. solite. §. subdi. de ma. & obedien. cum suis concord. Mixtum vero imperium est quadam bassa vel media potestas ex publico inducta, partem capiens ex mero imperio, & partem iurisdictione, vt est spiritualibus dedicare ecclesias, vel altaria consecrare, & virgines velare. Et talis possunt committi non habenti iurisditionem. vt in glos. preallega. & ea

quæ ſunt meri imperii expediuntur iudicis officio nobili, & principaliter tendunt ad bonum publicum.

Mixti imperii quæ ſunt, etiam expediunt iudices ex officio nobili, ſed principaliter tendit ad bonũ, priuatum. Sed ea quæ ſunt ſimplicis iuriſditionis, expediuntur iudicis officio mercenario, & tendunt etiam ad bonum commune. Venit ergo ab imperiolum. i. paruũ imperium, quod habetur iudices inferiores. de hoc not. in c. ſi diligenti. de fo. compe.

Miles, eſt qui iurat ſe non euitaturum mortem propter reipublicæ ſalutem, vel qui iurauit a ſignis non recedere. C. qui ex cau. maio. l. pen. & ſcriptus in matricula, vbi alij milites ſcripti ſunt. ff. eod. tit. l. j. per totum. Etiam dicitur a malo quod ſuſtinet pro aliis. vel a mille quia ex numero mille hominum eligitur, vt ff. ex quibus cau. ma. l. j. §. miles. Vnde ſecundum Azo. miles dicitur a malitia, id eſt duritia. Vel a mille, quia de mille forte ſolum vnus eligebatur in militem, & ſic dicitur quaſi mille-ſimus. Et no. ad hoc quod quis dicatur verus miles, ſex ſunt neceſſaria. Primus vt non ſit negotiator. C. nè milit. leg. j. li. 12. Secundovt examinetur. C. qui. mili. non poſſ. l. j. li. 12. Tertio quòd ei enſis cingatur. ff. de teſta. mili. l. 3. Quarto ſtigma. i. no. publi. debet ſuo quia achio inſcribi vel imponi. C. de fabricen. l. 3. li. 11. Quinto in numero aliorum debet poni & ſcribi. ff. de teſta. mili. l. ex eo. Sexto quòd talis habeat priuilegium legis cõ ceſſiſſe militibus. Vnde Stigma, mucro ſcriptum, genus, examen, ſacramentum. Hæc ſex, quæ dici poſſunt in milite quæri. vt notab. inſtitu. de teſtam. mi. in prin. circa gloſſ.

Mimi, ſunt ioculatores vel dominorum ſeruitutes ſeipſos inuitantes, iuxta illud. Muſca, canes, mimi, ſunt ad conuiuia primi. Non inuitati veniunt prandere parati. De quibus dicit Ludo. de Roma. Si tales dicunt animalia fera, (prout communiter fit) videlicet leones, vrſos, ſimias, &c. & ab his aliquis occiditur, puniri debent pœna ducentorum ſolidorum. text. eſt ſingularis in l. qui vulgo. ff. de edilit. edic. iunctis legibus præcedentib. & non debetur eis pena mortis, quamuis enim qui occaſionẽ dat. occidiſſe videtur, tamen hoc eſt propter tacitum conſenſum ciuiũ qui illos cum animalibus ciuitatem intrare, & in ea manere permiſerunt. Hæc ille in ſingularibus ſuis.

Minor, eſt qui nondum impleuit vicesimumquintum annum, & talis reſtituitur in integrum, vſque ad quadriennium, non in dilectis atrocibus, ſed quatenus miſeratio ętatis ad minorem pœnam iudicem, induxerit. alias minor ſumitur generalirer, pro quolibet inferiori. dicitur. Minus aſſurgat maiori, nec ſedeat ſtante maiori. nonageſimatertia diſtinctione oportet. ſecundum Goffre. in ſum. de maiori. & obedien. Maior præcedat, & minor ſequatur in ſedendo, & ſubſcribendo. decimaſeptima diſtinct. §. vlt. In incedendorum romana conſuetudo ſeruat contrarium, quia minor præcedit vt ibidem in ſumma.

Minima cauſa, eſt cauſa duorum aureorum, quia pro eo non datur actio de dolo, vel decem aureorum alias decem ſolidorum uel quę ad ſumptus iudiciales non ſufficit.

2 q.6.anteriorum.§. illud de hoc est glo.vsucap.in cap. de appellatio.tit.de app.Ministeriarij (alias ministeriani) dicebantur forte a ministrando, quia pręerāt castris principium.C.de castreu.& minister.lib.12.

Miraculum, dicitur proprie illud q̄ contingit contra naturam,nam si naturaliter aliquid posset contingere,nō esset miraculum. & quot sint necessaria ad esse miraculi. vide gl.pen.circa fin. in j.de reli. & vere.san.libr.6.& qualiter probetur,vide Gemi.in cap.j.numer.3. & ibi in apostil. in uerbo directa probatione.C.de confess.libro 6. Bal.in l.solum.col.fi.C.de test. & hæc in c.venerabili.eo.ti.Alexan. consi.3.vol.3.

Misterium, dicitur illud quod secretam, & reconditam habet dispensationem,hoc est occultam, & inuisibilem virtutem, & gratiam a deo dispensatam & collatam. j.q. j.multi. vbi datur differentia inter mysterium, sacrum, & sacramentum.

Miserabiles, dicuntur omnes illi quibus non ex natura mouentur ad miserandum propter fortium iniuriam,puta senes decrepiti,debiles diuturno morbo fatigati,etiā si sic sunt diuites.vide,etiam religiosi inter personas miserabiles computantur.notab.per Azor. in summa,quando Imp.inter pup.& vid.in fi.& vide late Alber.in suo dictionar. in verbo, miserabiles personas.

Missa solennis, est illa quæ dicitur etiam non pulsatis campanis, nec alta voce, Abb.in ca.permittimus de senten.excom iquod est intelligendum,nisi cōis vsus loquēdi aliter se haberet.secundum Fely. in d.c.permittimus.

Missa (alias missalia)dicuntur donaria, vel quedā præstantiores quas nouus prætor creatus mittebat in vulgus, ut quod quisque apprehē derer,eius fieret & in coronatione pape, vel imperatoris fieri solet,vt per hoc pressura minuatur. de quo gloss.in §.hoc amplius.insti.de re.diu.

Mittere in possessionem,est possessionem facere,aut in possessionē ducere,vt rem custodiat.uer.gratia. contendisti mecum fundum castellanum esse tuum, & probasti, iudex per executorem mittite in possessionem. i. facit te possessorem. Item uolui agere cum titio, quis scitatus noluit venire ad iudicium, iudex me mittere debet in possessionem fundi quem petebam,non possideam,sed vt custodiam rem,& maneam in fundo.vt ipse titius tandem tedio affectus ueniat, & litem suscipiat, donec probauero illam rem esse meam, vide glo.fin.in cap.de contingen. de do.& cont.quod operatur missio in possessionem,in actione reali,& personali.ex primo,& secundo decreto.Et notab.quod pretor missionem in possessionem ex secundo decreto sibi specialiter reseruauit.& sic legatis,aut subdelegatis nō ē concessum dare,vel cō firmare misfionem in possessionē vt notab.in gloss.fi.ca.quod translationem.de offic.deleg. De hac materia.vide in cap.quoniam frequenter.ut lit.non contesta.circa medium.vel post.& gl.in ca.contingit prealleg.

Mittere in possessionem, noīe ventris est mittere in posse.noīe eius qui est in uentre, ut cum mulier pægnans mittitur in posse.nomine filii uel filiæ hæredis quem habet in vtero ex marito præmortuo.

tuo. Et nota ad hoc ꝙ iudex actorem mittat in posſeſſionem, vel bona vendat, vel eum ſoluat, requiruntur quatuor neceſſaria. Primo ꝙ citet reum abſentem trina citatione, vel vna peremptoria ad domum. Si non reperitur, citẽtur amici vel affines generali interdicto. Et ſi non cõparet aliquis procurator vel defenſor ex primo decreto, id eſt mandato, mittitur actor in poſſeſſionem cauſa rei ſeruande quæ miſſio non tribuit ius, ſed ſolum detentionem, vt reus tedio affectus veniat reſponſurus, quare dicitur poſſeſſio tediales ex primo decreto. Secundum requiritur congruum tempus inter primam & ſecundã miſsionem quod eſt arbitrarium, poſtquam iure nõ inuenitur determinatum, vel annale &c. Tertio ꝙ abſens malitioſe noluit cõparere, & animo fraudandi creditores. Secus ſi malitioſe tantum. videlicet propter maleficium aliquod non tamen animo fraudandi. Quarto ꝙ conſtet de debito legitimo per veras & plures probationes, nec ſufficit iuramentum calumnie cum agitur de magno præiudicio rei abſentis quibus omnibus habitis mittitur actor in poſſeſsionem vere ex ſecundo decreto. Et ſic miſſus in poſſeſsionem habebit omne ius dominii vel quaſi quod habuit, reus, imo reus poſtea non eſt audiendus, niſi non fuiſſet per contumaciam abſens, vt in ca. conſultationib. de offi. deleg. cuius eſt hæc materia, & ibi gl. bona.

DE MANTE O.

Modus eſt moderamen diſpoſitionis per appoſitionem oneris tãquam cauſe finalis, vt patet ex legib. de ipſo loquentib. Et dicitur moderatio ad differentiã conditionis, quę non eſt moderatio. ſed ſuſpẽſio dicitur tanquã cauſe finalis. v.g. promitto, vel lego vt illud facias. nã ſi dico promitto vt illud facias, tũc non eſſet illud per modũ cauſe, ſed alterius diſpoſitionis, & hoc capiendo modum ſpecialiter, ſed generaliter eſt omnis diſpoſitio, vel qualitas adiecta diſpoſitioni. l. obligationum. §. modus. ff. de actio. & obli. Fit autem, modus per illas dictiones, vt dummodo, ne. i. vt non &c. Sed quia facit cauſam, & ſi conditionem, vt ſupra de condit. Nam modus ſignificatur per omnẽ dictionem, vel orationẽ ex ſuo proprio ſignificato, vel alias moderationem importantem. v. g. dono vel lego equum, ut des illi equum. C. de his quæ ſub mo. leg. relin. l. 2. & l. cum ab eo. ff. de contrahẽ. empt. ibi veluti ſeu hoc modo. vbi dicitur ꝙ ſi emendo fundum pignori obligatum a te, hoc modo dicam vt liberes. tunc liberare teneris. Et ſic modus fit per dictionem vt. Etiam in dictione dummodo eadem eſt ſignificatio. vt d. l. cum ab eo. Idem eſt in aduerbio ne, vt dicendo. Titium hæredem inſtituo, ne fideicommiſſa ex teſtamento ſempronii retineat quia dictio ne exponitur pro vt non, vt ſenſus eſt vt non retineat l. cum pater. §. titio. verſ. plane. ff. de leg. 2. Idem in prepoſitione ad vt dicendo. Lego illi mille ad monumentum meum edificandum, quia ſenſus eſt vt edificet monumentum. l. quibus diebus. §. fin. ff. de condi. & demonſtr. Idem in dictione prout lego decem procura corporis mei ſuſtinenda. l. lucius. §. fin. ff. de legatis 2. Idem in præpoſitione id, vt dicendo. in cura corporis mei, in monumento faciendo &c. Sed ſi diceretur. lego

vxori mee in tempus libertorum tunc faceret conditionem. Idem in dictione nomine vt dicendo, nomine dotis puellarum pauperū vel redemptionis captiuorum lego,&c.vbi non ſignificantur cō ditio,ſed modus.l.nulli.C.de epi. & cle. Ratio. quia captiui ſuper ſunt capti,& puelle ſemper ſunt pauperes . Secus ſi relinqueretur nomine dotis certe perſone, vel redemptionis certe perſone, quia tunc faceret conditionem. Et idē omni alia parte orationis quæ ad hoc ſignificatum poteſt adaptari ex ſe uel ſubiecta materia.

Moderatio importat diminutionem. Et ſic no.pro ſtatutis quæ dicunt de moderatione pœne ad arbitrium poteſtatis . quia moderatio importat diminutionem ita Fely.cap.ex literis contraxi, verſicul. fallit ſecundo & uerſicul. tertia declaratio. colum. 13. de conſtitutio.

Moduli dicuntur quædam formule, & menſure cementariorum per quas modi & quantitates lapidū compræhenduntur.

Monachus eſt unius anime cuſtos a monos quod eſt unum, & icos cuſtos. Et dicitur fieri de regula c.j. eo.tit.lib.6. Dicitur etiam creati. c.vlti.eo.ti.Et dicitur recipi.c.in demnitatibus §.ſi vero.de ele.eo dem li. Item dicitur ordinari. 16. q.vl.c.ſi. Et eſt mundo mortuus, deo viuens extra clauſtrum ſicut piſcis extra aquam invita ſpiritua li ſubſiſtere non poteſt 16.q.j.pla cuit. Et non pōt habere propriū. de ſtatu mo.c.2.& c.cum ad monaſterium vbi habens proprium in morte ſepeliri debet in ſterqui linio. Item non poteſt eſſe aduocatus in cauſa c.j.& 2.de poſthu. Nec procurator niſi conſentiente abbate & in vtilitatem monaſterii,quæ duo debent cōcurrere.16. q.j.monachi & c.religioſus,de ꝓ curato.in cle.Et not.Lud.de Roma quod ēt.nec pro amico ſui monaſterii nec pro laico ſecundum Inn.in c.cum I.& A.de re. iud.niſi habita licentia. vt ſupra. Item non poteſt deſerere prioratū vel adminiſtrationem ſine licētia abbatis c.porrecta.de confirma. vti. vel inuti.& c.2.de ſtatu mon.Sed poteſt ſe transferre ad ſtrictiorē regulam petita licentia,licet non obtenta.c.licet.& c.non eſt de regula.& l.qui prætextu.C. de ſac. ſanct.eccle.ubi glo. Sed ad latiorem regulam non poteſt ire ſine licentia pape imo ſecundū Ludo. de Rom.inter pares eſt multū dubium cuius licentia tunc requiratur.Inno.in c.ſi.de renun. Archi. 19.q.3.ſtatuimus.Io.an.in c.ſi religioſus de ele.lib.6.& c.2.de teſta.e.lib.in nouel. Pau. de leaza. in cle.ſi.de elec.Lapus abbas allegatione.62.& c.30.varian.Ludo. de Roma. dicit ſuo videri quod requiratur licentia abbatis non enim ſufficit habere a priori conuentuali,quia pater totius ordinis eſt abbas. Dubium tamen facit c.ſi.de pac.lib.6.a ſimilatione & gloſſ.in c.cum ſingula.de prę-ben.lib.6.Hæc Ludo.de Rom. in ſing.ſuis.Item in refectorio carnes edere non poſſunt c. cum ad monaſterium prealleg. Quidam tamen monachi ſecundum quoſdam ar.a contrario ſenſu, extra refectorium poſſunt, quod nō eſt verum,niſi ex cauſa,vt propter infirmitatem vel debilitatē, vt not. Frā.zabare.in d.c.cū ad monaſterium.præalleg.adhuc quidam inſtant cōtra. per c. regule.29.diſt. vbi dicitur quòd a carnibus quadrupe-

drupedum debeant se abstinere, & sic permitti videtur de bipedibus perdicibus, gallinaceis &c. Host.dicit quod huic intellectui contradicit ratio naturalis vt prohibitio de quadrupedibus,fortius intelligatur de bipedibus de quibus est maior ratio. Secundum hoc dixit de quadrupedibus propter communionem frequẽtiam talium Ilii dñt quod propter minutionem concedi potest quibusdam monachis vsus carnium.Et dicit Vincentius reuelatum per Angelum,qui minuit.13.Februarii non morietur illo anno ex febrili distemperantia.

Moneta adulterina.i.falsa.C.de fal. monet.l.2.sicut & scientia non vera dicitur adulterina,ut in prohe. fforum.§.hæc autem.

Monete falsarius qua pœna puniatur vide Panor.in c.quanto.in 2.col. versi.venio ad glo. de iureiur.& adde quod debitum contractum in quantitate debet solui secundum monetam quę erat tempore contracti debiti,vel si non reperitur,soluenda est ipsius estimatio, & hoc procedit ex quacũq; dispositione contractũ sit debitũ. Pan. in c.olim verfi.item no. de censi.

Monagamus est uir unius vxoris. sicut bigamus duarum vxorum, Require. supra Bigamus.

Monamachia. Reqre supra duellum.

Monopolium est alicuius negotiationis aut officij superioris vnica exercitatio cum prærogatiua, & singu.inito pacto.ver.gra.causa negotiatiõis aliqui inter se paciscuntur ne possessio aliqua pretio minori vendatur quam ipsi inter se constituerunt,vel venditores panis,vel cuiuscunq; negotiationis inter se pacti sunt, vt rem aliquã vernalem vtilem, & necessariam reipublice non dent pro minore prętio quam conuenerunt vendere, vel ne aliquos instruant in arte sua nisi filios vel nepotes, vt ipsi solum commodum artis vel negotiationis faciant,& habeant. Isti.n.dñr monopoliũ exercere,et grauissime puniẽdi linit quia dire cte hmõi conuentiones sunt contra principem.Et dicitur secundũ Azo.a monos quod est unum, & polus idest ciuitas,quasi vna negociatio in ciuitate,vel societas vna ex pacto. & inde dicitur monopolia pluraliter a monopolis, & est qui vult esse solus in ciuitate venditor scilicet is qui impetrat, quod sibi soli liceat in ciuitate aliqua speciale vendere, emere,vel facere,vel monopole sunt qui impetrant quod ipsius solis liceat huiusmodi facere, etiam in vendendis rebus certum pretium statuere,contra quod nemini liceat vendere. Vel dicitur monopolium a monos,& poleo, idest uendo quasi vno modo facienda venditio, & talia commercia sunt prohibita.C.de mono. & illi. commen. nego.l.vnica.Eodem modo binopolium dicitur a binopolis, & binopola quasi bino modo facienda emptio.

Mons dicitur a mouẽdo p cõtrariũ, quia non mouetur,ex figura antiphrasi, sicut bellum, punctus, lucus,& similia sciendum Barto.in tractatu Tiberiadis.j.2.3. charta. versi.est autem mons.

Monialis est quæ professa est se vel le viuere secundnm regulam beati benedicti. Basilij.vel Augu.ca. pernicioſam.18.q.2.

Monumentum est illud repositoriũ in quo mortui reponuntur. scilicet sepulchrum sine corpore. Et dicitur a moneo, quia extat ad memo-

memoriam defuncti.l.monumentum ff. de reli.& sumpt.fune.

Morbus est habitus cuiuscunq; corporis contra naturam, qui vsum eius ad illud facit deteriorem, cuius causa nobis natura sanitatem dedit, siue in toto corpore ut febris, siue in parte.vt cecitas ff.de e dil.edic.l.j.§.sed sciendum.ff.de iudi.l.j.§. sed quæsitum.

Mores dicuntur frequentes actus hominum secundum Ioan. theu.in prin.d.cre.in gl.& j.dist.mos.

Mos secundum Festum de verb.sig. est institutum patrium pertinens ad religiones cerimoniasq; maiorum. Ex quibus verbis apparet morem obseruationem quandam esse non lege, sed iudicio & opinione confirmatam, uide Budeum in anno, ad pandectas.ff.de iust.& iu. in l.ius ciuile.

Mores alicuius sunt requirendi in loco vbi diu ille fuit versatus.Pan. in c.scriptum.in 5.no. de elect.

Morbus sumpticus alias sonticus est qui cuique rei nocet.ff.de verbo. si.l.morbus,& dicit glosi.ibi cuiq; rei agendi, vt ff.de edil. edic. lege final.§.final.ff.de re iudicata lege quæsitum.

Mortuus est rebus humanis exemptus de offi.deleg.quamuis & c.si delegatus.eod.ti.lib.6. Vel est uia vniuersæ carnis ingressus cap.j.si subdelegato.eo.titu.& lib. Vel de medio sublatus c. licet. eod.ti.natu medium dicitur hæc vita, & quare sic dicatur no. 23.q.4. cap. hæc autem vita, vt supra. Dicitur autem quis mortuus sex modis. Primo spiritualiter,& sic dupliciter.s.bene.& male. Bene dupliciter.Per baptismum & penitentiã de conse.dis.4.vt ostendet. de pe. dis.j.multiplex. Male tripliciter. baptizatus,ab ecclesia tñ vnitate diuisus,de cõse.di.3.Xps. Secũdo baptizatus in ecclesia vnitate consistens,tamen criminiosus 3.q.4. hi qui vbi dicitur. Nolo mortem peccatoris &c.c.canoni.ea.cau.q. 5.Tertio baptizatus & eternaliter damnatus de const. dist.4. filius Secundo ciuiliter, vt ab hostibus captus seruus effectus, libertus in seruitutem ob ingratitudinem re uocatus.Et dicitur econtrario viuere, qui immaniter occisus est pp fidẽ Xpi, quare mors sanctorũ frequẽter dicitur ab ecclesia natalis eorum quasi tũc ad uitam nati sint. Tertio seculariter, vt monachus.16.q.j.placuit j.Quarto effectualitur, vt Paulus mortuus fuit, vt ait Mihi mundes crucifixus est,& ego mundo.26.q.j.qui Christo.Quinto carnalis,& sexto corporaliter, qui duo modi poni possunt pro eodem, & sic Lazarus mortuus erat 24.q.j. si quem forte.Et differũt mortuus & occisus l.proinde ff.ad l.aquil. nam quilibet mortuus non est occisus, sed econuerso & ita hæc duo se habent ut genus & species & credituum & mutuum l.2.§.appellata ff. si cer.pe.& simile insti.de iur. natu.§.lex. Et qui mortui nascuntur, neque nati neque procreati videntur lege.2.C.de postu.hære. institu.

Moueri controuersia dicitur non solum agendo, sed etiam resistendo. l.non solum §.si status, & ibidem gl. C.de procu.& per Dy.in §.omnium.insti.de actio.

Motis causa donatio.require, supra donatio.

Mors ciuilis equiparatur naturali in casibus a iure expræssis glo. mag. in c.susceptum de rescript.in 6.& glos.in c.placuit.16.quæst.j.Vide tamen an & qñ equiparantur, per

Bar.in l.ex ea parte §. in insulan. ff.de verb.obli.Inno. & Anto.de But.in c.licet.de offic. delega.& Fely.ibidem in j.col.

Mors ciuilis an & quib.casib. equipa retur morti naturali vide Pan. in c.cum sis de conuer. coniuga.

Mortuarium dicitur quod quis reliquit in morte,vt no.in c.conquerente de offi.ordi.

Moliri est conari.cap.quia ex eod. de pa.lib.6.

Minus nota.Pau.in commento decretalis, & si vnammiter, de postu.præla.

Mos est longeua consuetndo,de mo rib.tractatur in c.mos autem distin.j.vel secundum Isid. mos est consuetudo vetustate præscripta & de hac dictione no.in l.pe.& in aut.consequenter.C.de senten. & interlo.om.iudi.

Motu prop io gratia fieri censetur quando hoc expresse cautum est iu eadem, nec sufficit si probatur pro papa notu proprio fecerit,nisi contineatur in literis c.si motu proprio, de præbend.lib.6. & ibi concor.in glo.fi.

Mortenus idest a mortem . 23. q.5. notificasti te morte tenus infirmatum.

Mox qualiter capiatur est glo.in c. quia propter de elec.superverbo. mox.& in l.j.ff.si cer. peta.

DE M. ANTE V.

Mucro est vitium panis,unde dicit. Panis muce scit , vel mucidus fit.

Mucro est ensis.de hoc vide Archi.in c.fi. de excep. libr.6. Et sumitur quandoq; pro excommunicatione,vt 26.q.j.c.visis.vbi in fi. dicitur.Felic.mucrone episcopi,sacerdotum piacula resecantur. i. salubri excommunicatione episcopi sacerdotum crimina puniantur. 24.q.3.corripiantur.

Mulcta est animaduersio vel pœna pecuniaria arbitrio iudicis inflicta , ad correctionem malorum morum.pœna autem est certa imposita a lege , quam quisque in gloss.super verbo, vel tertio.C.de ser. fu. in l.mulcta. ff.de condi. & demon.vbi glo.dicit quod sit pœna extraordinaria pro arbitrio & ibi a testatore imponitur.Dicitur autem mulcta illa pœna quæ non est a lege statuta vel expressa, nam iudices in pluribus casibus legibus non scriptis sic mulctare possiunt litigantes. Ex hoc patet differentia inter mulctam & pœnam. Nam pœna generaliter sumitur tam pro pœna pecuniaria quam pro pœna corporali seu capitali, sed mulcta pro pœna pecuniaria, & per sententiam a iudice irrogata , vnde bene appellatur a mulcta non autem a pœna.l.si qua pœna. ff. de verborum significat. Item mulcta non inducitur nisi a maioribus magistratibus, sed pœna a quolibet iudice.

Mulio est custos multorum , vnde mulio agit multos. sed agaso ducit aselos l.idem iuris.ff. ad legem aquiliam.

Mulcere est lenire,placare vel blandiri.

Mulier , dicitur mollitie mentis, & ideo varium & mutabile testimonium profert.facit glossa. in cap. fortus.extra de verborum significationib.

Multifariam.i.multis modis. ff.de in cen.rui.& nau.l.ne quid.sic plurifariam.i.pluribus modis. ff. de in integ.rest.l.j.Item trifariã & omnifariam, vt. ff. de mune. & hon. l.fi.§.hæc omnia.& C. de con. &

com.ſtipula.l. optimam.

Municipium eſt oppidum in Italia vel in prouincia aliqua conſtitutum, in quo pacis obſeruande cauſa milites conſtituti erant. Si autē in municipio nati ſunt non minus dicuntur municipales,vt.l. municipes.ff.de verb.ſignifi.

Municipes dicuntur qui cuiuſcunq; municipij,maneriei loci ve tenent cuſtodiam.Et dicitur a munere & capio,non obſtante q̄ munus nō capiatur.Et tamen municipes dicuntur qui in eodem municipio nati ſunt,vt.l.municipes.præalle. Vel dicuntur qui in municipio faciunt munera, ſed abuſiue.

Municipum eſt ciuitas,& municipes cuiuſcunq; ciuitatis ciues appellā tur.ff.ad.l.iul.de am.l.j.

Municipalis honorem eſt adminiſtratio reipub.cum gradu dignitas ſiue cum ſumptu.ſiue ſine erogatione contingens.ff.de mune. & hono.lege honor.

Municipalis magiſter dicitur ille qui preeſt municipibus.

Municeps originarius dicitur ab origine patris,non ſua cauſa,vt in l. filius.C.de mune.orig.li. 10.

Multoties & toties.nota. Archi. 19. q.3. non eſt.

Multi dicuntur duo aut tres.c.intratur.de conſe.diſt.2.& l. multis C. de lib.cau. Aliquando multi dicuntur vigintiquatnor diſciplina 45. diſt.quandoq; quadraginta.c. minus extra.de cle.excomm.Aliquā do decem, vt in aut.de trien.& ſemiſ.in princ.Et quot faciant multitudinem,vel dicantur multi,vide late per Bart.in.l. prætor.ff. vi bo. rap.Et an duo dicantur multi vide.Abb.in c.ad noſtram de reb. eccl. non alie.Et qui dicantur pauci. vide capitulo latores. de cler. excom.min.

Multiplicatio eſt quando diſpoſitio iteratur ſeu multiplicatur.v.g. teſtator pluribus hæredib.inſtitutis legat ab vno decē titio, & ab alio decem, & ſic de aliis a quolibet hērede decem inſolidum debentur.l.ſi plurib.§.j.ff.de leg.2. quia ſignificatum ſumitur ex multiplicatione diſpoſitionis,iuncto quod qualitas eſt multiplicabilis, ideo ex qualibet diſpoſitione debetur quelihet qualitas adiecta. Item ibi, teſtator ab hērede inſtituto legat decem titio,& ſi hæres non erit,ſubſtituit ſeium, & ab eodem legat decem idem titio. inſtitutus non eſt hæres.& ſubſtitutus tenebitur tantum ad decem ab ipſo relicta vel ab inſtituto quod idem eſt.arg.l.licet.ff.de le.j.& l. ſeruo §.ſi quis apud eo. tit. Ratio quia ſubſtitutio ſignificat ſubſtitutum eſſe appoſitum loco inſt. Item teſtator legat decem titio in teſtamento.& eidem titio legat decē in codicillis, ſingula debentur, quia multiplicatio ſignificatur.l. quinquaginta.ff.de prob. Sed ibi teſtator legat decem titio in teſtamento.poſt in eodem teſtamento legat titio decem ſemel tantum debentur.l.plane.§.ſed ſi, non.ff. de le.j.quia ex eodem teſtamento & eadem quantitate concluditur teſtatorem quantitatem nō voluiſſe multiplicare , niſi euidenter probare tur contrarium. Sed ibi teſtator leg.decē titio,poſtea in eodē teſtō legat titio. 15. vtraq; quantitas debetur.l. plane. præall.& a contrario ſenſu. cum dicit eadē,& eſt ratio ex diuerſitate quantitatis.Secus ſi diceret. titio cui legaui. 10. volo p̄ſtari 15. tunc enim 15.tantum debentur. Idem dic in contractibus, prout quodlibet probabile mediū cōclu

dit.

dit. Itē multiplicatio deberi significatur. verbi gratia numeraui tibi decem, & incōtinenti stipulor. 20. illa debentur. l. fi ita. ff. de noua. & dele. quia significatum sumitur ex stipulatione facta incōtinenti post numerationem. Item ibi promitto tibi decem, tibi promitto. 10. bis teneretur, quia si intelligeretur de eiusdem promissio secunda esset frustratoria, quòd non est dicendum. argu. l. si quando. ff. de legat. primo.

Munus est duplex, aliud publicum, aliud priuatum. Publicum ē quòd in administranda republica cum sumptu sine dignitais titulo subministratur. vt ff. de mun. & ho. in princip. Et differunt munus & donum, quia munus est cum aliquid datur causa præcedente, donumvero sine causa, vt ff. de verb. sig. l. inter donum, & c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. Et inquit Paul. in l. munus. ff. de verb. signifi. munus trib. modis dicitur. Vno modo donum. Altero modo onus inde immunitas appellatur. Tertio officiū, vnde munera militaria. Inde municeps qui munera ciuilia capit, vnde dicitur. Dat meritum munus, sed confert gratia donum.

Munus cum causa datur, donum sine causa. De hoc etiā per Io. an. in gl. in c. accusatus. de hære. lib. 6.

Munimentum est oē quo quis instruitur & munitur. c. eum qui. de proba. & per Arch. in c. quāuis. circa fi: de elect. in 6. & c. pia. de except. in 6. idem dic de documentis.

Munera patrimonialia & mixta, vide Spec. ti. de censi. & exa. in tracta. libellorum. §. nunc autē dicendum. versi. quæ autem sunt munera. Itē munerū alia sunt sordida vt arene fodiende: calcis coquende, quę in dignitatibus constituti nō consueuerunt subire. Alia sunt sordida cō trario modo se habentia.

Murex est quoddam genus piscis, inde murilegulus quasi legens murices. Sunt autem murices pisces ex quorum sanguinē fit attramentū imperiale in quo purpura tingebatur. secundum Accur. in l. j. C. quæres ven. non pos. Etiā conchilium est animal simile, & vtrunq; debet simul comburi & simul teri, vt ex eis fiant signa.

Murgiso dicitur ille qui in ers est & desidiosus, & hoc intellexit Vulpia. in l. 3. §. idem pōponius. ff. de edil. edic. licet in incorrectis codicibus legatur murionum.

Murilegus dicitur seruus authoritate iudicis manumissus, quem dominus liberos grauando maaumitti disposuit. liberi tamen mortuo parte seruum istum non manumittunt, & sic tanquā mus perforamina liberatur. i. libertatem consequitur, quia iuris potestate manumittitur. C. de murile. in rub. li. 11. secundum Accur. vbi dicuntur murileguli serui qui capiunt pisces qui dicuntur murices, vt supra & in illis seruis partus non sequitur matrem, sed succedit patri in offic. & in hoc est speciale, vt l. qui autem patrem. & l. hi qui. li. & tit. præalleg. & hoc de iure romano, secus autem de iure longobardorum, quia semper in deteriorem trahitur statum, vt sit matrimonium. Si autem concubinatus seruatur ius romanorum quod sequitur ventrem. insti. de inge. in glo.

Mutio id est fatuus.

Munimenta dicuntur probationes & instrumenta quæ causam muniunt. vide de elect. c. quamuis in gl. fi. lib. 6. alias monimenta dicuntur eo quòd monent & informant iudices quid facere debent.

Muni-

Munificus, est ille cui aliquod officium est impositum,& res munifica dicitur quasi munus faciens lege prima.C.de prædiis & om. rebus nauicula lib.11.

Mutatoria dicuntur vulgo diuersaria vel fallonica quasi secreta edicia, & ponitur etiam pro vestimẽtis plurib.mutationũ habentibus.

Mutus est qui proprie loqui nõ potest.§.item surdus.insti. qui. non est.perem.s.facere testamentũ. & l.discretis.C.qui testa.fa.possi.

Mutatio capitur pro variatione in facto, ver.gra.testator legat scyphum vel poculum, & fit massa, vel econtra,legatum non perimitur, immo debetur massa poculo legato vel econtra.l.seruũ filij.§. si pocula.ff.de le.j.quia non significatur voluntas testatoris mutata,& quia poculi ad massã & masse ad proculum facilis est reductio & sic non est magna immutatio, etiam nec in estimatione est magna distinctio. Item ibi, testator lanam legat. & inde facit vestimẽtum, legatum perimitur. lege lana.ff. de legat. 3. quia ex immutatione rei, significatur voluntatis mutatio. Et sumitur significatum ex hoc,quia lane ad vestimẽtõ non est facilis reductio, & quia quo ad est mationẽ magna est distin.simi licet quo ad adaptationẽ quia vestimentum vni aptatum alteri vix adaptatur, & adaptatur, hoc sit cũ magna diminutione sui sed ibi testator lanam legauit,hæres de ille vestimentum fecit legatum non perimitur.l. seruum .§. item si lana.ff. de leg.j. secundum intellectum glo. ibidem. Ratio, quia mutatio facta per hæredem nullatenus significat voluntatis testatoris mutationem. Et idem dic in aliena lana legata ponendo quod dominus ex ea vestimentũ fecit, nam ex hoc non significatur mutatio voluntatis testamentori nisi alias appareat. Non est tamen dicendum quod debetur vestimentum, sed estimatio lane. Item ibi, testator legauit aream, deinde domum desuper edificauit domus debetur. l. serue filii.§. si aream.ff.de le.j.quia area est fundamentum & pars potissima. Etiã quia testator modo videtur in eadem remanere voluntate,nec impositio edificij sufficit ad mutationem voluntatis, immo quia voluntas remanet in legato,& edificium sequitur suum significatum ꝙ testator legat domum. Itẽ ibi, testator legat domum, domus ad aream reducitur, area debetur, quia legatum tenet in tota re & qualibet sua parte, ergo & si in parte perimitur,tenet tñ in parte remanẽte,hoc addito quo ex mutatione rei nulla significatur voluntatis mutatio.Sed si testator legat domum quæ ad aream reducitur,deinde aree edificium imponit nihil debetur.l. si ita.§. si domus.in fi.ff.de legat.j.Ratio quia alia domus est, & non est illa quã testator legauit.Item ibi,testator legauit nauem destruitur nauis, & extra eisdem tabulis reficitur debetur.l.si res.§.aream.ff.de sol. Ratio quia est eadem nauis ex eisdem tabulis refecta.

Mutilare esse aliquod membrum amputare,vel aliquod integrũ detruncare, vt homini manum vel pedẽ vel aliquod mẽbrũ auferre.

Mutuum est quod alicui præstatur, vt tempore suo reddat. Et dicitur quasi meo tuũ, vnde est nomẽ cõpositũ ex corrupto & integro, qa quod meũ fuerat mutuãdo tuũ facio. Vnde res q̃ ponderantur vt ar-

&ũ, & ſimilia quę numerãtur vt pecunia, & quæ mẽſurãtur vt frumẽtũ mutuari poſſunt, vt l. 2. ff. ſi cer. peta. §. mutui datio. vbicitur q̃ mutui datio cõſiſtit in his reb. quę põdere, mẽſura numeroue cõſiſtũt inſt. qui. mo. cõtrahi. obli. l. prin. ve luti oleo, frumento, pecunia nume rata &c. Et licet vſura ſit quicquid accedit ſorti in mutuo ex pacto vel intentione principaliter tamẽ in aliis rebus, putaveſtibus, vel aliis nõ in mutuo cõſiſtẽtib. ẽt vſura cõmittitur, vt 13. q. 3. c. pleriq; & c. ſeq. Vſura eſt. Vbi amplius requiritur quã datur. Pro quo diſtingue duplicem vſurã, vt infra dicẽt in litera. V. Sed nũquid erit mutuũ ſi quis oues ad mutuũ dederit? Reſponde q̃ nõ quia in mutuo inſpiciẽda eſt natura eſt cõſuetudo rei mutuate. Nãpecunie cõſuetudo natura & aptitudo eſt vt ad numerũ detur. l. j. de contrah. emp. & vẽ. & ſic de frumẽto. Sed libri oues & ſimilia nõ dãtur ad numerũ, necnõ põdus, vel mẽſurã eo q̃ res mutuata nõ eadẽ ſed cõſimilis reddi debeat & in hmõdi reb. nõ põt omni moda ſimilitudo inueniri, ita q̃ res ſemper omnino ſimilis reddatur. Mutuũ. n. dãtes & nihil inde ſperãtes &c. de vſu. cõſuluit. & c. nauigãti e. ti. in gl. Et mutuũ tripliciter poteſt reconciliari, vt no. gl. inſtitu. quib. al. licet. §. licet ſi. & ibid. qui mo. re cõ. ob. §. itẽ is in glo. & diſert mutuũ a cõmodato. quia cõmodatũ eſt de eadẽ re præciſe mutuũ aũt eſt de cõſimili reſtituto, vt no. glo. ibidẽ, & vide ibi aliã differentiam notatam, & mutuũ etiã dicitur eſſe triplex naturale tantũ ſcilicet quãdo fit numeratio ſine ſtipulatione de ſoluendo, ciuile tãtum quando ſtipulatio interuenit de ſoluendo ſiue numeratione, ciuile & naturale quando numeratio & ſtipulatio interuenit.

DE NANTIA.

NANCISCI eſt aliquid acquire re conſequi vel adipiſci vnde dicitur nactus ſum illa. i. adeptus sũ vel acquiſiui eam.

Natura dicitur multi modis quãdoq; vis inſita reb. ſimilia de ſimilibus procreãs. Secũdo ſtimulus vel inſtinctus nature ex ſenſualitate proueniẽns ad appetẽdũ procreãdum vel educãdũ. Tertio inſtinctus nature ex ratione proueniẽs, vt eſt gl. j. diſt. ius autem naturale.

Naturalis eſt filius ex concubina qui in domo propria tenetur vnica quaſi loco vxoris, & ita is in bonis paternis ab inteſta. ſuccedit in duas vnica paterne ſubſtantie, ſi alii filii legitimi nec vxoris extet. in bonis autem maternis cum filiis legitimis ſuccedit.

Natus viuus dicitur qui vocẽ emittit vel aliter deſcernitur eſſe viuus, & habet formam hominis, ſecũdum Bart. in l. quod dicitur. ff. de libe. & poſthu.

Natale dicitur ſcriptura cum annis domini, & præconizata, quæ dicebat lucium eſſe natum ingenuum & ſic in legendis ſanctorum intitulatur natalis ſancti Io. quando moritur quaſi naſcatur nunquam moriturus, vel dicitur prima natiuitas qui eſt de iure naturali, & oẽm hominem dicitur liberũ vnde cõſtitutum eſt non officere manumiſſionem natalibus id eſt genuitati inſt. de inge. in fine. Item dicimus ſeruus iſte reſtituitur natalibus. i. libertati quam habet ex iure naturali. ff. de na. reſt. l. 2.

Natiuitas eſt triplex nature gratie, & glorie. Nature prima eſt in vte-

ro

ro,iuxta illud.Quod in ea natũ eſt & c.firmiſſime de conſe.diſti.4.na tiuitas gratie eſt ſecunda quando quis renaſcitur baptiſmum, iuxta illud.Niſi.quis renatur fuerit denuo. & c. qui in maternis eadem di.Natiuitas glorie eſt quando de poſita vetuſtate pœne homo naſcitur ad gloriam.c.poſt baptiſmũ e.di.ſicut mors ſanctorum natalis dicitur.c.ſane.34.q.2.

Natura ſumitur multis modis. Primo eſt ius inſitum rei,ſimilia de ſimilib.procreans. Secundo eſt quidam inſtinctus nature ex ſenſualitate proueniens,ad appetendum, procreandum & educandum. Tertio eſt inſtinctus nature ex ratione proueniens.Quarto eſt ius naturale.i. percepta naturali in prin. decre.§.ius autem,& ibi no. Aliquando natura.i. conſuetudo. l.j. ff.ad maced. & ibi gloſſ. in ver.natura.aliquando idem eſt quod poſſibilitas nature.l.ſi quis poſthumos.ff.de lib.& poſth. Aliquando pro diuina ſcientia.l.ſed & ſi.§.paterfa.ff.de iudi.Aliquando pro naturali ratione inſita a natura.l.ſi non ſortem.§.libertus. ff. de condi.indeb.

Naulum eſt vectura ſiue pretium quod præſtatur pro eadem facta conuentione inter vectores.i. vehendos pro mercede nauigationis cum illis qui nauigium exercent vel ducunt.vnde Lu.de Ro.in ſin gul.ſuis.dicit.talem. Nauem conduxi, vel mulionem, aut galeam ad portandum familiam meam. Quid ſi moriantur aliqui in naui, vtrum pro illis natura debeat naulum vel penſionem habere. Subdiſtingue,ſi ſit conuentio de illis ducendis,vel ad talem locum deportandis tunc pro mortuis non debet ſolui naulum. Si vero ſit de illis pactum in naui ponendis,tunc ſecus.Tertio dubitatur de verbis tunc etiam debetur naulum. tex. eſt ſin.in l. ſi vehenda. in prin.ff. ad l.rho.de iac. Similiter dicetur de infante nato in naui.ff.Io. l.ſed addes.§.ſi quis mulierem.

Nauta eſt qui miniſtrat in naui, vel ducit nauem eam gubernans, & ea quæ ad vſum eius pertinent faciens.ff.nau.cau.ſtabul.l.j. §. 2.ff. furt.aduer.nau.l.vnica

Nauticus tyberinus eſt qui nauigat in flumiue Rome, vehendo in Romam vel extra vehendo ad caſtra,vt C.de nau.tyb. lege ad caſtra libro decimo.

Nauticum fœnus eſt quod propter nauticam,pecuniam vel quaſi nauticam exigitur. ff. de nau.fe. perto.& C.e.ti.l.cum proponas.

Nautica pecunia eſt quæ periculo creditoris in nauigio ſuſcepto datur traiicienda.Sed quaſi nautica eſt cum periculum mutuate pecunie in me recipio ſi aliqua conditio non exiſtat, puta ſi piſcator nõ capiat piſces & huiuſmodi. vide glo.C.de nau.feno.in rub.

Naufragium eſt naue fracta ſubmerſio rerum ſiue corporum, & dicitur quaſi nauis fragium.i.fractura C.de naufra.lib.11.

Nauicularij ſeu naucleri ſunt qui trã ſportant publicas ſpecies ſecundũ Accur.C.de nau.pub.Specu.tranſpor.lib.6.in rubr.Et dicuntur etiam illi qui annonarias ſpecies a ſuſceptoribus in prouincia accipere,& Romam vel in caſtra vbi erant milites deferre debeant.

Nauſo comium eſt domus in qua iuuenes educantur.

DE N ANTE E.

Neceſſarij .i. conſanguinei. inſtituti. de hære.qua.& diffe.§.ſui.

Neceſſitudo eſt parentela vel cognatio

tio.l.non est singulis.ff.dereg.iur. vbi glo.sic exponit.

Ne prout quandoque capitur. ff. de acqui.poss.l.absenti.§.1. de hac dictione vide .C.de iud.vi. tol.in auct.cui relictum.

Nec implicat sensum contrarium ex presse,vt no.in l.iuris ignorantia. C.qui admit.ad bo.poss.possint .

Negotium est triplex id est commune publicum,&priuatum.Commune est quod pertinet ad dispositionem alicuius regionis . Publicum quod pertinet ad regimen alicuius ciuitatis , sed priuatum quod pertinet adpriuatam personam.Et istis tribus negotiis correspondet triplex dispensatio scilicet politica quæ consistit in prouisione plurium seu totius communitatis , & hæc docetur in octo libris politicorum. Aristo. Economica,quæ consistit in dispositione familie. & habetur in duobus libris economicorum Aris.Et monastica vel ethica quæ consistit in regimine sui ipsius tantum,&illa tractatur decem libris ethicorum eiusdem.

Negotiorum gesto.dicitur qui negotia sine mandato gerit.institut. de obligatio.§.i.

Negotiatio est in commerciis , sicut negotium in dispensatione . vnde tam negotiatio quam negotium aliquando significat actionem alicuius rei,cuius contrarium est otium. Aliquando actionem cause, quod est iurgium litis , & dicitur quasi negans otium.c.forus.§.negotium de verbo.signi.

Negligens dicitur quasi nec legens secundum Isido.lib.x.ety.in 2.lib. de negligentia.c.ad secundū. & vide Ioan. Andre.in capitulo cupiētes.§.q̄ si per viginti.extra de election.vbi ponit differentiam inter negligere & contemnere.

Negligentia est eius quod fieri debe vel potest omissio.

Negligentia in prelato est peccatum mortale.Panormitan.in c.nihil in j. col. versicu. quo ad secundum de præscrip.

Negatiua apud iuristas est improbabilis, ut vj.q.vlt. accusator. C.de proba.l. actor. de elect. bone memorie.i.vbi dicitur . Negantis factum nulla est probatio. subaudi recta,quia quod nihil est , non cadit in sensum . Vnde sciendum q̄ multiplex est negatiua scilicet facti,dicti,iuris , qualitatis , & quædam pura.Vnde negatiua facti duplex est scilicet pura , quę habet determinationem temporis , loci vel alterius rei,puta quia est coarctata ad certas personas de qua est casus.in c.tertio loco,de proba. vbi coarctatur ad personas capituli Et illa probaripotest indirecte,verbi gratia.si instrumentum exhibeatur continens stipulationem factā tali die vel loco,ar.c.ex tenore.de test. Aut non habet aliquam talem determinationem,& tunc probari non potest directe vel indirecte. Vnde onus probandi transfertur. in aduersarium , & hoc ideo quia negatione an non sunt cause nec circunstantie,quæ sunt necessarie in probatione,vt si quis dicit nunquam contraxisse cum berta, vel non cognouisse Bettam,quæ dicitur negatiua explicita de fri. & malc.c.j.Vel dicitur negatiua positio.Est enim positio negatiue implicita,vt pono quod in electione tantum quatuor canonici præsentes fuerunt vt in c. cum ecclesia de caus.pos.& prop. quas positiones negatiuas iuris rigor repellit, sed equitas admittit,si iudici videbitur,vt c.i.de confess.lib.6. Etiā ibi,si aliquis dicat se esse non cita

cum. Et negatiua facti mixta dicitur, quæ cum affirmatiua implicita miſcetur, vt illa quæ habet affirmatiuam implicite, dicendo. Ego non renuntiaui ſponte, quaſi dicat renuntiaui coactus vel inuitus. Et hæc debet probari ab eo qui negat. c. ſuper hoc. de renuntia. Sed negatiua iuris probari poteſt, vt ſi dicat quis alicui. Non poteſt eſſe teſtis, debet hoc probare. Similiter ſi negetur emancipatio rite facta, negans iuſte factam, debet hoc probare quòd non ſit facta de iure, ſed cõtra ius in l. ab ea parte. §. j. ff. de proba. vbi dicitur, ab ea parte quæ dicit aduerſarium ſuum ab aliquo iure prohibitum eſſe ſpecialiter lege vel conſtitutione, id probari oportere. Item reſpondet, ſi quis negat emancipationem recte factam, probationem ipſum prẽſtare debere,

Negatiua uero qualitatis duplex eſt, ſcilicet aut qualitatis intrinſece aut qualitatis extrinſece. De qualitate intrinſeca vt cum homo naſcitur, tunc præſumitur negatiua, niſi probetur affirmatiua. Vnde ſi negetur ſcientia probandum eſt hoc examinatione iudicis. de præben. cap. cum ſecundum apoſtolum. Si etas per aſpectum corporis,. Si illegitimas, aut ergo is, cui illegitimas apponitur, eſt de hoc infamatus, & tunc cogitur ſe purgare. c. bone. præall. Dicendo ergo, Ille non eſt idoneus, non eſt legitimus, non eſt ſoluendo &c. probari debet abeo qui dicit, quia quilibet p̃ſumitur idoneus, bon⁹ &c. niſi contrarium probetur, de præſump. dudum. de ſcru. in or. ſa. c. vnico. & niſi ius præſumat in contrarium. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. quintus. ff. de proba. l. ſi pactũ & l. ſi chirographum. Etiam iudex qui habet ex officio ſuo cuncta rimari. c. iudicante. 30. q. v. & 23. q. 8. occidit de offi. delegat. ſuper quæſtionum. §. intentionis poteſt & debet, ſi viderit expedire interrogare ſuper negatiua argu. eſt ff. de interogatiua. acti. 1. vbicunque. & c. cum Io. de fide inſtru. vbi iudex facit interrogationem quã etiam pars facere non poterit, cum eſſe in cauſa concluſiñm faciunt no. per Hoſtien. & Innocen. in c. ſuper his de acuſa. maxime ſuper negatiua vbi agitur de ſalute vel periculo anime arg. de re iudica. c. lator ad finem. Ex prædictis elicitur ꝙ quis in iudicio excuſatur a reſpondendo poſitioni negatiue, ideo quia qui negat non ponit, ſed remouet, ſiue ſit negatiua implicite ſiue explicite, quam faciunt he dictiones, tantum ſolum &c. Specul. in titu. de po. §. 8. ſic probat neutram prędictarum poni poſſe Nam poſitiones ſuccedunt in locum probationum. vt in auctẽ. de his qui ingredi. ad app. §. fi vnde id ſolum venit in poſitione quod in probatione. Sed negatiue (vt prędicitur) nulla eſt directa probatio, ergo nec poſitio. Et dat Bal. rationem, quia reſponſio ad poſitionem fit ad relaxandum ab onere probandi. Sed poſitiones negatiuas non habet neceſſe probare, ergo non ei eſt reſpondendum. Et ita dicit ſentire glo. in l. 2 in §. quod obſeruari C. de iur. calum. Si vero habet & neceſſe probare, tunc deberet reſponderi, vt in c. i. de confeſ. lib. 6. Item dicit negatiuam poſitionem eſſe in qua ponitur dictio abſque vt not. Cyn. in l. actor. C. de proba. in 3. q. Hoc verum quando iſta dictio abſq; venit ad excluſionem alicuius affirmatiue, & ita ex ſe non implicat affirma-

firmationē ſecus ſi implicaret illā. verbi gratia pono q̄ heri fui abſq; eo q̄ titium tali die percuterem, quia tota die fui abſens alibi nam talis poſitio nō dicitur mera negatiua, quia oritur ex affirmatiua. ſ. fui alibi. Et hoc tenet Spec. in tit. de poſ. videndum. verſi. 8. fa. no. in ſti. de inuti. ſtip. §. item verborum. Item quia ponens illud quod ponit, ſi negatur, neceſſe habet probare. l. actor præalleg. quæ eſt canonizata. 6. q. vltim. accuſator. in qua dicitur. Accuſator quod aſſeuerat profitendo probare ſe non poſſe, reum neceſſitate monſtrandi contrarium non aſtringit cum per rerum naturam factum negantes probatio nulla ſit. Et ſicut propoſitio negatiua (vt prædictum eſt) ſic etiam poſitio negatiua eſt triplex ſcilicet facti iuris. & qualitatis. Et facti duplex ſcilicet ſimplex & pura, quæ non habet determinationem loci temporis vel rei conſimiliis vt illa pono me nō cognouiſſe bertam. c. j. de fri. & male fic. &c. De tali etiam in c. cum eccleſia de cauſ. poſſ. & proprie.

Et alia impura vel mixta, videlcet quæ eſt certo loco coacta, vt in c. propoſuiſti. de proba. vbi per loci inſpectionem probatur non congita. & habet in ſe ſenſum affirmatiuum implicitum, vt non cognita, id eſt virgo. Et dicit Bart. de ſix. in l. quicunq; præallega. ſe ſemper defendiſſe quod qui proponit negatiuam, debet eam probare etiam ſi non fit coarctata loco vel tempore, quia intelligitur coarctata perſona proponens. per c. pleriq;. 2. queſtio. 7. vbi boni viri ſufferūt peccata aliena & tacentq̄ ſciunt inducibus probare non poſſunt. Et hoc ipſe idem concludit. C. de ſer. fug. l. quicunque preall. Ponat actor quicquid velit affirmatiue vel negatiue pro intentione ſua fundanda, hoc probare debet. Nota quod antiqui doctores negatiuam probari non poſſe intellexere per teſtes. Sed hodie poteſt iudex admittere poſitiones negatiuas q̄ non poſſunt probari niſi per confeſſionem aduerſari. ſi ſaltem hoc videatur ei equum & expediens. De hoc de tempo. ordi. c. dilectus. de eta. & qual. c. vlt. & gl. antepe. in c. i. de confeſ. lib. 6.

Nepos eſt filius filii vel filie, ſed neptis filia eorūdē. Etiā nepos capitur pro filio fratris. c. 2. de arb. & c. fundamenta. de elect. lib. 6.

Nepos poſthumus eſt qui poſt mortē aui natus eſt ſuperſtitie ſuo patre. Neophytus dicitur nouus in fide. 44. diſt. quoniam a neos quod eſt nouū, & phytos quod eſt fides. Itē dicitur nouus in religione. ea diſt. ſicut olim. Et prohibetur talis ordinari duabus de cauſis. vt ponit Goffre. in ſumma. de tēpor. or. c. ſequitur. Imo neophytus dicitur a neos, quod eſt nouus, & phytō, plāta ſeu germē quaſi dicas nouā plantam ſeu nouum germen.

DE NANTE I.

NIHIL quandoque eſt aduerbium negandi, id eſt nō. ff. ad leg. aquil. l. qui foueas. & C. de contrahen. empt. l. cum ipſe. Quandoque id eſt non omne. ff. de acqui. poſſ. l. naturaliter. §. nihil & C. de nat. lib. l. fi. Aliquando nihil id eſt nullum. inſt. de bo. lib. in prin. Aliquā do id eſt parum. C. de com. pec. l. cum allegas. lib 12.

Niſi quod modis capiatur, vide per Dyn. in regula peccati lib. 6. & l. actione. C. de tranſact. Nam quādo dictio niſi ſequi negationem, tunc ſtat incluſiue, & ſic ponitur reſpectu excipiendi, vt in c. poſtulaſti,

& in c.sedes. de rescr. ca. Romana. versi.2. de ap. lib. 6. Si uero præcedit affirmatio & hoc respectu excipiendi, tunc priuat.c.j.de app. c.si vero. de sen. excommu. cum similil. Item & si adiicitur oratioui affirmatiue, priuat. de test. ca.de testi.in fin.Quandoque nec ponit, nec priuat. 2. questionj. Hæc est ratio, nam oratio præcedens non complectebatur illum casum. Interdum ponitur pro sede. 28. di.si deinde. Quandoque pro si non vt.c. præterea.2. de ap. & c.quicunque de sent. excomm. lib.6. Vnde quando ponit nisi in sententiis & vltimis voluntatibus videtur inducere conditionem secus in contractibus. De hoc vide per dominum Dy. vbi supra. Et dicito nisi componitur ex vi idest & non si quasi si non. Et sumitur tripliciter.Primo conditionaliter. Secundo exceptiue. Tertio bis modis simul. Item conditionaliter tripliciter, vel quo ad resolutionem,vel quo ad dispositionem vel qno ad emptionem.Quo ad resolutionem ibi,vendo tibi fundū pro decem nisi aliud infra mēsem attulerit meliorem conditionē. Nam venditio puta solutio conditionalis quia resoluitur vel rescinditur si alius infra, mensem attulerit maius partium, sed non stabit. vendition.l. 2.§. si in diem ff.pro empt. Item ibi lego decem nisi nauis ex Asia venerit infra mensem dispositio est conditionalis, quia sensus est, si non venerit legatum valeat & perficiatur. Similiter ibi lego nisi noluerit dispositio conditionalis est. & legatum conditionale, & est sensus,lego si haberes non contradixerit seu reprobauerit, sicut apposita conditione, si capitolium non ascenderit.l.fin.ff de condi. insti. Item ibi lego decem, & adimo nisi nauis ex asia venerit,adēptio conditionalis est, & sic est sensus, adimo legatum, & nolo tenere ipsum si nauis venerit, & quia ademptio est sub condi.videtur datum sub contraria conditio l.quibus dieb.§.qui titio.de cōdi. & de.Significatur etiam exceptiue quādo eximit seu tollit aliquid quod est in oratione pręcedenti, vt nō sit idē ius vel idem affectus. Et hoc dupliciter, ut pręmissum est.s.affirmatiue post orationē negatiuam,& negatiue post orationē affirmatiuam, vt nullus homo currit,nisi socrates omnis homo mouetur nisi plato. facit l.j.C.de transact.& l. si eum.in fi.ff.si quis cautio.cum ibi not. Item in prędictis vbi refertur ad resolutionem & ademptionem facit conditionem. Et significat etiam aliqualiter exceptiue,& sic conditio.significant & exceptiue simul.

Nihilominus, & nihilomagis differunt quia primum includit affirmationem secundum negationē. vt instit. quibus non est permiss. face. testi.§.j.in glos.

DE N ANTE O.

Nocere proprie dicitur qui nocet persone non rebus.ff. de his qui deie.vel effu.l.j.§.huius autem.

Nocet exponitur .i. non prodest in auct.de appel.in princ.col.4. quādoque idest nocere potest.de stat. lib.l.labeo in principio.

Nominator idest elector officialium, vt. C.de peri. nomina. l. j. & 2. libr. 11.

Nomen quandoque idem est quod ius debitoris,vt.ff de re.iud.l.a diuo pio vbi dicitur quod primo debent venire.i.vendi mobilia, secundo immobilia, tertio nomina

.i.iura debitorum condemnatorū & ſpecialiter in.§. ſic quoque. & ſequen. Item quandoque nomen idem eſt quod fama, vt dicendo. Melius eſt habere nomen bonum quam vnguenta precioſa.Eccl.7. Etiam quandoque capitur pro nomine rei proprio vel appellatiuo, & ſic dicitur. Nomen conſonā.debet eſſe rei 21. diſ.cleros. de præben.cum ſecundum Apoſtolicum inſt.de do.§.eſt & aliud genus 27. q.j.ſi cupis. De nomine proprio dicitur quod ſimilitudo nominis inducit affectionem.ff.de lega.2.l. cum filius.§.pater.iuncta gloſ. & ff.de.legi.j.ſi quis in fundi vocabulo vbi dicitur quod de nomine proprio nō eſt cura vel de cognomine,dum in ſubſtantia non erret quia nomina hominum mutabilia ſunt,rerum autem immutabilia.

Nobilitas ſecundum Bar.de ſax. fer. in trac.de nobile. quem cōpoſuit circa.l.ſi vt proponis.C.de digni. lib.12. ponit quatuor opiniones de nobilitate quos reprobat. Nobilitas eſt qualitas illata per principatum tenentem,quæ quis vltra honeſtos plebeos acceptus oſtenditur.Primo dicitur qualitas,quia poteſt adeſſe vel abeſſe præter ſubiecti corruptionem. Nam mulier plebeia nubens nobili nobilis efficitur.l.mulieres. C. de dignit. l.fœmine.ff.de ſenat.& his quibus imperator de nouo concedit dignitatem,vt in eo.ti. præalle. Ita mulier nobilis nubens plebeio efficitur ignobilis. ſicut ille qui propter delictum perdit dignitatem. l.quoties.& l.iudices.C.eo.tit. Et ſic in aliquo tēpore quis eſt nobilis,in alio ignobilis,imo in vno loco,& non in alio,vt ſarracenns nobilis captus a chriſtiano,eſt ignobilis,& ſeruus,& econuerſo. Dicitur illata,quia nullus a ſeipſo pōt habere dignitatem vel nobilitatē, ſed oportet q̄ per alterum conferatur,imo qui ſua auctoritate aſſumeret, in crimen falſi incideret, vt in.l. iuliam maieſtatis.ff.de fal. & de regul.iuris.c.j.li.6.Vide no. per Bart.in.l.reddatur.C. de profeſ.& me.li.10.& in.l.j.C.vt dige. ordo ſeruetur.& Bal.in.l.data opera in 17.col.C.qui accuſ.non poſ. vbi ponit de nominante ſe comitem qui non eſt,& de creante notarios cum non habet poteſtatē. Etiam quia diuinas confertur in alium ex mera gratia concedentis .ſ.principis qui non recognoſcit ſuperiorem,alias enim ſuperior coget inferiorem,vt daret dignitatē ſi eſſet ex debito. Poſſunt tamen pręcedere alique cauſe ex cōgruo impellentes concedentem,vt ſunt virtutes & actus virtuoſi.ff.de origi.iur.l.2.in penul.& vlt. colum. Dicitur per principatum tenentē ſed principatum omnium tenet deus,qui quandoq; nobilitas & dignitates temporales immediate inſtituit, quandoq; alius princeps non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus. Nam baro qui nō eſt miles poteſt certo caſu facere militem.licet contrarium no.Cy. in.l.3.C.de here.inſti. & Bart. in l.ſi.C.vnde liberi.vbi dicitur qđ qui non eſt doctor, non poteſt facere doctorem. nec militie qui nō eſt miles.Poſſunt tamē reges vel duces extra regnū ſuū in alienis partibus facere milites, quia ea q̄ ſunt voluntarie iuriſditionis (vt eſt facere militem)poſſunt exerceri extra territoriū l.j & 2.ff.de offi.procōſu.& le. Dicitur qua quis vltra honeſtos plebeios,quia plebeiorū,quidā ſunt honeſti quidā viles.l.mulier.C.eo.ti.licet. Ergo

honesti plebei sint magis accepti non tamen sunt nobiles, quia nobilis est acceptus, vltra honestos plebeios. Et dicitur acceptus quia nobilitas consistit in hoc quòd princeps facit quem gratũ & acceptũ licet in ciuitatibus. quę reguntur per populum nobiles sint interdũ minus accepti, & plus puniãtur in penarum impositione. Dicitur vltimo in diffinitione oñditur, quia si quis per mille annos viueret cũ omnibus virtutibus, & princeps eum summe diligeret & acceptum haberet, tamen plebeius remanet donec in eum conferretur dignitas nobilitatis per principem, qua ostendatur acceptus vltra plebeios. Et potest ostensio fieri verbis expressis. hoc continentib. l. ille. autẽ. §. cũ in verbis. ff. de legat. 2. Quandoq; etiã nõ exprimitur verbis, & tunc debet fieri aliquo actu hoc quasi de necessitate importante. l. pro herede. § papinia. ff. de acqui. here. vt si conceditur alicui officium quod habet dignitatem vel nobilitatem annexam, vt cõmunitatum, ducatum &c. Cetera de nobilitate, videlicet quatuor opiniones, & tres nobilitates, qualitate aliquis debeat probare nobilitatẽ, vide in tracta. præalle. Et vtrũ nobilis propter ingressu religionis perdat nobilitatem, vide Ludo. de Ro. in sing. suo. 37. Bar. in l. deo nobis. C. de epis. & cler. Et quod non facit. ff. de reg. iur. l. iura. quæ dicit, iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. Et nobilitas est quoddam ius sanguinis quod est incommutabile. vt l. ius agnationis. ff. de pact. vide glo. or. 27. quæstio. 2. scripsit 20. q. 3. præsens clericus, quæ volunt, quod sic quas approbat. Spe. eo. ti. de statu mon. §. j. ver. 11 Etiã domini de Rota, inter quos talis questio de facto fuit mota allegabant duas gl. aperte volẽtes monachum nobilitatẽ pdere. Primã in ca. j. de purg. c. super ver. ingenuus nõ est. Secundã in c. ea quæ. de statu monacho. super ver. personarũ defectu. Quibus tamẽ nõ obstantibus dñi Rota cõtrariũ determinauerũt per rationes vt supra.

Nobiles & honestiores ciues non dehonestãtur in vltimo supplicio inferendo, quemadmodum plebeij. vnde solent isti fures suspendi, alij vero decapitari. Pan. in c. pasto. in prin. in vlt. no. de off. delegat.

Non obtemperare, idest non obedire, vt qui sciens non paret vocatus a domino vel iudice. si quis ius di. nõ obtemp. in rubro & nigro.

Non, significat negatiue communiter qua aduerbium negandi. Quandoque, tamen, etiam significat affirmatiue, vt ibi, Promittis mihi decem, & respondes quare nõ. l. j. §. j. ff. de verbo. oblig. Nam sensus est quòd promittis & consentis, significato sumpto ex dictione quare. iuncta dictioni non, quasi diceres non est ratio negandi, id est assentio. Et idem ibi si interrogatus an velim adire hæreditatem mihi delatam, rñdeam cur non? videtur adire hæreditatem. Secus si dicerẽ, hęc hereditas non displicet. Nam tunc non videor adire, quia non sequitur. non displicet, ergo placet, quia est medium inter displicet & placere scilicet non lacere. sic est medium inter nolle & velle scilicet non velle. Nec obstat. l. cum antea. C. de arbit. vbi tex. non displicet & partes sententiam ab arbitro latam videntur approbare quia ibi non displicere capitur p placere, & hoc ex approbatione arbitrij. Etiam quandoque dupli catur dictio non, & tunc signi-

cat affirmatiue.l.duobus.ff.de verbo.signi. Nam due negationes faciunt vnam affirmatiuam, quia negatio destruit negationē nisi probabili medio proferentis inferatur voluntas, ut l.j.C.de ser. fugi. & ff.de offi.prefect.vrb.promulgatis & ff.de sena.lege fœmine & de iureiurādo capitulo & si Christus in principio.

Notabilis, id est, notatus vel infamis. cap ex parte ade de testib.

Non admitti ad partem, capitur pro ipso quod est non admitti facta distributione a parte quando pars cui facta ē nō admittitur vel Ideo, quia in rerum natura non est, vel quia alias admitti non potest. verbi gratia legatum relictum est nihil & posthumo. Posthumus existens in vtero, licet nō admittitur ad partem, significatur tamen me tantum admittendum ad partem. lege si duobus.in princi.ff.de leg. primo. Ratio, quia mihi pars tantū relicta est. Et si dicatur, deficit coniunctus, quia non admittitur ergo pars eius mihi accrescit ex dispositione legantis, vt patet in materia coniunctionum, & sic admittatur ego ad totum. Respondetur ꝙ non deficit coniunctus in casu p̄missō, quia est spes eum nasci & admitti. Item ibi, testator mihi & ei qui capere nō potest, legat 10. ego ad v. tantum admittat. l. si titio. ff de legat. 2. & intelligit Bar. ꝙ capere non potest, quia auferetur ei res ex testamento tanquā indigno, & si non admittitur, loco eius admittitur fiscus, & si pars eius non deficit, nec mihi accrescit. Item ibi testator legat mihi & seruo suo proprio ego admittor tantum ad partem l. plures. §. si coniunctim ff. de lega j. quia ex parte tantum mihi relictum est, & pars coniuncta non omnino deficit, quia naturaliter seu de equitate sibi debetur. Sed ibi legatur mihi & illi qui non est in rerum natu a nec esse separatur, admittor ego ad totum l. si duobus præalle. §. fin. ff. de le. j. Ratio, quia pars coniuncta omnino deficit. Idem ergo in omni casu in quo pars totaliter deficit, vel quia coniunctus moritur ante testatorem vel relictum est posthumo qui nascitur abortiuus, vel si coniunctus repudiat, quia tunc pars coniuncti omnino deficit, & ideo propter coniunctionem alteri parti accrescit, licet de consuetudine quarundam partium (vt Francie) coniunctio non significet ius accrescendi ideo quantumcunque deficit pars vnius, aliter tantum ad partem admittitur scilicet sibi relictam. Significat ergo, non admitti ad partem ipsum cōiunctum ad partem tantum, vel totum admittendum prout hoc quodlibet medium probabile declarat.

Nolle & non velle differunt, quia nolo importat præcise resistenda, contemptum & omnimodam contractionem vel repudiationem, & non solum absentiam voluntatis, sed non volo, tantum aliqualem & non omnimodam importat contradictionem, vt nota. Ioan. Andre, de offic. delegat. capitulo prudentiam §. j. super verbo non velit. Et quandoque capitur nolo vt etiam non importet præcise resistentiam pro non volo, vt in c. finem litibus, de do. & contuma. ibi nolit aut nequeat secundum Ioan. An. & sequitur. Vincen. Similiter dormiens non vult legere tunc & tamen expresse legere nō negat. vt no. extra de sic. 2. & dictio nolle cōponitur de

non & velle. Alij tamen ponũt differentiam dicentes quòd non velle significat priuatiue. i. nõ esse voluptatem seu motum voluntatis. Sed nolle significat positiue. i. esse motum non fieri, vel non obtinere illud de quo quæritur. Et per hoc dicunt docto. quòd si heres de liberando de adeũndo dicit se non velle adire, hæc verba non significant repudiationem, quia non velle adire est non habere motum animi adeundi, non autem per hoc sequitur quòd repudiet. Secus si dicat, nolo adire, quia sẽsus est quòd habet motum animi ad non habendam hereditatem, & ideo significat repudiationem. facit. l. filij. §. j. ff. ad tertul. propter hoc dicit lex qđ iter velle & nolle est medium scilicet non velle & nolle l. j. §. scientiam. ff. de tribu. ac. & hoc de proprio significatoverbi. sed ex circõstantijs possunt recipi alia signata.

Nosocomion locus est constitutus propter pauperes egrotantes & languentes in quo infirmis alimenta subministramus de eo meminit imperator in l. illud. §. j. & in l. penul. C. de sac. sanct. eccle. & in aut. de alie. & emphy. §. emphyteosis. ver. & hoc quidam. quamuis in aliquibus codicibus mẽdose legatur nosocomium, cuius meminit etiam Diuus Hierony. dum inquit. Quæ habere poterat, distribuit dilapidauit ac vendidit, & in pecuniam congregatam vsibus pauperũ præparauit. Et primo omnium nosocomion, id est languentium villã instituit, in quo egrotantes colligere de plateis, & consumpta languentibus atque inedia miserorũ membra refoueret.

Nota est idem quod infamia l. 2. ff. de his qui notan. infamia.

Note sunt signa scripta quibus aliqd significatur, non tamen sunt litere l. sed cum patrono. §. fi. ff. de bono. possess. & ibi Alex. & 77. distin. cap. monachus. & ibi glo.

Notare quandoq; est reprehendere cap. fin. de sortile. Quandoque infamare. cap. accedens de purga. ca no. Quandoque considerare. cap. cum olim. 2. de offi. delega.

Notarius est publica persona. quia eius officium ad publicam vtilitatem inuentum est, dicitur a notando, quod est negotia hominis publice & autentice impublicam & autenticam formam redigere. Et idem dicitur scriba a scribendo, & tabellio seu tabellarius, a tabula. Require supra locis suis.

Notitia nostra triplex est, quædam per auditum, quia scire dicimus quod ab alijs audiuimus alia per visum quãdo negotio interfuimus cap. hoc videtur 22. qõ. v. aliam habemus ab hominibus fidedignis per literas autenticas. quos nõ est verisimile mentiri. arg. cap. j. §. 2. extra de post. Est & alia iudicialis, vt per testes & similia vt not. per Garsiam in cap. cupientes. in prin. de elect. in 6.

Nothus dicitur illegitimus & proprie de adulterio natus, sicut dicit not. febris quę affligit vt quartana, vt not. glo. in §. personevero. in fin. c. nisi cum pridem. de renun. etiam dicitur a nota, id est infamia, quia talis infamiam incurrit.

Notorium est triplex. Quoddam est notorium prę sumptionis, scilicet quod est euidentia iuris vehemẽtis præsumptum, vt paternitas filiatio, vbi non requiritur alia probatio cap. quoniam de fid. præsbyter. Nam quòd quis sit alicuius filius nõ põt vere probari lege Lucius. ff. de condit. & demonstrat. Vnde filius est quẽ nuptie demonstrat.

ſtrat.ff.de in ius vocan.l.qua ſemper.in fin. Nam ſi vir & vxor aliquem infantem nutriunt,& dicunt eum filium eorum eſſe, tunc præſumitur eorum filius.Eſt ergo notorium pręſumptionis euidentia rei euidenter a iure præſumpta. Aliud eſt notorium iuris,& eſt clara iudicialis confeſſio inconuincibilis probatio, & irretractabilis diffinitio, de quo ſcilicet notorio quis damnatus eſt, vel in iure cõfeſſus.Et ſic illud eſt duplex, videlicet per confeſſionem factam in iure,& per ſententiam iudicis, vt in ca.veſtra de cohabit.cleri.& mu.Tertium eſt notorium facti ſcilicet quod commiſſum vel factum non dubitatur a populo vel a maiori populi parte, & per euidentiam rei nulla poteſt tergiuerſatione celari,uec oportet quòd omnes circunſtantie facti ſint note.vt ca. vlti.de cohabi.cleri.& mu.ca.cum dilectus.de purg.cap.in fi.2.qõ.j. de manifeſta. & capit.ſequen. Et illud notorium eſt triplex ſcilicet ſecundum triplicem diſtinctionem facti, quoddam eſt facti permanentis & continui,vt quòd Deus ſolis ſtat in palatio Papienſi continue. c.dilecto de appel.& illius non indiget probatione. Aliud eſt facti tranſeuntis,vt quod quidam in publico palatio occiditur coram populo. Tertium eſt notorium facti interpellati, vt quia vſurarius vna die tenet menſuram paratam,alia, nõ.Et illud ſic deſcribitur,ẽ quoddam intellectuale & notum ſic ꝙ non poteſt aliqua tergiuerſatione celari, vt quòd præsbyter cognoſcat concubinã,cũ quam habet animalia gradientia circa focum panem poſcentia.De hoc plenius no. per docto.in capit.veſtra.præalle. vbi tractatur materia notorij,quæ eſt adeo intricata, quòd dicit Ioã. de Lign. & dominus Anto.de But. quòd multi loquuntur de notorio & quid ſit notorium ignorant. Et in concilio Baſilienſi in ſeſſione. 20.additus eſt quartus modus vltra tres communes notorietates ſcilicet quando ſacerdos mulierẽ de incontinentia ſuſpectam & infamatam tenet, & per ſuum ſuperiorem admonitus ipſam cum affectu non admittit, vt in decret. quod incipit quicunque clericus in quo etiam notorij concubinarij a perceptione fructum omniũ beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio ipſo facto ſuſpenduntur, quos fructus ſuperior conuertat in fabricam vel in aliam euidentem vtilitatem eccleſiarum ex quibus iſti fructus percipiuntur& niſi monitus concubinam dimittat, aut aliam non reſumat, omnibus beneficijs priuetur. Et nota quòd moderni ponunt nouem genera probationum quæ in iure formaliter differunt, vt ſunt argumentum, præſumptio, indicium, fama, rumor, pene occultum, occultum omnino, manifeſtum, & nororium. Vnde argumentum eſt ratio rei dubie faciens fidem. de her.cum ex iniuncto.de verbo. ſignifi.cap.forus. Præſumptio eſt quoddam medium intellectualeveritatis eliciende ex circunſtantijs inſurgens, de præſumpt.ex ſtudijs.De illa quę eſt iuris tantum, & quæ eſt iuris & de iure. not.in ca. is.qui fidem.de ſpon.vbi gloſ.nor. de quintuplici præſumptione.Iudicium eſt medium intellectuale ex aliqua ſingulari circunſtantia inſurgens.C.& ff.de rei vendi.l.iudicia. Fama eſt illeſe dignitatis ſtatus, vita & moribus comprobatus. Hoc verum de fama homi-

nis,

nis, ſicut infamia eſt leſe dignitatis ſtatus vita & moribus reprobatus. Sed fama de aliquo negocio eſt mediū veritatis eliciende, & communis clamoroſa inſinuatio inſurgens apud totam vel maiorē partem populi, ex incerto auctore proueniens. Rumor eſt particularis inſinuatio clamoroſa, ab incerto auctore conſurgens. Pene occultum eſt quod probari poteſt ſed difficulter. Occultum omnino eſt quod nullatenus probari poteſt, & ſubiicitur iuri diuino. de ſim. c. ſicut. 6. queſtio. j. ſi omnia. Manifeſtum dicitur quod de facili probari poteſt. Et notorium ſupra deſcriptum eſt de quo etiam datur exemplum de ſtatua & percuſſione, vt no. in c. ſuper eo. de teſta. cogē. & in. l. ciues. C. de appel.

Nouatio eſt prioris debiti ac prioris obligationis partibus hoc volentibus expreſſe in aliam obligationem transfuſio vel tranſactio ver. gra. debiti tibi centum aureos ſub conditione ſi nauis veniret ex aſia. placuit inter nos nouare obligationem, vt illud quod debui tibi ſub conditione, pure & ſine conditione debeam. Hoc eſt nouatio. ita, quod prior. obligatio conditionalis tranſit in poſteriorem per notionem. Eod. modo pone exempla in ſimilibus, vt. ff. de nouat. & C. eod. tit. per totum.

Nouale eſt terra præciſa (alias: prætermiſſa) quæ per annum ceſſat. Alii dicunt quod eſt ſilua quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, & fieri nouale dicitur & vtraque illarum interpretationum colligitur ex legibus ciuilibus. Sed apud notarios Romani pontificis nouus vſus obtinuit q̄ nouale etiam dicitur ager de nouo ad agriculturam redactus, de quo non extat memoria q̄ aliquando cultus erat, vt in c. quod per nouale. de verb. ſig. vbi de hoc.

Nouellarum liber autentic. eſt de eo de quo ſit mentio extra de teſtator. cap. 2.

Nouerca dicitur quaſi nocens arcus, vel quia eſt noua arca ſine fructu. inſt. de nu §. locrum. Et dicitur uxor patris naturalis vel adoptiui C. ad. leg. fal. l. licet.

Nouerca non cogitur ſtare cum priuignis. Bar. in. l. ſi diſc. ff. vbi pupil. educ. de.

Nouicium dicitur aliquod habito reſpectu etatis l pretium. ff. de edil. edic. quandoque ex qualitate ſeruiendi l. ſi. eod ti. quandoque qui minus vno anno ſeruiuit. l. fin. §. quoties. ff. de publi.

Nouum opus facit qui aut edificando, aut deſtruendo, aut foueam faciendo, priſtinam faciem operis immutat. Secus ſi vetus reficiat, vel incrementum imponat, quia tunc non videtur nouū opus facere. ff. eod titul. l. j. §. nouum. §. ſi quis edificium

Nouum dicitur quod non eſt uetus ff. de vi. tri. & ole. le. puta quod eſt ante annum l. ſi. §. quoties. ff. de publ. quandoque dicitus quod eſt ante biennium l. qui agros. C. de omni agro deſer. li. 11. Aliquando dicitur, nouum, quando extat memoria, & eius contrarium dicitur vetus l. j §. fin. ff. de aq. plu. arc. Aliquando dicitur nouum, licet ſit aliquid de veteri. ar. l. prætor. §. fi. ff. de dam. infec. &. §. ſed ſi eadem inſti. quibus. mo. tol. obli. Nouum aliquando ideſt vltimum c. cum marte. de celeb. miſſa. non quod ab initio eſt ſtatutum cap. cum venerabilis. extra de cenſi. Item dicitur noua hereditas quantumcunque lege ſtatuto vel ſenatu

tuſconſulto deferatur, excepta lege 12.tabel. quæ dicitur vetus l. j.2.3.§.non.ff.de peti.here. & l.j. §.capitis.ff. ad tertul.& inſtit. ad orfi.§. ſciendum.

Nouus homo dicitur ſeruus manumiſſus poſtea in ſeruitutem redactus.l.ſi ſeruus in fi.ff.de adimē.l.

Dicebantur & homines noui teſte Budeo in adno.ad pandectas, in.l. 2.ff.de ori.iur.qui ius gentilitatis & maiorū imagines nullas habebant, terre filii, & velut a ſeſe orti.

Noui operis nunciatio ſecundum Hoſt.eſt illi qui de nouo edificat in prejudiciū alterius, legaliter facta prohibitio l.j. ff. de not. openū. Et pertinet ad ea tantum, quę ſunt ſolo coniuncta, vt in.l.j. præalleg. Fit aūt tripliciter. Primo ſolo verbo dicendo. Nuntio nouum opus, & hoc in loco edificii ipſo domi no noui operis. Secundo per pactum lapidis vel lapilli. Tertio per iudicis prohibitionem. Primo modo nūcians perdit poſſeſſionē. & facit aduerſarium poſſeſſorem. v.g. voluiſti domum edificare in fundo meo, & nunciaui tibi quod non faceres, dicendo. Nouū opus nuncio.i.prohibeo. Nuncians vero ſecundo & tertio modo retinet poſſeſſionem, ſecundum Ber.in c. ex parte. de verb.ſigni.

Nouum opus nuntiare eſt prohibere ne edificium fiat, vt quādo nuntio tibi ne edifices in fundo meo. vel per iactum lapilli preſentibus teſtibus. Hæc nunciatio habet talē effectum q̄ ſi edifices ibi ſpreta nuntiatione mea, abſq; hoc q̄ caueas de opere demoliendo ſeu deſtruēdo ſi te apparuerit iniuſte edificare, q̄cquid poſtea edificaueris ſiue iuſte ſiue iniuſte, totum debebit deſtrui, vt in.l.j. præal.§. opus nouum. &.§. nunciamus. Et ſi aliquid in pnblico fiat, omnes ciues opus nouum nunciare poſſunt. Nam reipub. intereſt quam plurimos ad defendendum cauſam ſuā admittere l. 2.in fin.ff.de no.openuncia. Et dicitur in .§.opus prę- alleg. quod hoc edictum non complectitur omnia opera, vt ſupra. de interdictis.

Noxa dicitur quod nocent vel nocui, vt ceruus, aut aliud animal nocens, vt.ff.de nox. ac. in ru. Item adde quod noxa aliquando ſumitur pro culpa aliquando pro peccato, aliquando pro pena. extra de reſcrip.c.ſtatutum. lib.6.

Noxia dicitur ipſum delictuu, malefficium vel damnum datum vnde. Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. vt inſtitu.de nox.ac. in gloſſ.

DE NANTE V.

Nudum poteſt dici quod non eſt veſtitum rei traditione. l. traditionibus.C.de pac.vel quod non eſt veſtitum pignore vel fideiuſſore l. ſancimus.C.de verb.ſign. Item dicitur nudum quod eſt fictitium & ſimulatum, vt venditio nuda.l.nuda.ff.de contrahen.empt. & quod eſt ſine fructu, vt nudus vſus l.j.ff. de vſu & habi. & qui non tegitur aliquot tegmine c. felicis. & ibi glo.in verſi.nudi de pe. in 6.

Nullatenus vide in clemen.vnica de ſequeſ.in gloſſ. per ordinarium.

Nullitatis ſententie ſunt multi.modi vt no.Io.And.de re iud.c.j.vbi remittit ad Spe.de ſenten. præla. §. iuſta. Et ſententia nulla non meretur habere nomen ſententie. de re iud.c.fi.li.6. eo.titul.l.4.§.condemnatum, & eſt glo.fi.in cle.vnica.de ſequeſt. præalleg.

Numerus pluralis an & quando verificetur in vno vel duobus? Dyn. in cap. pluralis. de re. iur. in 6.

& an

& an & quando, reſoluitur vel reſtringitur in ſingularem. vide per Bar. in l. pe. C. de imp. & aliis ſubſtit. Item numerus pluralis quãdo geminat, vel inducit plures ſingulares. Bar. in l. 2. § fi. ff. de condi. & demon. cum aliis iuribus.

Numerata pecunia duobus modis dicitur. Vno modo reſpectu creditoris qui proprie dicitur numerare pecunias debitori vt ſibi reddantur. Alio modo reſpectu debitoris quæ proprie dicitur ſoluere creditori & improprie dicitur munerare cum ſoluit quod debet. Datur aut exceptio nõ numerate pecunie a creditore principali debitori, vel fideiuſſori. Sed numeratio pecunie large ponitur hic pro omni re quem quis numerauit vel ſoluit.

Numiſma ſecundum quoſdam eſt idẽ quod moneta currens & ſpecialis, vel eſt idem quod nummus. Sed olim numiſma, & aureus & ſolidus auri idem erant, vt C. de ver. numiſ. po. l. j. lib. 11. & C. de ſpor. li. 2. & in Euangelio Matth. Et dicit philoſophus. lib. 5. ethi. ꝙ numiſma factum eſt non ex natura rei ſed ex lege.

Numiſma paſsim legas per o, in prima ſyllaba nõ per u. ita enim græci efferunt. Certum qualiter inſtitutum ſit vide Bud. in annot. ad Pande. in l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iur. & ff. de contrah. emp. ad l. j.

Numularius eſt numerorum numeratorum vel melleator, quoniam & ipſe accipit pecuniam & erogat ſicut campſor & inde facit ſcripturam, ad quam frequenter recurritur in dubie, vt per eam data & accepta probentur. Hic etiam argentarius dicitur, vt ſupra in litera A.

Nummus. i. denarius. de quo dicit Phil. 5. eth. quod eſt menſura omnium rerum, quia eſt fideiuſſor nobis in omni neceſsitate pro qualibet re qua indigemus.

Nummi ſunt inducti de iuregentium cum ciuili. Bar. in l. j. ff. de contra. empt.

Nummi cadunt in obligationem. Bart. in l. cum tabernam. §. creditor. ff. de pig.

Nuntius eſt qui vicem gerit epiſtole & qui ſine mandato literis mittitur, qui eſt velut pica & organum & vox domini mittentis ipſum, & large quilibet nuntius poteſt dici procurator, ſed non econuerſo.

Nuncupatio eſt quam in cereis tabulis recitat teſtator dicens quod hoc vult in his cereis tabulis quæ ſcripte ſunt ita dico, ita lego, ità quòd vos ciues mihi teſtimonium perhibeatis.

Nuncupare eſt palam nominare, vel vocare & confirmare. ſecundum Iſid. li. 6 Require infra. Teſtamentum nuncupatum.

Nunquam quandoque idem eſt quod raro. j. q. j. nunquam.

Nnndiue ſunt generale forũ ad quod vnicuique homines confluunt & concurrunt. C. de nundi. l. vnica. & clam. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſ. Aliquando etiam nundine dicuntur epule. l. cum ſocietas. ff. pro ſocio.

Nuptie ſunt matrimonium, vel viri, & mulieris cõiunctio indiuiduam vite conſuetudinem retinens, diuini & humani iuris communicatio. 30. q. 5. nullam. Et dicunt nuptie ex eo quòd nubentium in capita ſolenni benedictione ne labãtur & quaſi nube cooperiebãtur. ea queſt. noſtras. & cap. femine. Et illud indiuiduam vite conſnetudinem retinens, tantum valet ſicut conſor-

consortium omnis vite, & hoc quantum ad propositum, quia hanc intentionem habere debent vt perpetuo simul manere debeāt quanuis post coutractum matrimonii ante carnalē copulam possit alter altero inuito religionem intrare. Et quando nuptie sunt prohibite celebrari habetur in ca. capellanus, de feriis. & in his versibus. Aspiciens veterem circum quasi quis benedicta non licet hic licet. hic, hic non licet, hic licet, hic non.

Nuptie secunde dicuntur omnes quę sequuntur primas, licet sint tertie, quarte. vel quinte &c. vi quādo aliquis nubit alicui post primas nuptias. C. eo. titu. l. si quis. §. tale. & ff. de vulg. & pup. substitu. in princip.

Nurus est vxor filii. & eius appellat. pronurus & deinceps continetur. ff. de verbo. sign. l. nurus. l. 2. § nurum. ff. qui satisda. cogan. & etiam sponsa. ff. de gra. co. l. labeo. & l. seruus contrarium videtur instit. de nup. §. & si qua.

Nunc not. Archid. 63. distin. ego. & gl. 33. q. 5. audieris. & similiter. de offi. deleg. c. prudentia. §. sexta.

DE O ANTE B.

OB id est propter. ff. rem ra ha. l. si sine. §. qui patris. sol. mat. l. si ab hostious. §. si vir. & de dist. pig. l. j. quando que subauditur. ff. quod met. cau. l. non est verisimile. §. j.

Obiter id est statim. ff. de rescin. ven. l. j. in fi.

Obligatio est iuris vinculum quo necessitate astringimur alicuius rei soluende secundum nostre ciuitatis iura. inst. de obl. in princ. Et est duplex scilicet ciuilis & prætoria.

Ciuilis est quæ aut legibus constituta aut certo iure ciuili comprobata est. Sed prætoria est quam prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam honoraria vocauit. Et dicitur obligatio mater actionis. vt ff. de procur. licet. §. ea. ob. & instit. de insti. & iu. in princ. in gloss. differt autem ab actione & contractu, quia contractus est verborum conceptio vel consensus, obligatio autem est qui inde nascitur at actio est quod postea inde surgit, & sic nullum est alterum, vt no. glo. insti. quib. mod. re. con. ob. §. vltimo.

Obligatus dicitur qui exceptione tueri se non potest l. vel obligatus. §. j. ff. de li. causa.

Obtemperare est obsequi vel obedire vel iussu iudicis comparare. ff. si quis ius. di. non obtemp. in rubro. & nigro.

Obaudire est quasi de mente deducere, secundum Io. and. de ele. lib. 6. c. fundamenta.

Obolus ponderis genus est quod sex siliquas continet. de eo meminit tex. in c. iudices. j. q. j.

Obscuritas est illa quæ fit in dictione. sed ambiguitas quę fit in oratione, vt not. gloss. tertia, in l. veteribus. ff. de pactis. verbi gratia vendidisti mihi fundum, & dictum est accedere stichum. non apparet de quo sticho. ergo non fit condemnatio in actione contractus nisi ostendatur de quo sticho venditor intellexerit l. si in emptione. in principio. ff. de contrahenda emptione & venditione. quia ratio dictat actorem probare, & quia emptor agit & probat de sticho, sed non de quo statur reo, declaranti obscuritatem. Ceteris enim paribus reo fauendum est potius quam &c. vt in regula, cum sint. de reg. li. Item ibi, vendidi tibi domum locatam per me cuidam, & dixit quod pensionem

primi

primi anni haberem, & ſequentiũ annorum tu haberes,& dixi ius pignorum utrunq; ſecuturum. *Dicit* text. quòd ius pignorum primo pertinet ad me pro penſione primi anni, & ſi quid ſupereſt, tunc pertinet ad te,& ſic fit interpretatio pro proferente l. Iul.ff. de pi. quia in principali ego mihi proui di prius retinendo pẽſionem prio rem. Ex quo colligitur & declaratur obſcuritas quæ eſt in acceſſione,& ſignificat quòd pro illa penſionevoluit etiam prius ius pignoris retinere. Item ibi,ſi quis ſtipulatur 10.calendis, intelligitur de prioribus l.eum qui calẽdis.ff.de verb.obli. Ratio,quia qua ratione intelligeretur de ſecundis l. cadẽ ratione de tertiis &c.& ſic ſtipulatio redderetur inutilis. Item ibi, actor petit ſtichum in iudicio, ſed dixit ſe intellexiſſe de nigro, & actor de albo ſtatur dicto actoris l. inter ſtipulantem § j.ff.de verb. obligationibus. quia ibi actor oſtendit de quo intellexit, & quis ſibi debetur. ideo pro eo debet ferri ſententia, nec debet reus audiri, quia de alio intellexit, quia non eſt actoris impediendi proceſſum iudicium & iuſtitie, nec inter eſt quòd ſtatur dicto actoris cum probat ſibi deberi, & ſic de aliis.

Obrepere eſt,quaſi latenter ſubintrare. 61.diſtin. nullus inuitus. de celebra. miſſa. cum creatura. eſt capitulo ne in agro. in princi. de ſtatu. monacho.

Obreptitium, reſcriptũ, & obreptio. Require infra reſcriptum.

Obreptio, id eſt mendacium. l. ſinautem. §. j. ff. de neg. geſt. & eſt mendacium fraudoloſum. l. ſed ſi. §. patronum. ff. de in ius voc. & proprie conſiſtit in facti narratione, non iuris. l. ſum vero. §. ſubuentum. ff. fideicom. liber.

Obryziati dicuntur ſolidi de bono auro multipliciter excocto. l. vniuerſos. C. ve. numi. po. li. 11. de. l. j. C. de ve. coloberis. li. 12. licet in vtroque loco mendoſe legatur. & legitur ſecundum aliquos obriatici. Et ideo aurũ obryzum refert Sueto. Neronẽ exegiſſe, dum inquit, Argentum poſtulatum, aurum obryzum, vt pleriſque omnem collationem palam recuſant recuſarent. Diuus Hierony. in Daniele. Ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo.

Obſtinatus eſt qui poſt inſpirationẽ & reuelationem, tibi factam in eo quod errauerat perſeuerat. 8. diſt. conſuetudo. in fi.

Obſes vocatur ille qui iurat q̃ non recedet de certo loco quouſq; fuerit ſatisfactum. Et an liber homo poſſit dari in obſidem & inferiori a principe an poſſint dari obſides, vide Abb. & do. in c. ex reſcripto. de iureiuran.

Obtio eſt vnum genus exactionis. C. de iure fiſci. l. pen. ſuper verſi. optionem lib. 10.

DE O ANTE C.

Occaſio differt a cauſa, vt in. c. ſolite. de maio. & obed.

Occiditur quis multipliciter, videlicet actũ in corpore, odio in mente & corde, detractione in ore. capit. homicidiorum. de pe. diſt. j. & Panis ſubtractione capitu. paſce. 86. diſt. & cap. immolans. 14. que. 5. & non corrigendo delinquentes, quia cum paſtor non corrigit delinquentes tacendo occidit capit. epheſij. 44. diſt.

Ocium philoſophicum eſt ſtudium, quia philoſophus otiatur quando ſtudet. Sed otiũ vulgare eſt quando vocatur ab opere ſeruili. & nota quod

ta quod otium est triplex. s. destitutorium, quod est ribaldorū qui apud athenas suspendebantur. Et de hoc dicitur quod otiositas & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas capiendas de renuntia nisi cum pridem §. verum si propter. Ego dicit Hiero. ad Rusticum monachum cap. nunquam de conse. dist. 5. semper aliquid operis facito, vt de diabolus inueniat occupatum. Secundum est restitutorium, quando quis cessauit a labore & iterū accedit ad opus. Tertium retributorium quod datur emeritis & senibus.

Oculus est quadruplex, vt notat Archi. 32. q. 5. nec solo.

Occupare capitur quandoq; in mala & quandoq; in bona significatione. Et proprie mobilia occupātur, & immobilia inuaduntur, ut in gl. super hoc verbo. in c. geuerali de ele. li. 6. vbi concor.

Occulto omnino (vt permissum est) dicitur quia nulla ratione probari potest & tale uocatur secretum vel latens vide infra. Probatio.

Occultum pene est quod per paucos probari potest & quod pauci sciūt vt puta quinq; de pe. dist. j. §. econtra alias incipit. hæc autem secreta. circa fi. vide supra notorium. in generalibus probationum.

DE O. ANTE F.

Officium dicit multis modis. Primo ministerium. Secundo obsequiū. *Tertio* actus persone corrigentis 21. q. j. monachus. Quarto plebania, de statu mona. quod dei. Item aliquando sumitur pro dignitate vel personatu. de præben. ad hec de cleri. non resi. quia de concess. præben. c. 2. §. j. Aliquando pro litigio 21. q. j. de presentium in fin. vbi litigantes dicunt officium exercere. Item is cui commissa est dispensatio habet officium. Item qui habet potestatem secularē in tabellionatum. Itē dicitur præpositura. Sed proprie est aliud a dignitate & a personatu. Et dicitur simplex officium quando quis habet administrationem aliquarum rerum sine aliqua prærogatiua in choro vel capello vltra alios sui ordinis ratione huius officii. Et sic habet onus annexum sine honore vel prærogatiua honoris, vt syndici, procuratores gastaldi. j. q. 3. saluator ver. in nomine. Item vicedominus qui habet episcopatum disponere dicitur habere officium 90. dist. §. officium. j. q. j. quis episcopus j. responso. Hæc & plura vide per Archi. de consue. c. j. in glo. Et hoc erat cōtra iura, vbi tractat de dignitate personali & officio, vt hic dictum est. Item officium secundum Card. est potestas existens in iudice exercēdi omnia ea quæ pertinet ad eius iurisditionē. & capitur hic iurisditio generaliter, vt includat omnia pertinentia ad merum & mixtum imperium. Et loquitur de officio iudicis, cuius iurisdictio mater est, sicut obligatio actionis. Nec est vera opinio Pe. de bella pertica quod officiū iudicis, sit exercitium vel executio iudicii, quia magis stat in habitu quam in act. Nec secundum opinionē Mar. appellari debet actio, cum differant surrogatum, & cui surrogatur inst. de act. in prin. in gl. 4. Item officiū proprie dicitur quod homo debet homini ex natura, vt in c. cum officiis de test.

Officium iudicis secundum Goff. est potestas iudicis iure sumpta. Et habet locum tam in his quę ante iudicium fiunt, q̄ in his quæ in iudicio occurūt facienda. Et implo ratur loco principalis actionis cū

alia

alia ordinaria actio deficit vt in c. fi.de offi.iud.

Officium iudicialis est duplex.s.nobile,& mercenarium.Nobile ideo appellatur, quia a seipso interponitur,nec iure actionis siue obligationis,vt puta si minor petit se restitui in integrum , hoc non petit iure obligationis , quia iudex non fuit obligatus nec iure actiones,sed iudicis officium misericor diter implorat &c. Mercenarium iudicis officium est seu sic appella tur,quia deseruit actioni intentare.puta peto a te 20.actione mutui,iudicis officium deseruit mihi in hac actione,quia cõdemnat te, vt restituas mihi viginti.

Officiosa dicuntur quę continent, pietatem,quæ nulli obsunt & alicui prosunt sicut a contrario testamentũ dicitur inofficiosum quod est contra officium pietatis. dist. 11.si ad scripturas in gl.j.

Officiales iudices. Require supra Assessor.

Officina est quasi tugurium vel tegmen quandovidelicet palee.id est stramina ponuntur super arbores vt pastores subtus existẽtes ab imbribus protegantur.

DE O ANTE L.

Oloberatus est vestis totaliter deaurata , & dicitur ab olon id est totum,& beris quod est aurum . Et differt a vestibus deauratis , quia hęc de optimo auro, quod in vulgari foliatum,in legibus obryziaton dicitur,sed illa de quolibet auro , vel hęc de optimo auro tota erat vestis , illa deaurata similiter in totum.Est & alia vestis quæ habet aurum tantum in paragandis, vt C.de vesti.olobe. & aura.li.11. in rub.secundum Accur.

Olfacere est nasum ad culum ponere ita exponit gl.in ver.olfacit in l. agaso.ff.si quadr.pau.fe.di. vbi agaso ducit equum ad tabernam, qui mulam olfecit , quæ calcitrauit,& agasonis crus fregit. Et dici tur ibi quòd dominus mule tenetur de pauperie. Alias generaliter olfacere est odorem odorare,& olfactus odoratus. Et ab oratoribus ponitur pro scire,vt dicendo. Tanta sunt in metua beneficia vt quo pacto correspondeam nec vtiq; olfacere possim.

Olim aduerbium temporis , & proprie respicit tempus præteritum ff.de contrahen. emp.l. nec emp. & ibi not.ff. de ope. not. nun.l.j. §.j.aliquando exponitur id est dudum retro.in aut.vt iudi.sine quo suf.§.j.de ex causa.tut.l.sed & §. quęsitum. Item adde quot tempora significet dictio olim.Bart.in l. j.in prin.vbi Ale.& alii ff.de ope. no.nun.

DE O ANTE M.

Omnino tangit Archi. de præben.c. beneficia.li.6.& plenius in c.licet canon.de elect.&gl.in cle.2.de vi. & honest.cle.& etiam gl.in c.& si Christus.de iureiu.

Omnia comprehendit singula.Nam si episcopus dicat. Do tibi talem villam & omnia iura quę habeo ibi , singula iura comprehenduntur sed non intelligit dare decimas,& alia iura quæ sunt mere spiritualia,quia dictio omnia licet se extendat ad singula , non tamen ad ea quæ sunt penitus nature alterius & iuris quam uis ad ea quæ principaliter transferunt.Sed quã do datur aliquid quod habet temporalia & spiritualia iura,cum omnibus pertinentiis suis vt præben da habens possessiones & decimas tunc , omnia transferuntur simul secundum Hostien.in c.literas de iure patro.

Omnifa-

Omnifariam i.omnibus modis.C.de arbit.l.ne in arbitrijs.§.j.de contra.cõmit.ſtipu.l.optinam.

Omologare eſt idem quod confirmare vel ratificare,&ſic dicitur quod arbitrium ſit omologatum . Alij dicunt omologare idem quod cõſecrare.

DE O ANTE P.

Opera eſt diurnum officium,ſcilicet quod quis exhibet alicui per diẽ artificialem, & non naturalem, ſicut dicitur Geneſis.i.c.Veſpere & mane dies vnus. Aliquando ponitur pro breui temporis obſequio vel eſt idem quod obſequium. Dicitur ergo opera officium tempore limitatum, vt l.j.ff.de operis liberto.Limitatio autem ſtat in diſponentium voluntate, quia per contrahentes poteſt limitari maiori vel minori tẽpore puta quod dies capiatur ad integram vel ad mediam noctem vel ad veſperam tantum, qualiter diſponant contrahentes,& erit lex. Idem in teſtatore.Et quando aliud non appareret de artificiali intelligitur, quia ad hunc communiter fit relatio. Sed in proprie opera accipitur pro reuerẽtia vel obſequio,vt no. in.§.libertus.l.ſi non ſortem ff.de condi.inde.& ſic de alijs.

Oppidum dicitur terra murata non habẽs epiſcopum l. pipillorum.§. oppidum ff.de verb.ſig.

Opinio dicitur cuſtos ouium l.cum quærebatur. §.fin. & ibi not.ff.de leg.iij.

Opinio ſecundum Spe. eſt dubia particularis arbitratio,quę a doctoribus alicuius ſcientie authoritatem habet.Hæc tamẽ non eſt pręponenda veritati. Sed ſecundum Gof.eſt probabilis arbitratio doctorum non niſi ob inſtructionem ſtudientium in ſcriptis redigenda. Et dicit quod habens pro ſe opinionem doctorum in aliquo caſu licet ſuccumbat, tamen authoritate illius opinionis releuatur & excuſatur a condemnatione expenſarum.Rõ quia in iure doctor habet authoritatem, interpretàndi pro ſuo videri.

Opinioni illi ſtare debemus quæ plurimorum teſtimonio comprobatur,& credere illud quod communiter credunt & tradunt ſapientes l.j. verſic. ſane ex qua ita colligit Bald.ff.de offi.quæſt.

Opinio communis eſt aliud quàm fama. Nam opinio communis facit ius C.de re iud.l.j. Fama vero nõ facit ius. Item opinio communis probat.fama vero non. Item opinio communis differt a notorio, quia opinio communis eſt de longe præteritis quæ probari nõ poſſunt de facili.ſ. per teſtimonium viſus &c.Sed notorium eſt de præſentibus vel proxime præteritis quæ de facili probari poſſunt per teſtes diuiſim.Et quod.opinio veritati præferatur eſt gl.cum concor.pro & contra,abundans in turibus in cap.nuper. de biga. ſuper ver.videntur.concludit tamen ibi quod caſuale eſt,vt opinioni potius ſtetur quam veritati,in fauorem contrahentium teſtamentorum,ſentẽtiarum vel prolis. Alias regulariter veritas præfertur opinioni ſecundum Ber.in gl.iij.c.ad audientiam.de ſpon. Etiam veritas præfertur authoritati nemo iudex C.de ſen.& interlo.omn.iud. Item conſuetudini.c. ſi conſuetudinem.cum ſex capitulis ſequenti b⁹.dif.8.vbi dicitur. Veritas valet & in valeſcit in eternum, & viuit in ſecula ſeculorum.

Opinio communis illa dicitur quam plures grauioreſq; amplectuntur,

vt dicit Panor. in c. prudentiam. in prin. in j. col. de offi. deleg.

Opistographum .i. tabula lignea, in qua scripte sunt opes l. charte. & ibi gl. ff. de bon. pos. secundũ tab.

Optimates sunt quasi meliores & ditiores de populo, ab opibus dicti.

Oportet aliquando dicit necessitatẽ 3. q. 9. non oportet. Aliquando honestatem. Item oportebit significat tam præsens quam futurum. de verb. sig. verbum. & not. gl. 25. q. j. & gl. 3. c. j. de prescrip. lib. 6. super verb. oportet.

Opus nouum. Require supra. Nouũ opus, & opus laudat magistrũ C. de vete. iur. enuclean. l. 2. §. cõtra autem sic in aur. de mona. §. sancimus, colum. j.

DE O ANTE R.

Orbus dicitur qui sine liberis est, vel sine matrimonio, vt supra celebris.

Oraculum .i. responsum, quia præcando seu orando. impetratur c. p tuas. de maio. & obe.

Ora sine aspiratione significat finem vel extremitatem rerum, precipue regionum vel vestium. i. Reg. 24. Dauid oram præcidit chlamidis. Saul. 2. q. 6. de his gen. 13. ad heb. 11. secundum Ioan. Andr. in cle. 2. de vi. & hone. cleri.

Orcinus. i. directe manumissus l. cum quasi. §. sed & si quis. & l. ergo. §. hi qui. ff. de fideicom. liber. & not. in l. tutela legitima. ff. de leg. tu. Et dicitur ab orco. i. manumissus ab eo qui tendit ad orcum .i. infernum, vel ab orebos quòd est rectum quasi directe manumissus, vel ab orce quòd est capio, nam & inde archiorchus quia multa capiunt manumissi in testamento in quo multa fiunt.

Orphano trophus est orphanorum & pupillorum tutor, & adolescentiũ curator qui eos facultatibus & parentibus quasi destitutos suscipit alendos.

Orphano trophium est locus in quo talibus alimenta administrantur. 23. quęst. 8. tributum quamuis. & Spec. in titul. de his qui alie. non in iudi. interue. vbi ponit quid sit procurator, coniuncta persona, defensor. excusator, syndicus, economus, actor vicedominus, vicecomes, gastaldus, tutor, curator &c. Et de orphanotropho remittit ad l. orphanottophos C. de epis. & cle.

Ortus olearius est ortus in quo olus crescit.

Ordinarius est qui suo iure vel principis beneficio vniuersaliter iurisditionem exercere potest vbilibet. Item est is cuiviniuersitas causarum commissa est, vnde secundum Spe. Officiales episcoporum ordinarij vocantur. Item secundum Gof. ordinarius iudex est quia collegio eligitur, & a superiore confirmatur vt electus in rectorem, qui per comfirmationem sortitur iurisditionem, sicut & episcopus in omnibus præter ea quę maiorem discussionem exigunt. Item secundum Spec. ordinarius est legatus in prouincia super decretum. Et sunt duplices. Quidam habent administrationẽ vt episcopi habentes episcopatus quos actu regunt, & isti habent restituere in integrum. Alij sunt ordinarij non habentes administrationem, sed tãtum facultatem iudicandi, vt secundum iura ciuilia que honorem tantum & dignitatem habent ratioue cuius iudicare possunt si quis in eos consenserit l. j. ff. de iud. Secundũ iura canonica sunt episcopi renuntiãtes loco episcopali, non dignitati, retinentes

tinentes honorem sine administratione. de renun. nisi quando cum priden. de ord. ab epis. qui re. epi. c. j. Item episcopus cuius episcopatus omnino destructus esset, qui esset episcopus, nullius tamen episcopatus secūdum Gof. in sum. de in integ. res.

Originarius. require. supra colonus. Nam originarius colonus & ascriptitius idem sunt in re. s. eiusdem etiam conditionis homo, sed ratione differunt. Nam ascriptitius dicitur, quia sic ascriptus est terris colendis, quòd nō potest a cultura recedere sine voluntate domini sui. Sed colonus quia tenetur colore terram, & ordinarius quia origine sua adheret glebe, vt supra.

Ordinarij locorum sunt non tantum episcopi, sed etiam quicunque inferiores qui habent institutionem & destitutionem c. cum ecclesiarum, de offi. ordi. c. 3. §. in conferendis eo. tit. lib. 6.

Ordinaria onera sunt illa que ex constitutione vel consuetudine præstantur vt quod quilibet talis fundus vel domus quolibet anno tantum debeat præstare domino suo vel principi. Sed extraordinaria onera sunt q̄ extra cursum & morem ex inopinato euentu vel casu seu necessitate emergenti indicuntur, vt si dñs velit maritare filiam suam, vel guerre immineant, & ideo a suis subditis exigat aliquid.

Ordo secundum magistrum sententiarū, & Th. in 4. dis. 24. est quoddam signaculum in quo spiritualis potestas tradit̄ ordinato ad officium in sum. con. li. 3. in ti. 22.

Oriundus de ciuitate vel loco &c. dicitur qui vel ibi vel in vico ciuitatis illius ortus est. ff. ad municipalem. l. qui ex vico. Vel si pater eius inde ducis originem ff. eo. ti. l. assumptio. §. filius. & C. de municipi. & orig. l. j. & l. filios li. 10. Et no. in c. vsurarum. de vsu. in ver. alienigenas. li. 6.

Orthodoxus i. catholicus extra de sum. tri. c. j. lib. 6. & dicitur ab orthos. i. rectum & doxa. i. gloria. vt C. de sum. tri. & fide catho. l. 2. in fi. & ibi glos.

Ortus est locus sine redditu factus ad amenitatem, & dicitur prædiū vrbanum. iura tenet Fel. in ca. Rodulphus in versi. ortus autem est col. 16. alias. 14. descri.

DE O ANTE S.

Osanna .i. salua obsecro. Matt. 21. de conse. dist. 4. capit. multi. per Archi.

Ostendere id est monstrare vel probare. ff. de act. tribu. l. sed & si seruus & de accu. l. final.

Osus. nomina terminata in osus significant plenitudinem. not. in c. quā to. de iureiu.

DE O ANTE V.

Oues dicuntur animalia minuta .i. oues. & ibi Bar. ff. de abige. & appellatione ouium non veniunt agni nisi esset de consuetudine. Bar. in l. legatis. §. ouibus ff. de lega. 3.

DE P ANTE A.

Pactum vel pactio dicitur a verbo paciscor. & sic describitur. Est consensus duorum, vel plurium in idem placitum scilicet ad dandum vel faciendum aliquid alteri ab altero eorum ff. de pac. l. j §. j. Et dicitur quasi de pace factum, vel pacis actum. Et ponitur ibi in idem placitum. Nam non fit eodē verovel fallo, quia si duo vel plures consentiant in hoc vero titius ē homo vel in hoc falso, titius fuit asinus non erit pactum, quia

non esset obligatorium, talis enim cõsensus neutrum obligat alteri. Item secundum quosdam pactum est contractus, quia paciscendo diuersas in idem contrahimus volũtates. Et capitur quandoque late pro eo quod non transit in cõtractum nominatum, vt venditio &c. Et sic omne pactum potest dici cõtractus innominatus, vt transactio do vt des &c. Quandoque stricte pro simplici pacto gratis facto, vt promitto tibi 10. &c. Et a transactione & pollicitatione differt, quia pollicitatio est solius offerentis. Et assignatur differentia inter pactum & transactionem, quia pactum est de re certa & non litigiosa & gratuita, Transactio vero de re incerta & litigiosa, & non gratuita. Et quid sit actum habes etiã de verbo. signifi. ca. pactum. vbi dicitur, pactum est inter partes ex pace conueniens scriptura legibus actionibus comprobata. nam sepe ad probationem pacti scriptura interponitur secundũ gl. ibidẽ.

Pactorum diuersa sunt genera. Nam pactum conuentum dicitur quod sub certis verbis, & forma factum & expresse redactum est. v. g. nam clarum est pactum in verbis, quia sit verba sunt obligatoria, pactum est obligatorium, si sunt deliberatoria est liberatorium, si exceptionis inductiua, tunc est exceptionis inductiuum, vt si creditor tradit instrumentum debitori, ex hoc significatur pactum liberatorium factum a creditori debitori vt l. labeo. ff. de pact. Ratio, vt redditio instrumenti aliquid operetur scilicet voluntatem creditoris liberare volentis debitorem. Sed ibi creditor pignus reddit debitori non significatur liberatio, vt l. ie. ff. eo. ti. quia hęc redditio potest aliquid operari. s. conferre vtilitatem debitori in vsu pignoris. Secus in casu præcedenti, in quo non operatur nisi vt dictum ex quo patet quod redditio pignoris non significat remissionem eorum. Item instrumentum debiti reperitur penes debitorem ex hoc significatur redditio creditoris nisi cõtrarium probetur l. si chirographum ff. de pig. quia instrumentum præsumitur peruenisse ad debitorem per redditionem & voluntatẽ creditoris & hoc si debitor est extraneus. Si vero familiariter in domo creditoris conuersatur tunc secus quia presumitur quod faciliter potuit habere inscio creditore l. vnica. §. ille C. de la. li. tol. Item si aliqua bona conductoris sunt per eũ inuecta, illata vel inducta &c. ex hoc concludit pactum quo pignus constituitur locatori, vt l. certi iuris C. de locat. & conduc. & hoc ex communi modo agendi, quo inuecta atque illata sunt locatori tacite obligata, quia cõtrahentes videntur se referre ad communem modum, seu morem. Etiã hoc verum simpliciter, non solum in prædio vrbano, sed & in rustico Sed tunc demum sunt obligata cũ domus scit inuecta & illata esse bona conductoris.

Pactum tacitum dicitur quod in veritate non est expresse factum sed ex aliqua lege speciali, ac si fieret statutum ex casu habetur iubetur v. g. conduxi domum a Seio, & res meas intuli, in hoc casu res mee illate pro mercede domus debẽtur Seio, iure hoc statuente vel iubente lege pignori ita esse obligata, ac si specialiter & expresse inter nos concordatũ esse & conuentũ dato tamẽ q̃ nõ cõuenerimus, nec super hoc quid dixerimus. Vnde

sic

sic. Pactum tacitū dicitur quod nō est factū expresse, vt cum conduxi domum non tangendo de pretio dando, tamen secundum leges adhuc venit pretium dandū ac si paciscendo ita fuisset expressum.

Pactum aditionis in diem tale est, vt vendo tibi domum, & si potero habetur maius pretium usque ad mensem, ego repetam ipsam domum.

Pactum legis commissorie est, vt vē do tibi domum, & si non solueris intra mensem volo quòd sit inempta, vt C. de pac. inter empt. & vēdito. Item ibi, creditor paciscitur cum debitore quod a debitore nō petet tali casu non intelligitur q̄ etiā nō petat ab herede, quia pactū quo quis sibi prouidet solet extēdi ad hęredē, quia per hoc videtur etiam hæredi suo prouidere, & per hoc contractus conditionalis transit ad hęredem. inst. de verbo. obli. §. ex conditionali. Si vero creditor dicat debitori paciscēdo, nō petam a te significat personam tā tum fieri, videlicet quod a te tātū non petam, sed non ideo minus ab hærede petere possum, & hoc faciunt verba a te, quæ sic restingunt, vt l. qui in futurum ff. de pac. Sed si per pactum vnus obligat se alteri facere domum, transit ad hæredes l. omnes C. de contrahend. & committen. stipu.

Pactum personale est quod non generaliter fit, sed tantū pro vna persona, vel duab⁹. Et dicitur pro vna tantum persona, quia fit persone soli, sic quòd tali & non alteri prodesse possit, vt si paciscor pecuniam a te mihi debitam non petiturum me a te, sed a tuo hęrede tunc illud pactum tantum personam tuetur, & non hęredem tuū.

Pactum reale, vel in rem est generale & non continet specialiter vnam duas vel plures personas, sed generaliter, complectitur omnes ad quas illa res pertinet, vel pertinere potest, vt cum debitum meum omnino remitto tam tibi quam hæredibus tuis, ita vt omnes liberemini tu, & hæredes & fideiussores, & nullus mihi reseruetur regressus ad pecuniam vel ad rem petendam. Item pactorum aliud nudum, aliud vestitum. Et qui plane vellet hoc examinare, traheret magnam causam & controuersiā inter docto. Hæc tamen cum paucis sufficiant.

Pactum ergo nudū dici potest quod ab omnibus iuris solemnitatibus destitutum est, id est tam solemnitate verborum quæ solent concipi & attendi in stipulationibus, quòd etiam per conceptionem literarum, scilicet quando chirographum non interuenit, nec aliud instrumentum super hoc confectum, quo nudum pactum confirmaretur. Et dicitur nudū a causa quæ sufficere potest ad perfectam obligationem, vt do vt facias, facio vt des &c. cuiusmodi conuentiones dicuntur contractus innominati. Item dicitur nudum a foro negotij, vt quando negotium non incidit in certum nomen actus, vt nomen emptionis, venditionis, locationis, & similium. Itē nudum dicitur a rei interuentu, vt talis non intercedat res, quę possit suo interuentu perfectam reddere causam obligationis, sicut in mutui datione. Item dicitur nudum a coherentia bene si incontinenti post contractum adijciatur pactum, ex precedenti obligatione vires contrahit, vt videatur in esse contractui, & causam ue stire, ut si pactum semel factū est,

& post traditionem intercedit res sic vestitur interuenti rei. Item pluribus alijs modis vestitur, secundum diuersas opinio.docto.

Pactum vestrum dicitur sex modis, secundum quod sex modis vestitur. s.re verbis literis, contractus coherentia,& secundum Gof inst. de verb.obli. Et dicit Gof. quod pactum in rem est quando genera liter paciscor n epetam & in perso nam,ne a persona petā.ff.eo.tit.l. idem.§.pactum. & non minus ex verbis quam ex mente contrahen tium est estimandum an pactum in rem vel in personam sit,plerun que enim in personam pactum in feritur non vt personale sit pactū, sed vt demonstretur cum quo sit pactum ff.eo. ti.l.i. §. pactorum.

Pactorum aliud vtile,aliud inutile.s. ratione personarum, vt furiosorū qui nec tacite nec expresse consen tire potest, quare matrimonium contrahere non possunt,nec ad re ligionem se obligare,& hoc de cō tinuo,secus si habens lucida inter ualia,vt 7.q.j.quamuis. Quomo do enim reus constitūitur qui ne scit quid facit.15.q.j. aliquantos. Item pupillus qui nondum est do li capax vbi uult obligari, secus si vellet alium obligare,quod potest Item in prodigo. Item monachi & regulares professi & conuersi nisi pro contemplatione monaste rij paciscantur,cui per tales acqui ritur. Item viri & vxores qui sibi donare non possunt sed vendere. Item ratione potestatis. Item in legatis dum legatione fungūtur. Item inter patrem & filium,nisi in castrensi peculio vel quasi. Itē si res in pactum deducta non sit in rerum natura,nisi mora precesserit. Item si homo res sacras vel re ligiosas deducat in pactum. Item cessat pactum collatione rerū spi tualium j.q.j.quā pio.& in rebus prohibitus ēt si iuramētum fuerit appositum vt in anime detrimen tum vergentibus. Itē pactum tur pe aut rei turpis aut impossibilis de iure vel de facto,nullam obliga tionē iudicit c.vl.e.ti.ij.Go.in su. Dicitur ät pactū a pactione.ff.e.t. l.j.pactiovero a pace & actu.nam qui paciscuntur ex diuersis & con trarijs moribus animorū post mul ta variaq; certamina in vnam cō sonantēq; sententiā conuenire dnt C.de rescin.vē.l. si uoluntatē ff.e. ti.l.j.§. conuentionis. Et hoc pactū generale est ad omnia quæ cō trahuntur vel aguntur inter par tes cā cōtrahende vel tollēde obli gationis.sed nomen conuentionis generalissimū est,nam scholaris in scholis clerici in c. populus in fo ro conuenire dicuntur, vt in.§. præalle.conuentionis. Vel dicitur pactū a percussione palmarū. Vete res.n.cum se obligabāt,palmas p tinebant in signū inuiolande fidei vnde dicitur pactum quasi palme ictus. Item pactis priuatorum iu ri publico minime derogatur. Et quando quis possit renunciare iu ri publico,vide in c.si diligenti.de fo.cōp. & est gl.no.in aut. vt sine prohi.matres.col.7. quæ exponit hunc articulum satis clare.

Pactum per donationem. Require infra transactio.

Palus est flumem publicum transiēs per Lombardiam,de quo fit men tio inst.de rerum diui.§.ij.in glo.

Pagani dicuntur in iure,quandoque increduli seu hæretici. Item quan doque dicuntur priuati homines vt villani & omnes qui neque mi lites neq; magistri,a pagos grēce qđ est villa latine, vt inst.de mili. test.§.illis aūt tpib' in fi. ubi gl.

Pa-

Paganicum aduentitium est peculiū quod ex prosperа fortuna aduenit veluti ex testa. cognatorum vel etiam agnatorum.

Pallium est insigne ornamentum archiepiscopi vel episcopi, quod ex priuilegio sibi cōceditur, sumptū de corpore beati Petri in signum plenitudinis pontificalis oficij, vt de elec. significasti, de authoritate & vsu pallij præalleg. c. Vnde ante palli receptionem ecclesia dicitur viduata, vt dicto. c. qm̄ in verbo de signat plenitudinem potestatis.

Palatini aliter dicuntur vicarij, quia quodā mō gerūt vicē principis, fm Ac. in tru. C. de pala. sacla. lib. 12.

Palatinus comes dicitur qui curam gerebat præcipuam vt missis notarijs suis negligentiam iudicum argueret C. de offi. recto. l. nullam. Require supra comes.

Palla dicitur vestis quia altare cooperitur, videlicet lineus pānus cō secratus qui super altare ponitur super quem extēditur corporale. Sumitur etiā quandoque pro cortina vel pāno serico, unde. Letitie causa cibus est, non serica palla.

Papa idem est quod admirabilis, dicitur a pape interiectione admirātis, quia vices dei gerit in terris. Et vicarius illius est cuius est terra. & plenitudo eius c. tua. 2. de deci. & 9. q. 3. cuncta per mūdum. Homo est vicarius Christi. cle. romani de iureiurando. c. pro humani. de ho. li. 6. c. 2. & 3. de translatio. Et quandoque dicitur vicarius Petri vt 63. dist. ego Ludouicus. & tunc est impropria locutio, vel exponitur .i. gerit vicariam quam gessit Petrus. Nam vicarius non dat vicarium. de offi. vica. clericor. Vnde poeta angelicus Gof. in poetria noua quæ incipit Papa stupor mundi si dixero papa nocenti. Acephalum nomen tribuam tibi, si caput addam. Hostis erit & in fine subdit. nec deus es nec homo, sed neuter es inter vtrunque. vel dicitur papa quasi pater patrum secundum Io. an. super verbo papa in proemio cle. & illud quod fit authoritate pape. dicitur fieri authoritate Dei, & hoc est verbum. si fiat de causa de transla. inter corporalia. Nam papa sub iacere legibus C. de legi. l. digna vox. & ff. eo. tit. l. princeps & dat authoritatē canonibus, qui ab eo vigorem sumunt, & non econuerso c. significasti. de elect. in glo. j c. si aliquando. de senten. excom. & eius præsentia supplet omnem solennitatem C. de test. l. omni. Etiam papa solus est idoneus testis c. cum a nobis de testi. sed an locum haheat in his quę papa viderit antequam venit ad papatus apicis promotionem, dicit Lud. de Rom. per Eugenium quartum quæsitum fuisse a quatuor auditoribus quorum ipse vnus erat & subdit quòd certe multi multum dubitauerunt finaliter repetit ipse duas gl. Io. an. singulares tenentes quod sic, de quo multum gauisus accessit ad dominum apostolicum sibi dicens, vna est in c. j. de renun. li. 6. alia est in c. ad apostolice. de re iud. eo. lib. & ita fuit iudicatum. Item ponitur pape in numero plurali c. si a romanorum. §. decretales. in fine. 19. dist. vbi dicitur quas beatissimi pape diuersis temporibus ab vrbe romana dederunt. Item papa proprie non habet dominium rerum ecclesiarum. licet hoc dicat glo. in c. cum venisset. de iudi. & Hostien. dicit q̄ papa mutat dū viuit quadrata rotundis, & in omnibus potestatē habet præterquā in fide

violanda. Dicunt ergo docto. dictã glo. damnando q̃ papa solum est administrator & dispensator rerũ ecclesiæ, neq; potest alienare sine causa rationabili, igitur non est dominus. imo secundum Archid. 12. q. 2. non licet. papa peccat mortaliter si alienat res ecclesiæ, quod est valde notandum secundũ dominũ Pau. Quid ergo de inferiorib⁹ prælatis alienãtibus. Item papa secundum cõmunem opinionem habet vtranq; iurisdictionẽ. s. temporalẽ & spiritualem quantum ad habitũ, non tamen habet quantum ad actũ vel exercitiũ mittere falcẽ in messem imperatoris in gladio temporali. capit. duo sunt. & c. si imperator. 96. dist. c. licet. ex suscepto, & cap. ex transmissa. de foro compe. Nam exercitium iurisdictionis secularis de voluntate commisit imperatori. capit. solite. de maiori. & obe. Patet primum, quia vtrunque gladium habuit Christus, iuxta illud. Ecce duo gladi. hic. sed Christus suam potestatem dedit Pape Petro suo vicario. vt 22. dist. cap. j. quam suis successoribus admisit. 40. dist. ca. j. Secundum patet, quia dixit. Conuerte gladiũ invaginam non dixit proijce, quasi diceret, tene gladium temporalem in habitu non tamen eo vtere in exercitio. Quare papa vti non debet gladio temporali nisi in defectum vel negligentiam principis secularis, tũc habitũ deducit ad actum. vide bonam gl. in versi. discernit. iuncto c. quoniam. dist. 10. & glos. 2. c. nouit. de iudi. Et ratio quare papa nõ debet habere gladium temporalẽ exercitio vel in actu, quia sacramentum altaris representat vnionem Christi ad ecclesiã, anime ad corpus, sed minister Christi & ecclesię (qualis est papa q̃ se scribit seruus seruorum dei. c. relatum. de sentẽ. excom. & in prin. decre.) nõ debet habere gladium quo anima diuidi tur a corpore. Sunt ego duo principia in ecclesia (vt cap. solite præalleg.) per solem & lunã designata. Nam imperator potestatem habet a Deo approbatiue, sed nõ immediate quia per medium ordinatum a Deo, videlicet per papam, a quo habet potestatem collatiue. Hic est quòd imperio vacante, iurisditio terrarum imperij competit' pap. capit. licet ex suscepto. de foro competen. sed non econtra, videlicet quòd vacante papatu imperator succedat in spiritualibus c. qualiter. de iudi. secundum Ludo. de ro. qui etiam quærit quid in legato sedis apostolice, an eidem etiam competit talis iurisditio vacante imperio, & videtur quòd sic, quia de gremio pape. c. sub militibus 2. qõ. 6. & eius vice fungitur. Dicit ibidem quòd cõtrarium est verum secundum Specula. in titu. de lega. §. nunc ostendendum. versi. 19. Ratio. quia nemo debet ponere manum authoritate generalis commissionis in his quæ speciali prorogatiua pape competunt c. q̃ translationem, de offic. delegat. sed hoc pape specialiter cõcessum in signum præminẽtie singularis, ergo &c. Hęc Ludoui. in singularibus suis. Et vbi papa nõ habet temporalem iurisditionem, ibi non potest tollere legem quo ad forũ ciuile. nisi in his in quibus vertitur periculum fame, vbi tollere potest legem quo ad vtrunq; forum. c. nouit. de iudi. c. vlt. de præscrip. & ca. fi. de foro compe. lib. 6. Sunt enim potestates distincte. distin. 10. quoniam. vbi de hoc. & dist. 96. cap. cũ ad verã. & c. causam 2. qui fil. sint legi. & tenet Ioã. an. in regula possessor.

seſſor.de re iudi.lib.6.licet alij di cant quod indiſtincte quo ad vtrũ que ſorum papa poſſit legẽ tolle re 10.diſt.conſtitutiones,& ca.cũ eſſes.de teſta.Et quamuis papa ſit dominus mundi & imperator do minus mundi dicatur.ff.ad legem rho.de iac.in.l.deprecatio. & 7.q. j. in apibus.& in cle.paſtoralis.de re iudi. ſecundum Ioan.an.differẽ tes tamen ſunt domini mũdi,quia imperator ſicut luna ſub ſole . ita ſub apoſtolico dominio eſt,q̃a eſt filius eccleſię, & inclinabit caput ſuum epiſcopis,a quibus excom municari poteſt,vt diſtin.96.ca.ſi imperator catholicus eſt.c. certũ. diſtinct.10.in glo.3.

Pandecta dicitur a pan.i.totum , & dectem. ideſt doctrina iuris cõſul torum.l.2.§.cum antea.& ibidem Albe.C.de vete.iur.enu.

Parabolani ſunt medici qui ad curã dum egra membra vel corpora de bilium deputantur , dicti parabo lani a parabola , quia plura , pro mittunt hominibus quam faciunt & quia ſepius parabolis vtuntur , vt.C.de epiſ.& cle. l. parabolani. vbi tex.Parabolani qui ad debi lium &c. & ibi ſexcentos præcepi mus conſtitui.

Paraphernalia bona vel res parapher nales dicuntur res quis mulieres iuxta dotem inferunt in domum viri a para , ideſt iuxta & pherna quòd eſt dos vel donato. inde pa raphernale dicitur quicquid mu lier habet vltra dotem vndecun que.Et ſi eſt conſuetudo,poteſt ta lia retinere pro ſe,nec marius de bet ſe de his intromittere mulier in vita,ſed Hoſ.de do. propter nu ptias.Et mulier propter fornica tionem non ſolum perdit dotem , ſed etiam dotalitium.i. paraphernalia,vt eſt gloſſ.ſing.in verbo do talium.in c.plerunq; de dona. inter virum & vxo.

Parentes ſunt illi qui nobis cognitio ne ſunt iuncti,per cuiuſcunque ẽt lineam ſextus hoc fiat ſecundum etiam interprætationem iuris di cuntur omnes aſcendentes ſiue deſcendentes in ſupremum ſiue infimum per paternam ſiue mater nam cognitionem.ſed ſcdm Azo. proprie dñr parentes vſq; ad tria uum,& vltra dicuntur maiores.Et idem eſt de lib.in deſcendendo.

Patres curie dicuntur vaſalli qui ha bent conſimilia feud.a domino il lius feudi de quo agitur,prout no ta in c.ceterum. de iudi.

Pancratium eſt colluctatio cum fuſti ſtibus vel locus lignis circunda tus in quo certo ordine ſtant pu gnãtes vt in pugilib. videmus gl. eſt in lege qua actione.§.ſi quis in colluctione.ff.ad legem aquil. re quire ſupra colluctione.

Pancratium genus certaminis eſt quod aduocatis omnib. corporis virib.omniumq; neruorum contẽ tione tranſigitur.Budeus in.l. qua actione.ff.ad legem aquil.

Paranymphus vel paranympha dici tur parans vel procurans ſponſa lia.Require infra Proxeneta.

Parauerede indeclinabile dicitur a para.i.iuxta,& verede equo ducẽ te rhedam,a veho his.hære.& rhe da. ſecundum Hugo.& ſic bubul ci & aurige.parauere de dicuntur ſecundum Accur. C.de curſu pu. l.2.lib.12.

Parafidicus componitur a para vel paruum,& fidus , ideſt fidelis , & icos cuſtos quaſi parum fidelis ad cuſtodiendum vel obſeruandum quę obſeruare debet,vt colligitur C.eo.titu.& lib.

Paragraphus dicitur quaſi diuiſio a fares ideſt diuiſio,& graphia.ideſt

ſcri-

ſcriptura. inde paragraphus ideſt ſcripture diuiſio per Iſid.nota.in princ.decretorum.

Vide de paragrapho alci.li.diſp. 3. c.16.delirat enim hic auctor.

Parricida proprie eſt qui patrem occidit,extenditur ad aſcendentes & deſcẽdentes & multas alias perſonas coniunctas.l.j.2.& 3.ff.de parricid.& eod.titu.C.per to.titul.

Paratitla greca dictio eſt qua vtitur Iuſtinianus.in l.j.§.penu.C.de vete. iur.enucle. apud quem tamen piratitla mendoſe legitur. Paratitla autem in eo loco. Iuſtiniani apud nos ſumme rerum interpræta ri poterunt , quales ſcripſerunt Azo. & alii qui titulos & admoni toria quædam ſine præludia colle gerunt , quod ab impetatore ibi permiſſum eſt.

Pariter ideſt ſimul. extra de temp. ord.na.c.j.lib.5.& de hoc aduerbio vid.etiam per Bar in.l.ſi fundus §.ſi duo.ff.de pigno.

Pars & totum differũt.ff.de euic.l.j. & vide quod no.Arc h.di.75.quod partibus. Item adde quic veniat appellatione partis.Bar.in.l.ſi plures.ff.de dam infec.

Paripus dcitur a parum & pus puris quod eſt cuſtodia,quaſi parum cuſtodiens mandata , vt l. paripum. C.eod.tit.& lib. præallega.

Neſcio an parephippium exprimere voluerit,de qua dictione vide Alcia.in li.C.12. ad legem parephippium. de cur. pu. Nam paripum vox eſt mihi incognita .

participium ſignificat prout tps eius vt aliud medium ſignificare declarat.v.g.ibi lego ſtichũ ſeruũ meũ fugitiuum hoc participium fugitiuum ſignificat conditionem quia ſenſus eſt ſeruum qui meus eſt , ſi erit fugitiuus.l.itaq;.ff. ſi cer. pe. l.ſtichũ.ff.de leg.j.Sed,ibi.,lego ſtichũ ſeruũ meum præſentẽ.vel receptum ex teſtamento titij vel factũ artificem,ſic de aliis non facit conditionem,quia hæc participia ſunt præſentis & p̃teriti tpis, ideo nõ põt cõprehẽdi ſignatũ cõditionis. Item ibi,lego hæredi vt acceptis centũ a titio reſtituat hęreditatẽ ſignificat conditionẽ.l.a teſtatore.ff.de condi. & demon. quia participiũ acceptis ablatiui caſus, ẽt ſignificat futurũ. licet ſit pręteriti tpis,quia ſenſus eſt ſi acceperit centum in futurũ &c.Item ibi vendo tibi certa vina'&c. hoc pacto,q̃ erunt deguſtanda infra certum diem.hoc participium deguſtanda,non ſignificat conditionẽ, quia venditio eſt pura,& ſi ſtaret per emptorem quod non deguſtaret tunc die pari præterita periculũ eſſet ſuum.l.quis vina in princ. ff.de peri.& commo.rei vend.Rõ ſecundum Bart.licet hoc participium ſit futuri temporis , non tamẽ fuit.adiectum diſpoſitioni, ſed exactioni etiam habuit limitationem certi tẽporis.Alij nituntur dicere q̃ ibi ſignificẽtur cõditio reſolutoria.ſ.ſic vt deguſtãdo reprobentur vel approbentur vina.

Participatio cum excommunicatio duplex eſt,quædam inducit maiorem excommunicationem ſcilicet quæ fit . in crimine de ſenten. excomm.l.ſi concubine.& c. nuper.Alia inducit minorem .ſ. quæ fit in locutione , oſculo.ſalutatione,menſa thoro,& ſimilibus', ipſo iur.11.q.3.c.cum excommunicato.& c.qui cõmunicauerit, & quibus repellantur he excommunicationes,habes. 3. q. 4. engeltrudã. de except.c.a nobis & de cleri.ex comm.mini.c.ſi celebrat.Sunt autem quędã perſone excepte , quę ſine hac pœna excommunicato

parti-

participant.ſ.vxor. filius, ſeruus, colonus &c.11.q.3.q uoniã multos.de ſenten.excom. quod in dubiis & c.inter alia ſecundũ Spec. & Garſiam,mittendo nũcium vel literam excommunicato incurrit minorem, quia loqui videtur .ff de conſtit. pecu.l.licet & eſt gloſ. in c. ſtatuimus, & cap. conſtitutiones. de ſentent. excommun.lib. 6.

Partus antequam edatur eſt pars viſcerum matris .l.j.§.ex hoc reſcripto.ff.de ven.inſpi.l. ſi aliena. §. ſceuola.ff.de vſuca. & continetur appellatione redditus,non autem fructus.l. deducta.§. hereditatem .ff.ad treb. & l.Pau.ff.ad .l. falci.

Parum & nihil non bene cõueniunt nec in vna ſede morantur.ſic.C. de lati lib.tol.l.j.§. illud.

Paſcua loca ſunt vbi beſtie paſcuntur l.diuortio.ff. ſolut.matr. & C. de paſc. pub. quaſi per totum tit. libr. 11.

Pater eſt ille quem nuptie deſignãt. .i.præſumunt eſſe, vt dicit Azo.in ſum.C.de in ius vocan.

Paterfamilias dicitur is qui ſui iuris & poteſtatis proprie, cuiuſcunque ſit etatis,ſed filiusfamilias econuerſo.Require loco ſuo.

Patres etiam dicti ſunt quos plures ſibi creauit vt ipſi plebem excederent.

Patres conſcripti dicebantur quorũ nomina in tabulis aureis ſcribebãtur.Patria poteſtas eſt ineſtimabilis.vt habetur de leg.i. filiusfa. §. promulgarẽ & ſecundum Azo.in ſum.C.eo. titul.eſt ius quoddam quod habent hi qui ſunt de imperio romano, liberos naturales & legitimos quod ius, alij non habent,vt inſti.de pa.po.per totum

Patricy dicuntur ideo quia prætorie poteſtati præſunt, ſecundum Iſid.li.9.ca.3.Etiam patricius eſt is quã imperator ſibi elegit in patrem,vt inſtit. qui.mo. ius pa.po. ſol.§.filiusfamilias. &.C. de conſor.eiuſdẽ.lit.l.fi.Itẽ in alia ſignificatione dicti ſunt patricij quidã nobiles de ciuitate,& olim dicebãtur patres principium ſcilicet ad conſilia prẽſtanda.

Dicit Iſid.lib.9.etymo.c. 3. Patricii inde vocati pro eo quod ſicut patres filiis ita prouideant reipublice.Vnde dignitas patritiatus dicta eſt, erat enim patritius, quaſi principis pater.

Patricida eſt qui patrem occidit. alias ĩ iure ciui.ponit patricida C. de his qui pa.vel lib.occi.l.vnica.

Patricidium alias parricidium eſt homicidiũ.nephandũ quod cõmittitur in parentes,in liberos,in proximos.collatelares & affines.Require ſuper ad legem pompeiam.

Parrochia eſt locus in quo degit populus alicri eccleſie deputatus,ſecundum Gof.in ſum.eo.tit.Et parrochiarũ diuiſio incepit a Dionyſio.13.q.j.c.j.Cõſiſtit aũt ius parrochiale in hoc ſecundum Gof. in ſum.eo. ti. q̃ omnes parrochiani diebus dominicis & feſtiuis miſsã audiant in eccleſijs in quarum parrochiis habitant, vt in capitulo eodem tit.de conſe.diſt. prima ſi quis,etiã conſiſtit in decimis perſonalibus quæ eccleſie parochiali debẽtur 21. queſtio.prima ſi quis laicus.& in oblationibus quæ dande ſunt ſacerdoti parrochiali, qui pro populo orare debet 10. q. j. quia ſacerdos.

Patruus vel patrina dicitur filius vel filia ſpiritualis compatrũ vel commatrũ matris vel patris quẽ vel quam quis de fonte baptiſmatis leuauit, vel ad ſacramentum confirmationis tenuit.

Patruus dicitur frater patris, quasi pater alius.

Patruus magnus est frater aui.

Patrueles dicti sunt quorum patrẽ inter se germani vel fratres fuerũt.

Patrueles sorores sunt duorum fratrum filie. Sed vtrum appellatione patrui contineantur patrus magnus, videtur quod non vt in §. patruus magnus in lege iurisconsultus ff. de gradi. sedi. oppositum ꝙ sic, aliqui defendere nitũtur, quia differentia addita generi contrahit ipsum ad speciem sub illo genere, vt animal rationale species est animalis, sic & patruus magnus species paterni esse probatur, simile ff. de adop. l. j. Ibi adoptio filii qui sui iuris est species est adoptionis.

Pro patruus est frater proaui, & ab patruis est frater abaui.

Patronus secundum canones dicitur ille qui habet ius præsentandi aliquem ad beneficium, ecclesiasticũ sed secundum leges est qui manu misit seruum suum sponte, qui seruus dicitur libertus eius a quo sic manumissus est. Etiam patronus quandoque dicitur aduocatus vel econuerso aduocatus patronus, causarum, quia patrocinium præstat, vel patrocinatur, & in primo significato trium faciunt patronum, vnde patronum faciunt dos, edificatio, fundus. Require supra ius patronatus.

Passim, differenter de appel. cum sit romana & c. pastoralis de offi. deleg. in gl. 3. in c. impetrandum de iura. calum.

Passiuum verbum aliquando resolui tur in infinitiuum sui passiui, & aliud verbum vt reponatur, id est reponi sinatur ff. de aqua plu. arcẽ. l. in sum. §. item variis. Itẽ passiuum verbum cum ablatiuo quãdoque importat actiuam significationem vt petitur a me. id est aliquis a me petit. ff. de dam. infe. lege a quo fundus.

Pauperis est damnum siue iniuria facientis ipsum damnum, vt ab animali quod sensu caret factum vt si equus tuus segetem meam pauit. vel aliter damnum mihi dedit. Non. n. potest dici iniuriam fecisse, cum sensu careat. institu. si qua. paup. fecis. dic. §. pauperis vbi dicit glo. ꝙ est mirabilis expositio & lega. Differunt autem damnum maleficium. & pauperies. Nam dãnum fit cum animo iniuriandi, vel habente animum iniuriandi. licet non utatur. Alia patent in locis suis. De pauperici actione require supra Actio.

Pauper dicitur qui non habet quinquaginta aureos in bonis Bart. in l. qui accusare ff. de accusa.

Paulatim habetur in aut. de resti. & ea quæ pa. in princ. & instit. de re. diui. §. præterea.

Pauliana actio. require ibid.

Pax secundum Gof. est discordie finis, vt c. j. de treug. & pa. in glo. j. Item pax est vinculum charitatis, vt in c. nouit. §. sed forsan. de iudi. Et sunt sex cause propter quas nõ est pax inter homines. Prima quia non puniuntur maleficia. Secunda, abundantia temporalium. Tertia, quia non pugnamus contra demones. Quarta quia non consideramus damna litis vbi diuitias, corpus & animam perdimus. Quinta dubius euentus belli, qui non consideratur. Sexta quia non seruamus præcepta dei nec soluimus decimas, & sic quod non capit Christus tollit fiscus 16. q. 6. maiores. Et est gl. no. de re. iu. lib. 6. ad apostolice.

Pacem rumpere non dicitur ille qui facit

facit furtum ei cum quo pax est Bar.in l.verum est.ff.de furtis.

DE P ANTE E.

Peculium est pusilla substantia vel pecunia separata a rebus, & ratiocinis patris vel dñi.data vel permissa filio vel seruo.ff.de pe.depositi. §.peculium. Et est multiplex.s.castense vel quasi castrense profectiuum,aduentitium,paganicum,nō paganicium. C.de bo. quę li.l.cū oportet.l.cum multa.&l.cum nō. Ittm peculium dicitur res paraphernales ff.de iur.do.l. si ego.§. dotis.Item peculium ponitur pro hæreditate vel pattimonio C.de epis.& cleri.l.si quis presbyter.ff. ad treb.l.cogi.

Peculium castrense est quod miles acquirit dū militat in castris & illud est filii pleno iure tam quo ad proprietatē quam quo ad vsumfruc.

Peculium palatinorum dicitur etiam castrense.s.militū palatii qui principem,sequuntur,secundū Accur. C.eo.ti.li.12. in rubri.

Peculium quasi castrense dicitur illud quod aduocatus acquirit præstando clientulis suis patrociniū in causis,uel quod magister grammaticus,logicus vel rhetoricus in scholis suo lucraturexercitio.in l. fi.C.de inof.testa.

Peculium aduentitium est. quod filio aduenit ab auo paternovel materno vel ab altero, vt ex prospera fortuna,& ex testamento agnatorum vel cognatorum,& quod filio aduenit, ipsius ex quo ad proprietatem, patris vero quo ad vsumfructum. Et dicitur alio nomine paganicum aduentitium. Item aduentitium si ab imperatore vel augusto datum fuerit, comparatui castrēsi peculio,in l.cum multa C.de bo. quæ lib.

Peculium profectiuum dicitur illud quod de rebus paternis vel domi nicis proficiscitur,& filio vel seruo datur vt in eo negotietur, & illud est patris quæ ad proprietatē, sed filii vel serui quo ad vsumfructum. Et etiam alias dicitur paganicum profectitium.

Peculium clericorum est patrimonium clericorum. Nam peculium patrimonium appellatur ff. ad trebel.lege cogi.in princip. vnde illud quod clerico velut proprium possidetur,eius peculium dicitur. Secundo modo tamen & vsualiter peculium dici solet filiorum & seruorum patrimonium quod eis a dominovel patre datur,vt ff.eo. ti.per totum.

Peculium clericorum profectitium est quod de bonis ecclesie procedit vel quod ecclesie contemplatio acquiritur.

Peculium aduentitium eorundem, est quod acquiritur ex opera eorum, vel alias prouenit ex intuitu persone.Et hoc not. Gof. in suma.eod.ti. Et dicitur peculium a pecunia.

Peculiariter idest specialiter. C. de com.rei mili.lege secunda lib.10. & ff.de tribu. ac.l.2.

Pecunia appellatur totum quod homines habent,& dicitur a pecoribus quia quicquid antiqui habebant,totum in pecorib.cōsistebat, vt.i.q.4.totum & sic sumitur communiter. Quandoque tamen capitur proprie & stricte solum pro numerata pecunia vt 4.q.3. putant quidam & ibi gl. Alias appellatione pecunie omnes res continentur C.de consti.pecu.l.2. Etiā proculus ait pecunie appellatione rem significa i.ff. de verb.sig. l.pecunie. verbi gratia hæres factus hæreditate adita vendit eam, & emptori per stipulationem promitti.

mittit quanta pecunia ex hæreditate ad ipsum peruenit &c. Appellatione pecunie omnis tres significatur. quia sensus est omnis res q̃ ex hæreditate ad me peruenit. & capitur significatum ex dispositione præcedenti. s. venditione hæreditatis, quę omnes res significat. Item ibi late significat dicendo, hæres mi, volo te restituere titio pecuniam meam, id est hęreditatem meam. Vnde perinde est ac si dicat hæreditatem, bonam, vt res meas. vt l. nam quod. § fin. ff. ad trebel. Sed si significat strictissime dum filio familias prohibetur mutuari pecunia, quia significat pecuniam numeratam. l. j. ff. ad senatus. cons. maced. iuncta l. sed & si. §. pecunie. eod. titu. Ratio vtriusque, quia in priori casu subiectus fuit ex fauore ergo ampliandus, sed hic casus subiectus est ex odio ergo restringendus, vt in regula. odia, de regu. iur. lib. 6.

Pedanei iudices. Require supra iudices, pedanei.

Pedagia dicuntur quæ dantur transeuntibus in locum constitutum a principe. Et capiens pedagium debet dare saluum conductum & territorium eius tenere secutũ, adeo quòd si aliquis derobetur, id est spolietur (est vulgare gallicorum) tenetur ei dominus terre rapinam resarcire secundum Bald. in vsib. feud. de pa. iur. fin. in §. conuenticulas. facit. l. ne quid. ff. de incend. rui. nauf. & nota. Arch. 33. quæst. 5. si quis peregrinorum. Sed guidagia. require supra.

Pecoris nomine continentur boues.

Pecoris ad aquam appulsus est ius ad ducendi vel appellandi pecus ad aquam fontis alieni, iure seruitutis.

Pediculi dicuntur quædam argentea subsentacula quibus vasa vel res quelibet velut pedib. subsentatur. ita ponitur in l. pedibus argenteis. ff. de auro & argen. lega.

Pedetentim. vide in gloss. prima in clemen.

Pedagogus est ille, qui ab initio instruit pueros, & dicitur a pais pados idest puer, & agogos ductor, quasi ductor siue gubernator puerorum. insti. qui. ex cau. manu. non licet. §. ea. l. eliascentia. vbi glo. Potest enim 20. annis maior tamen. 17. manumittere pedagogum suũ, vt ibi dicitur. Pedamenta dicuntur sustentamenta pedum vineatũ & dicuntur galli. paxil.

Pena & supplicum differunt vt not. Archid. 11. q. 3. c. nemo per totum.

Pedicones gladio puniuntur teste Iustiniano institu. de public. iudic. §. item lex Iulia. quamuis quidam apud imperatorem in eodem loco in alio capite legis iulie hanc pœnam constituant, & propterea textum nitidum, deprauantes non peccatoribus, sed predicatoribus legendum contendũt. tamen quia hæc eorum lectio minueret pœnam non puto ab antiqua lectione recedendum, cum alioquin tales vita priuari debeant, vt sancitum est in auth. vt non luxu. contra na. circa fin. & in l. cum vir. C. ad leg. Iulia. de adul. secundum intel. Bal. Inconueniens. n esset nã de testabile crimen puniri solum priuatione dimi die partis bonorum, si honesti sint, si humiles corporis coercione cum relegatione, vt ipsi vellent. cum alioquin crimẽ adulterii & incestus acrius puniatur & iure consul. l. j. ad fi. ff. de extraor. cog. dicat eum qui stuprum suadet capite puniri, & distinctio legis Iul. ibi per imperatorem relata. quam hi vellent extendere, solum punit

eos qui viduas vel virgines ſtupra uerunt, ſecundum Matth.not.c.j. cuius eſt initium no.tex.licet gloſſator neſcio quid inepte ſubintelligendum putet. Pręterea nonne legimus apud Augu. quod peius eſt contra naturam quam cum matre coire, vt habetur in c.adulterii. & duobus ſequent. 22.q.7. Ideo conſequens eſt vt maior, pœna & exquiſita ad hoc coerceãtur, vt etiã diſponit imperator in dicta l. cum vir.præalleg.

Pellex eſt que miſcetur habenti vxorem, alii dicuntur quod eſt vxoris loco ſine nuptiis in domo, vt concubina vel amica.l.maſurius. ff.de verbo.ſigni. vel eſt illa quam quis habet ad tempus ſaturande libidinis cauſa tex.& gloſſ in c.laici iuncta glo.33.diſt.

Pene .i. quaſi. & not.3.q.7.capit. qui ſine.

Penes no.plene Io.cal. in com.decr. poſtulaſti.de conceſſ.præbẽ.Et eſt differentia inter penes & apud vide per Io.linconienſis. in l.ſi quis intantã. C.vnde vi.vbi dicit quod illud eſt penes aliquem cuius poſſeſſionem habet. ſed illud eſt apud aliquem cuius ſolam detentionem habet, vt depoſitarius & commodatarius. & dicit quod in dicta l. apud ſumitur improprie, vt in l.penes.ff.de verb.ſign.

Peius no. Pau.in commento.c.in literis.de reſti.ſpol.

Penitus not. Ioã.and. in c.j.de ſuppl. neglig.prælato.

Pena eſt dilectorum debita coerctio vel ſatisfactio, quæ a lege vel a miniſtris legis imponitur not. per Azo.in ſum. de pen. & l. ſi pœna. ff.de pen. Et ſunt octo pœnæ iuris ciuilis.damnum. vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, ſeruitus & mors. Pœne autem iuris canonici ſunt, ſuſpẽſio. excommunicatio, depoſitio, intruſio, incarceratio, & verberatio, ſecundum Archidiac. qui hoc no.in capit.j.24.q.5.

Penam committi eſt penam deberi.

Penitentia ſecundum Am. eſt præterita peccata plangere, & plangenda iterum non committere, vel ſic ſecundum Augu. eſt quædam dolẽs vindicta puniens in ſe quod commiſiſſe dolet.de quo plura vide in tract.de pe.diſt.3.&.4.

Penula eſt quędam veſtis qua non vtebantur niſi ciues Romani, quæ fuit data patri Sauli, quia ſocietatem contraxerat cum Romanis. Et etiam beatus Paulus aduerſus iniuſtos Romanum ciuem ſe appellauit. capitu. ſi in adiutorium. diſtin.10.

Penſio idem eſt quod cenſus vel tributum. In quo differant penſio & cenſus vide gl.in cle.j.de ſup.neg. præla.in verb.penſiones.

Penſitationes publice ſecundum Azo: in ſumma. C.ſi propter pub. pen. vel dicuntur annue exactiones tributorum vel veſtium, auri vel argenti, quæ a certis perſonis pręſtabantur fiſco. Sed penſitationes publice dicuntur que ad viarum vel pontium refectionem præſtande ſunt a poſſidentibus, vt fiat omnium datorum quædam collatio, & ſic penſitatio eſt quaſi penſionis ſolutio.

Pentateuchum eſt volumen continẽs quinque libros moyſi a penta ꝙ quinque. & teuchum mandatum quaſi &c.vt in c.j.de decimis.

Petangaria eſt ſeruitus perſonarum & rerum, & dicuntur quaſi perfecta & magna angaria. Eſt autem angaria ſeruitus perſonarũ, & non rerum. Item parangarie dicuntur exactiones & præſtationes patrimonio-

moniorum, scilicet onera quędam quę prædio incumbunt vel imponuntur, & erant forte exactiones equorum vel vecturarum ad portandum annonam militibus, vt colligitur. C. de cursu pub. & angariis & parangariis. in rubrica. libro. 12.

Peragauda est vestis de auro vulgari quod in gaudis vestimētorum vel chlamydium poni solet, vel vestis quæ habet aurum tantum in superficie. require supra. Oloberus. & C. de vest. olob. & de aura. l. prima. lib. 11.

Perditum dicitur aliquid si facta diligenti inquisitione non reperitur. Bart. in l. si quis ex argentariis §. an vero. ff. de eden. vbi Ias. post alios tractat de perditione scripture. & cui incumbat onus probandi, & quomodo probetur perditio. de quo per Abba. in c. sicut nobis. de re iudi. & c. sicut. de prob. & per Fel. in c. fi. eo. tit.

Peregrinantes large dicuntur illi quia loco sui homicilii proficiscuntur C. de inco. l. ciues. lib. 10. Proprie autem dicuntur romipete, apostolorum & aliorum sanctorum limina oratoria visitantes. 24. quest. 3. si quis romipeas. & c. paternarum. & ca. illi qui etiam dicuntur illi qui accedunt ad præsentiam domini pape. eod. titu. cap. vnico. & 2. q. 6. arguta.

Peregrini dicuntur omnes qui non sunt de episcopatu ordinandis siue sint clerici, siue laici secundum Gof. in sum. de cleri. peregr. quia tales recipi non debent ab episcopo alieno ad ordines vel dignitates, aut ecclesiastica sacramenta, vt. 71. dist. per totum. & in titu. de cleri. pœre. vnde clericus peregrinus est qui in alia prouincia ordinatur.

Peremptorium dicitur a perimendo, eo quod omnino perimat, vt terminus peremptorius vltra quem non datur vlteriores dilationes. Simili exceptio peremptoria dicitur quæ perimit actionem. Etiam dicitur citatio peremptoria, quia omnes alie citationes debent fieri antequam aliquis tanquam contumax puniatur. Iudex tamē peremptoriam citationem vel peremptorium dictum extante causa statim mittere potest. & idem operabitur quod alie tres citationes possunt operari.

Peremptio. i. in totum extenuatio. l. qui hominem. ff. de adi. leg.

Perfectum dicitur quando omnibus suis partibus constat. l. j. in princi. & ibi gloss. ff. de ori. iu. vel dicitur perfectum in quo ad sunt que ad esse debent l. j. & ibi no. C. de arb. Aliquando dicitur perfectum ex sola initiatione. vt l. edificia. §. perfecisse. de ver. & re. sig. ff.

Per not. Archid. 13. q. 2. cap. ebron. & Pau. de leaz. plene in cle. j. de sum. trin. & fide catho. & Ioan. andr. de ele. dudum. in fi. ff. de verb. signi. l. §. per notare. vbi dictio denotat perfectionem, vt habetur in l. si tu. ff. de leg. j.

Per functorie. i. obscure, vel decepto rie. not. ff. quod vi aut clam. i. aut qui aliter, vel id est negligenter. 40. dist. ante omnia.

Per fusorie. i. ambigue. ff. de euict. l. qui libertatis. §. sed & si quis.

Per gula est tugurium vel obumbratio frondosa. & ponitur in glo. §. contrahentes. cap. j. de foro competen. lib. 6.

Perequatuor est qui homines & territoria perequat, id est valde equat vel qui prædium desertum equa pensione (vt prius) assignat nouo possessori, vt C. de censi. & in censito.

sito.& perequato.in rub.lib.11.

Per duelliones.Require supra . Crimen lese maiestatis.

Peripsima est purgamentum vel cortex pomi vel piri.Vnde.Tolle peripsimam.edem culpam, spernens arullam.

Imo vero peripsimalos declinatur p tertiam,& est neutri generis, scobem quisquilias ac omnium rerũ purgationem significans.

Periurus est qui scienter transgreditur iuramentum quod contra iura ex certa scientia facit cap. tua.de iureiur.si tamen aliquis falsum iurat ignoranter nullo modo peccat cap.homines.12.q.2.si tamen licitum est id quod iuratur veniendo contra peccat mortaliter,vt cap.si vero. & cap.quærelam.eod.titu.si autem illicitum sit,& eius obseruatio vergat in dispendiũ ;salutis vel corporis interitum,non peccat cõ traueniendo.licet peccet iurando. cap.j.2.& 3.22.q.4.Si tamen iuramentum est indiscretum, tũc si ex ppposito & deliberatione fiat mortale est ca.qui sacramento.22.q.4. sed si iurat incaute vel iocose est veniale secundumHostien.in dicto capitulo tua nos.

Permitti dicitur aliquid tribus modis Primo quod nullo iure prohibetur.Secundo quod contra humanas constitutiones indulgeẽ.Tertio illicitum, vt magis illicitum vitetur, vt est glosſ.cum exemplis in cap.omnes dist.3.

Permutatio. secundum Goff.est vnius re pro alia vicaria præstatio vel vicaria præstatione mutatio'. Et cõtrahitur(sicut plerisque placet) quando inter aliquos conuenitur, vt certa species pro certa detur. C.eo.tit.quoniam asseris.Si enim conueniretur vt certa species dare tur pro incerta, vel econuerso, non esset permutatio, sed contractus innominatus scilicet dovt des &cet.& permutationis contractus ideo fuit inuentus,quia sepe poterat aliquis habere aliquid, inutile sibi vel parui commodi, quod alteri multum valere poterat, & econuerso. Et prius ignorabatur qualiter res vnius alterius fieri poterat,ad quod inuentus est ille cõtractus permutationis.

Perperam, id est malitiose iniuste. inique.l.cum quærebatur.ff.de re iudic. & l.qui interrogatur.ff.de interroga.actio. aliquando, id est per errorem.l.si ancillam.§.fin.ff. pro suo.Et quando dicatur perperam iudicatũ, vide l.si seruus quẽ. ff.de libe.cau. Aliquando dicitur perperam quod calumniose & sine causa fit.l.ab executione circa fin. C.quo.appe.non reci.

Perpetuum quandoque idẽ est quod generale de elect cap.mesiana. & cap.vt circa.eodem tit.lib.6.vt dicendo,edicto perpetuo(id est generali)prohibemus.

Perpetuum dicitur illud quod nõ habet certum finem.Nic.de Neapo. in lecturis Barto.in l.iurisperitos. ff.de excusa.tuto.

Perplexitas est constringens,& ineuitabilis necessitas peccandi, quæ prouenit ex erronea voluntate,vt cap.j.in sum.distinct.13.vbi glos. bona. Etiam de differentia inter mortalia & venialia ponitur ibidem exemplum de iudeis crucifigentibus Christum, & si quis respondet quærenti inimicum si sit in loco. Item si vir denegat vt reddat vxori debitum petenti. Et declarat ibi quod nullus potest esse perplexus inter duo mala, & sic perplesio est solum ad stultam opinionem alicuius de hoc vide in cap.nerui testiculorum.13.distinctio.

ctio. vsque ad finem distin.

Perpensus id est perfecte pensatus, & deliberatus. de pact. ca. vlti. circa medium lib. 6. & sic dicitur in prohemio cle. iuris sanctio perpensa. digesta consilio.

Personę quędam dicũtur priuate improprie, vt ille quæ sunt exempte a iure communi, vt distinctio. 3. priuilegia, vbi dicitur quod priuilegia sunt leges priuatorum. Quædam vero dicuntur proprie priuate. vt illi qui non habent dignitatem 4. q. 5. qui contra. Vnde clerici non dicuntur priuate personę, cum habent dignitatem, id est ordinem ecclesiasticum. in c. priuilegia prędalleg. & dist. 4. quinque secundum Ioan. Item secundum Alanum quædam sunt personę publice quæ sunt in officio publico, vt tabellio, iudex baliuus. Alie priuate quæ non sunt in officio publico.

Periurium proprie dicitur quando aliquis iurat contra canonica statuta, vel temerarie. Et dicitur multipliciter. Primo falsa iuratio quę si ignoranter adhibita omni diligentia facta fuerit, nullum peccatum est 22. q. 2. homines. Secundo dicitur transgressio liciti iuramenti, & sic est mortale. vt j. q. j. quicũque. Illicitum autem sciens iurans peccat, sed non contraueniens. Tertio dicitur indiscretum iuramentum, & est veniale. 26. dis. §. criminis. in fi. Quarto dicitur mendacium iuramento firmatum, & super hoc est mortale. 22. q. ij. quod ait. Et est crimen adeo magnum quòd clericus periurus, ab officio, & beneficio suspendi debet capit. peruenit. de fideiusso. c. inter dilectos. de excessi. prælator. & c. querelam. de iureiuran.

Personalitas significatur per has dictiones tu mihi ego tibi cum alio significato quòd probabiliter concluditur. & si nullo modo concludatur tũc est impersonalitas, quæ actum vitiat, prout ratio dicta. verbi gratia. ago quòd constituas te mihi soluturum debitum mihi a titio. respondens impersonaliter dicendo. Satisfiet tibi ab illo vel simpliciter, satisfiet. Hæc impersonalitas significat te non constituere mihi, & quòd nulla sit ob. l. si quãdo. C. de constitu. pecun. Ratio, quia hæc verba non significant alium obligari. nam alius alium obligare non potest, nec verisimile est quem iactare suum. l. cũ de indebito. ff. de probation. facit. l. arrianus. ff. de actioni. & ob. vbi nõ fit facilis interpretatio pro obligatione. & l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. ob. Nam communiter qs sibi acquirere cupit, ideo verisimiliter stipulans vult acquirere sibi quare licet quis dicendo, promittis decem non exprimat verbum mihi, vel tibi, & alter respondeat, non dicẽdo tibi, tamen verba mihi, & tibi supplentur, & sufficienter intelliguntur propter causam dictam, vt in l. in stipulatio prędall. Item si quis stipulatur decem dari sibi, & alter respondet dari, sed non dicit a me. valet stipula. l. si. §. si. ff. si certum petat. & l. illa, stipulati. ff. de ver. obli. & est sensus, quòd dabitur per ipsum promittentem vel per alium quia hoc significant illud verbum in personale passiuũ dari. Ex quo sequitur quòd non est obligatus ad dare, sed tenetur ad factum per quòd detur, secus in illo qui promittit dare, quia tenetur rem accipientis facere quia hoc verbũ importat quòd ipse dabit.

Et si diceres, hæres qui iussit face re, quòd Titius centum habeat, te netur per se dare. l. si hæres .ff. de legat. j. ergo & in proposito promittens dari, debet per se dare. Respondetur quòd hoc verbum habeat, soluit hoc contrarium quod significat iure domini j, sed ex promissore non transfertur dominũ. ergo &c. Item si testator legauit Titio seruos quos ipse testator manumitere non poterat, & manumitterentur, manumitti non possunt hæc impersonalitas significat, q̃ legatarius seruos non habebit, sed remanebunt pœnas hæredem, vt l. si quis. ff. de leg. 3. Secus si diceret vt manumitteret, quia tũc remanerẽt pœnes legatarium l. si quis eum quem. ff. de cõdition. & demonstra. Ratio. quia ex significato verbi personalis imponit onus legatario, vbi & si nõ tenet onus emolumentum tamen pœnes eũ remanebit: & sic de aliis.

Persuadere est plusquam compelli & cogi sibi parere, vt l. j. §. persuadere. ff. de ser. corrup.

Persuasor a mandatore in quo idiffe rat. Bar. in l. non solum §. si mandato meo. ff. de iniurijs.

Pertinere ad nos dicuntur, quæ spectant ad nos aliquo titulo, non cã pignoris, & quæ nostra non sunt, sed esse possunt. l. verbum pertinere, ff. de verb. signifi.

Pertinacia in malo perseuerantia in virtute dicitur. Nam pertinax dicitur valde tenens vel imprudenter durus irreuocabilis, indocilis. & ostinatus secundũ Io. an. in cle. j. de sum. trini.

Petitio hæreditati omnibus illis competit qui iure veteri vel nouo heredes sunt vel fiunt contra possessores, vel qui pro hęrede possidẽt, nec possũt dicere quare possidẽt, veteri iure, veluti. 12. tabularum, vel ex testamento nouo iure, veluti ex senatusconsul. Qui uero cũ titulo possident hęreditatẽ non tenentur petitionẽ hæreditatis, nisi in tribus casibus, vt si uẽditor nõ apparet, vel modicus distraxit, vel de pretio nõ est factus locupletior quibus casibus vtilis petitio hæreditatis liberis competit contra testamentum parentum, & parẽtib. cõtra, testm̃ liberorum & fratri cõtra testamentum fratris qui turpẽ personã instituit hęredẽ. Hæc aũt de inofficioso vtilis ẽ. quia competit a tẽpore adite hæreditatis vsq; ad quinquennium exeredato non dominus contra scriptum hæredẽ aditione iam factum dominum.

Petitio hæreditatis fideicommissaria competit ei cui fideicommissaria hæreditas restituitur ex senatusco sulto trebelliano.

Petitio hæreditatis possessoria (quæ dicitur bonorum possessio. intra annum vtilis) datur emancipatis vel suis hæredibus intra centum dies, ceteris vsq; ad 30. annos perdurat. insti. de bo. pos. §. liberis.

Pyctacium est scriptura continens petitionem alicuius. c. pyctacium. 3. q. 3. vel dicitur breuis scriptura. q̃ in tuscia dicitur apodicium. C. de ero. mili. ano. l. actuarij. lib. 12. & glo. in c. si quis papa. 79. dis.

DE PANTE H.

Philanthropum idem est quod saluarium.

Philateria dicũtur charte in quibus continentur incantationes. 26. q. 5. in principio.

Phitones sunt incantatores vel diuinatores, dicti a phitone qui fuit author diuinandi.

Physis gratie idẽ est quod natura latine, & idem intelligitur in verbo oĩmodã, vt ĩ cle. j. de foro cõpet̃.

Sed an possidens ecclesiam pleno iure possit eius bona conuertire in vsum proprium . Et dicitur quod non in glos. verbi ad mensam.in cle.j.de excess.præla.

DE P ANTE I.

P*iger* & tardus differunt.piger.n.est incipiendo,tardus vero perficiendo.l.si quid venditor circa principium.ff.de edil.edict.

P*ignus* est res mobilis vel se moues apud creditorem a debitore tradita & collata ad præstandum securitatem de soluendo debito,vel adimplendo promissio , vel sic. Pignus est res obligata pro debito ad securitatem creditoris , & dicitur a nomine pugnus.quia pugno vel manu traditur , & consistit in re mobili proprie quamuis hypoteca sit proprie obligato rei immobilis . Et dicitur hypotheca ab hypo quod est sub & thesis positio,quasi suppositio. Item pignus secundum Papi. est quod datur ꝓpter rem creditam,quæ dū reddi-tur statim pignus aufertur, cuius possessionē ad tēpus solū consequitur creditor , ceterum dominium pœnes debitorem esse.Et ponit ip se differentiam dicendo. Pignora natorum dicuntur pignora rerū, subdens . Sed vtraque confundit authoritas doctorum.

ignus prætoriū dicitur illud quod alicui a iudice datur pro maiori securitate rei petite & adiudicate. vide l.si decreto.C.qui po.in pig. hab.& l.j.C.de prec.pig.

P*ignus* committi est in eum statum peruenire , vt debitor dominium pignoris amittat verbigratia, tradidi vel mutuaui tibi pecuniā sub pign.conditione,vt nisi statuto de pignus luas vel redimas, debitum soluendo,quod ipsum committatur.i.amittatur.

P*ignus* est duplex pretorium,& iudiciale.Prætorium est quando mitti tur actor in possessionem propter contumaciam rei in non comparē do ante lit.contest.vel post.Sed pignus iudiciale constituitur quando post sententiam mittitur actor in possessionem ob victi contumaciā in non soluendo,tunc.n.victor statim acquirit naturalem & ciuilem possessionem de hoc no.per doc.in c.contingit.de dolo & cōt.

P*ignus* luere.i.redimere, sicut dicimus luo pœnam, & luo peccatum non peccatum soluitur pęna qui enim crimine tenetur , obnoxius est pęne.Et qualiter pignus a pristina libereť obligatione . vide ff. quibus.mod.pig.vel hypo.sol.per totum & C.de luitione pignorum per totum.

P*ignorare* est rem aliquam pro debito obligare creditori , vt securior sit de solutione debiti, vel est facere contractum sic dictum.

P*ignoratitia* actio. Require supra Actio pignoratitia.

P*istores* olim dicebantur facientes panem palatij,qui suberant comiti horreorum,vt.C.de pist.lib.11. secundum Accur.

P*iscina* locus dicitur pro nutriendis piscibus,& conseruandis piscibus deputatus , quando placuerit domino,de ipsis capiat.

P*ileus* dicitur a pilis quia pilos capitis tegit & stringit, secundum Io. And.in cle.2.de vita & honest.cl. potest etiam dici a pilis , quia de pilis factus est.

DE P ANTE L.

p*lacere*.i.arbitrari secundum volūtatē rōne regulatā.& est actū ponere in placentia.vt in arbitrio.vt in l.thais ancilla.§.sorore.ff.de fidei commi.libr. vbi relicta libertate si h, redi placeret , inspicitur quid

bono

bono viro placeret, & per hoc dicitur quæstione conduxi famulũ vsque ad annum, pacto appositoq; si mihi displiceret, iuxta annũ possem ipsum expellere. s. ex causa ex qua vir bonus expelleret, sed ex vsu communi intelligendi significat merã voluntatẽ & forte idẽ de iure scripto per. l. ex placito. C. de rer. perm. Rõ. quia certũ est q; placitũ significat ibi voluntatẽ faciẽdi. §. pe. inst. de cõtrah. emp. vbi recipitur pro mera volũtate, sed nõ obstat. §. sorore, præall. quia ibi significat arbitriũ rõne subiecte materie. s. liberatis vt facilius valeat. Item paria suut actum ponere in alterius libito vel voluntate. l. fideicommissaria, prope princip. ff. de fideicom. libr. in versi. sed & si ita scriptum. vbi est idem dicere, lego libertatem si hæres voluerit, vel si ei libuerit.

Plagiarij sunt qui liberos homines seducunt vel seruos alieno surripiunt & vendunt a plaga maris vbi quis seruos vel liberos furtim subreptos vendit piratis & barbaris C. ad. l. falc. de plagia. l. fi.

Plagium est plaga vel dolor quæ patentibus vel dominis infertur de surreptione filiorum vel seruorũ ab ipsis plagiariis. Aufertur enim dominis vel partibus per tales facultas filiorumvel seruorum, & dicitur a plaga, quia est magna plaga patri vel domino secundum gl. tub. ad l. fauiam de plagiariis.

Plagiarius (alias plagiarius) etiam est idẽ quod fideiussor, vt in c. venientes, de iureiuran.

Placet, licet videatur importare omnimodam uoluntatem proferentis, tamen includit arbitrium boni uiri. l. thais. §. sorore. præalle. Nam licet dicam faciam quæcunq; tibi placent intelligitur, tamen iuxta arbitrium boni uiri. l. si sic. ff. de l. j. ubi per Bart. & not. in c. de quo uult deo. de iudic.

Pleno iure exponitur. i. quo ad tẽporalem & spiritualem iurisditio. c. cũqueſtus de foro compet. & hoc si concedẽs habet potestatem uel iurisdictionem utranque. in c. quoniam. de priui. & 16. q. 2. c. j.

Plenum dicitur cui nihil deest, uel plenum. l. merum. l. fideicommissa §. quamque. ff. de leg. 3. uel plenũ i. ualidum. l. si de meis. ff. de arbi. uel dicitur ubi. non est aliqua exceptio. c. uera. de cons. dist. ij. & c. ieiunium. 66. distin.

Plebiscitum est quod plebeio magistratu. i. tribuno interrogante an omnibus placeat. plebs instituit, dictum quasi a plebe statutum, orta enim inter plebem, & maiores ciuitatis romane discordia, plebs sibi leges cõstituit, quæ dicte sunt plebiscita, ut. ff. de origi. iur. l. j. §. hisdem Reliqui uero hoc est populus cum senatoribus & patritijs ius sibi constituerunt, quod dicuntur lex. populi antonomatice i. per excellentiam, secũdum Isid. lib. 5. dicunt plebiscita eo q; plebs ea sciat uel quod sciscitatur & rogat, ut fiant di. 2. plebisci.

Plerumque. i. regulariter. insti. de le. patr. tut. in fi. cum glos. impropriatur. ff. commo. l. si is qui. §. fi.

Plebes differta populo, ut spẽs a genere, quia populus continet minores & maiores nobiles & ignobiles, plebs uero tantum minores. & inde plebiscitum id est a plebe statutum. institu. de iur. natur. gen. & ciui. §. plebs autem.

Plus petitio est solius offerentis promissio. ff. eo. titu. l. 3. uel est plus & aliter quam pactum sit exactio. Et fit quatuor modis tunc plus petitur causa, uel tempore neque lo-

coque ut not.in c.j.de plus peti.

Plus sub se minus continet,vbi gratia licet patri vel marito occidere adulterum cum filia vel vxore deprehensum,per hoc significaturq; etiam licet vulnerare,vel iniurijs afficere.l.nec in ea.§.ius occidendi.ff.ad.l. iul. de adulte. quia plus est occidere quam vulnerare vel iniurijs afficere,quia illa continẽtur & significantur sub verbo occidere.Item iudex defert iuramẽtum in.l.rẽ & taxat vsque ad certam quãtitatem, tamẽ licet ei cui defertur iurare in minori quantitate l. videamus. §.pe. ff.de in lit. iuran.Item vendidi vinũ quod est in dolio,apposita est dies in qua vinum tollere debes,non tollis , vel die nõ apposita,te interpellato & expectatio sufficienter non tollis indigeo dolio,quia sunt vindemie dicit tex.quòd licet mihi totũ vinum effundere,& tamen non licet tantum partem vini effundere.l.j. §.licet.ff.de peric.& com.rei vendi.quia effundendo tantum partẽ de dolio,ita parũ me iuuare posset ac si mihi effunderẽ & ideo rõ nõ dictat tantum partem effundendã ergo si partẽ rantũ effundero obligor emptori.si totum effundã nõ tenebor, licet rogatus possim bene dimittere partẽ. Et sic de alijs.

Pluralis locutio plura significat duorum tamen numero contenta est c.pluralis lib.6.de re.iur.Quandoque aũt plura significat geminatiue in suas singulares, sic q̃ quilibet singularis in vno solo verificatur.Q̃ñq; autem non geminatiue sic q̃ vna singularis per se nõ attẽditur,sed ipsa pluralitas simul prout singulare concludit vel quodlibet aliud probabile medium. v.g. testõr dicit., I.egor stichum & Titiũ si mei erunt cum moriar,tunc altero alienato & altero non iste non alienatus põt peti a legatario.Licet. n. sermo pluralis sit, oportet tamẽ accipi ac si separatim dixisset, si stichus meus erit cum moriar , & si titius meus erit &c. vel.falsa.§.fi.ff. de condi. & dem. Rõ Bar. quia hæc separatio respicit diuersos effectus& separatos.i. dominium legatarij in quolibet, &quia sunt duo serui distincti,ita duo nomina distincta & separata, & sic separati effectus. Et iõ quia legaui quẽlibet nominatim,& sic refertur ad quelibet distincte, & hoc ex fauore legati & testamẽti. Sed ibi testamẽtor duob.impuberib.institutis filij suis dicit si vterque impubes,decesserit, titiũ substituo , tunc si vnus moritur impubes,substitut⁹, nõ admittitur imo vt admittatur,requiritur utrũque decedere in impuberi etate.l.pen. C.de impub.& ali.sub. Ratio Bar. est ex dictione vterq; quæ est collectiua. Alij tamen dicunt,quod fauore instõis dictio collectiua sumitur distributiue.l.hoc articulo.ff. de hær.insti. modo omnis substituto.ergo &c.& sic Bar.in.l.haberes §.cum ita. ff.ad tre. dicit quod in d.l.pe.vno filio moriente impubere,remanet alter fili⁹ testõris, qui ex præsumpta voluntate excludit extraneũ substitutũ arg.l.cũ acutissimi.C.de fideic.ideo vno moriente impubere , non existit cõdõ substõnis & sic de alijs exemplis.

DE P ANTE O.

Podagra est egritudo.C. de mune.l. a muneribus.lib.10.

Pondus differt ab onere.quia pondus dicitur quoddam leue, & quoddã graue,unde dicitur , pondus meũ (id est corpus) ego fero quocunq; venero.Sed onus dicitur quia semper oneras & de primit.

Polia

Polia quia significet apud Vlp.in.l. ediles aiunt.ad fi.ff.de edil.edic.& vnde deducatur. sepe quæsitũ est. Equidem puto poliam idem esse quod equitium,hoc est equorum mãdra,seu armẽtum equinum,descendereq; nõ a pluralitate(vt voluit Accur.)sed potius a grece nomine popos quod pullum & maxi xime equum significat, vnde polo damaxẽ est equos domare.

Policitatio in instrumento operatur effectum pacti simplicis,vt instrumentum aliquid operetur.ita singulariter.Bal.in.l.j.versi. item oppo.C.de dot.promis. & pro singu. citat.Bal.nouel.in tra.dotis in primo priuilegio. 9.partis. in 2.colu. Vbi dicit quod licet alias ex mera pollicitatione non possit agi etiã de iure canonico,tamẽ non proc. propter fomentum instrumenti. Catellianus cotta in dictione pollicitatio.

Policitatio est solius offerentis nuda promissio.l.pactum.ff.de pol.&.l. sciendum.§.j.ff.de edil. edict. aliquando est nuda promissio.l.pollicitatione.C.de dona.ante nup.

Polinctore dicebantur curatores cadauerum,de quib.Plautus in prologo pen. Eorum(inquit) alter viuit, alter est mortuus, propterea apud vos dico confidentius, quia mihi pollictos dixit qui eum pollinxerat.de his expresse sẽsit Vlp. in l. quicunque. §. idem ait.ff.de inst.act.dum inquit seruum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit,licet alij aliter,& minus recte.

Pontones dicuntur quædã naues. Vnde dicitur.Si potestationibus traiiciatur id est mare transferetur, vel nauibns transeatur.

Poneifices olim dicebantur imperatores. vigesimaprima. distinctin. cleros.l. distin.vj. de capitulis.

Pontificale est ornamentum episcole,& secundum Host.est autenticum ille liber vt de seruis non ordi.cap.consulit. & not. Ioan.And. in clemen.vnica. de iureiur.

Porcarius.i.suarius.require infra suarius.& dicebantur olim qui custodiebant porcos ciuium vrbis romane in pascuis,& excusabãtur a numeribus sordidis.vt in c.de sua & susce.l.j.lib.11.secundũ Accu.

Portorum dicitur quædam præstatio quæ datur pro nauium applicatione, seu frustatione & mercatione quacunq; facta in portu.Vnde differunt pedagia & guidagia salinaria.Require quodlibet suo loco,& ista omnia dicuntur prætoria.C. de vec.& com.l.3. c.super quibusdam.de verbo.signi.in gl.6.

Positio secũdum Goff.est dictũ quod loco, interrogationis ponebatur olim.hodie de plano ponitur, & positiue sit,sicut olim interrogatiue fiebat.v.g.si volebam te conuenire hæreditario iure tunc sic dicebam. Domine iudex interrogetis hunc an ipse sit hæres talis ex qua parte sit hæres.Hodie vero sic dicetur.Pono te esse hæredẽ talis.Item pono ipsum exasse hæredem scilicet extitisse. Sed quia hodie simpliciter fiebant seu fiunt interrogationes super positionibus igitur aliter describitur a Speculato.eod.titu.sic.Positio est breuis verborum formula mentem ponentis continens ad veritatem eliciendã concepta.Et habuit hoc verbum ortum non solum ex vsu hominum diu in causis inolito,sed ex antiqua.l.ff.de leg.3.l.offidius §.ex his diuerso.ibi pone inquit. Positio igitur nihil aliud est quã dictum de credulitate afferta in vim præstiti iuramenti, faciens ad

probationem aut ipsam adminicu lans habens annexam, interrogationem aut iudicis suppletionem. argu.in auth de his qui ingred. ad appel.§.fi. col.5. sic dicta ex communi consensu, non tamen sine ra tione.ff.de suppel.leg.l. labeo inuenita vt partes exponerãtur probationibus & ne fatigentur laboribus & expensis,vt §.fi.prealleg. vel positio dicitur dictum facti nondum probati per articulos rite distinctum, loco probationis propositum, spectans directe, vel indirecte, simpliciter, vel adminiculatiue ad intentionem ponẽtis quod intendit probare ponẽs per confessionem aduersarii sui vel eius procuratoris arg.de elect.dudum.2.de testi. presentium,de cõfes.statuimus lib.6. nec debet poni nisi hoc quod est facti. ff.de dote prele.l.j. C.de legi.l.leges. vnde quæ vocantur positiones in curia ecclesiastica dicunt articuli in curia seculari,& differunt a rationibus,quia raaiones sunt iuris,sed positiones vel articuli sunt facti. Item positiones differunt ab interrogationibus, licet tam positiones quam interrogationes fiãt, vt per confessionem aduersarii releuetur donens ab onere probandi, quia positiones fiunt assertiue, & a parte,sed interrogationes fiũt interrogatiue, & a iudice, & ad positiones debet respondere pars non aduocatus. & quandocunque sunt faciẽde probationes fieri possunt positiones siue ante lit.cont. siue post. de hoc vide gl. in c.j.de confes.lib.6.que plures ponit concord.& allega. cum exemplis. De positione ante lit.contes. & etiam post. s. de exceptione quod actor sit excõmunicatus ponit reus hoc modo pono quòd percussisti talẽ in tali parte corporis tali loco,tali die talibus presentib. Item turbatus ex tali causa animo iniuriãdi illum qui tunc erat clericus & erat in possessione clericatus, & sciebas eum clericum esse. Item vidisti eum coronam habentem & tonsuram clericalem deferentem. Quibus per actorem confessatis probanda non est excommunicatio ante lit.contest. sed post litem contest. Pono quòd petam aliquẽ ab ecclesia quam contra iura retinet remoueri, dicam pono iuramento quod habet & possidet ecclesiam sancti. M. Item quòd habet & possidet ecclesiam sancti.P. Item que licet earum habet curã animarum & eas post consilium acquisiuit.Hoc cõfessato succumbit reus, nisi dispensationem vel iustam causam ostendat. Item debent fieri positiones super contẽtis in libello. Et no.quòd multipli ces sunt positiones. Vna dicitur positio pertinens & ad talem coget iudex respondere, vt in c. præsentium.de testi. lib.6. & si dubiũ est an pertinens sit vel ne, inclinabit se iudex ad id quod verisimilius est, & in dubio tutius est ꝙ faciat respondere,vt confes. c.statuimus.lib.6.ff.de interro.actio. l.deeta. §.ex causa. & lege,vbicunq;. eo.ti.alia est positio impertinens, cui non cogitur quis respondere. Item quædã est negatiua positio, & talis debet admitti, quia verbis affirmatiuis ponenda est. Nam negatiua non probatur, & id quod ponitur si negatur, ponens ipsum probare habet.ff.de proba. l.2.C. eo.tit.l.actor.& de proba. quoniã contra falsam. Fallit quando alias quam per talem positionem probari nõ potest. c.statuimus.præal. vel super facto prægnanti. vbi in

directe

directe probatur ca. ex tenore.de restitu.& C.de contrahen.& commit.stip. l. optimam. Item positio que non releuat ponentem, vel ei non prodest, non debet admitti, quia non debet quis ad probandū id amitti quod probatum ei non prodesset. l. ad probationem. C. de probat. ca. dilecti. de except. Item positio que non facit ad causam, vel quæ non super re de qua agitur in libello, vel super eo, quod repellat agentem, si proponitur ex parte rei dicitur impertinens, & non esse admittenda. Item positio quæ dependet ex alia quæ fuit negata vel concessa, non est admittenda, quia super ea non est amplius quærendum argu. ff. nau. cau. stab. l. licet ne responsioni sit contraria, sicut nauta ventis contrariis nauigans, vt in auth. de his qui ingre. ad ap. §. j. col. 5. & in c. per tuas. de prob. l. generaliter. C. de non nume. pecu. Item positio implicita non debet admitti propter periculum periurii. Et ideo debet diuidi vt certum & verum respondeatur arg. ff. de interrog. actio. l. de eta. §. quod autem. & §. nihil. quia etiam iudex cauere debet ne sit author periurii. C. si aduersus vend. l. j. c. si vero. de iurei. C. de indi. vidui. tol. l. 2. Item not. quòd effectus positionum est qđ qui eas cōfitetur habetur pro conuicto. C. de confess. l. vnica. §. j. & positionibus non respondens habetur pro confesso. c. fi. de iur. cal. de confes. post propositum. lib. 6. Item positionibus vbi iuratū est de veritate non potest responderi per procuratorem, nisi sit causa vniuersitatis vel conuentus. c. præsentium. de testibus. præallega. c. pastoralis. cum sua gloss. de iudic. Item positionum vtilitas est, quia aliqñ quod directe negatur, indirecte conceditur in toto vel in parte vt de iur. iu. c. cū in position. lib. 6.

Pollicitatio est solus offerentis promissio. ff. de public. l. 3. & differt a stipulatione & a pacto quod est duorū consensus atq; conuentio.

Possessio secundum Azo. C. de acqui. & retinen. poss. est corporalis rei detentio, corporis, & animi & iuris adminiculo concurrente. vel sic est ius quoddam quo aliquis rem corporalem vere in potestate habet. Et dicitur corporis rei, ideo quia sola corporalia possidentur, incorporalia autem dicūtur quasi possideri & quasi tradi per patientiam & vsum. Nam incorporalia non possunt corporaliter apprehendi sicut iura & seruitutes, & ideo non possidentur. ca. conquestus. de foro compet. in gloss. ff. de vsucap. l. sequitur. §. si viam. ff. de acquir. poss. l. 3. in princi. & tamen prescribuntur ca. cum ecclesia. de caus. poss. ideo regula in sexto dicit. Sine possessione præscriptio non præcedit, & debet intelligi etiam de quasi poss. & ibi hoc not. Item impossibile est plures eandem ecclesiam, vel beneficium insolidum possidere. c. licet. de probatio. de elect. vt quis duas. lib. 6. cle. si duobus. vt lit. penden. vbi gl. vi de etiam in c. cum venissent. de procurat. Et ideo bene dicitur detentio quia res naturaliter tenetur ab eo qui corporaliter insistit ei. Item dicitur corporis animi & iuris quia hæc tria vt quis vere dicatur possidere, concurrere debēt scilicet actus corporis affectus animi & adminiculum iuris. nam opus est quis corpore adipiscatur, vel saltem oculis. Sufficit enim plerunque visus oculorum, & animi affectus cum voluntate traden

tis, quia ipse animi affectus necessarius est, non autem per se corpore aut per se animo possidetur, quia certum est possessionem solo animo amitti, puta si quis se posse repelli suspicetur. Itē oportet quòd ius approbet, nam licet quis sacre rei vel religiose corpore & animo insistat, non tamen de iure possidet, quia res sacra, vel religiosa nec ab ignorante a sciente possidetur. Et dicitur possessio quasi pedum positio.

Possessionum alia est iuris tantum, alia facti tantum, alia facti & iuris simul, & hæc interdum habet plus iuris minus facti interdum econuerso, vt not. de concess. præb. cum nostris. & C. de acquir. possess. l. j. Item Hugo. de porta rauennata differentiam posuit inter possessionem vacuam, & vacuam rem, vt in gl. 2. C. vnde vi. l. fi. & Io. ibi reprobat. & sic gl. concludit quòd non differunt. Sed vacua siue vacans est quæ a nemiue possidetur animo vel corpore propter longum tempus, vel propter obliuionem ex longo tēpore. & no. quòd si quis propria autoritate posset ingredi possessionem alicuius rei & accedendo ad iudicē ab eo impetrat licentiam ingrediendi, talis per statutum, si oppositum cauea tur non punitur, quia potuit sine authoritate iudicis, ergo multo magis cum eius authoritate ingre ditur. hoc colligitur ex gl. versi. in transitu. §. multis modis. instit. de lib. Item possessio ciuilis quandoque requiescit super naturali, vt si tu possides nomine meo, vel precario a me. Quādoque non requiescit, vt in vsufructuario meo qui naturalem habet possessionem ex iure, sed ego dominus habeo ciuilem rationem dominii nō requiescentem in naturali vsufructuarij.

Fiduciaria possessio dicitur teste Budeo in annota. ad pande. ad l. 2. de origin. iur. quam sub manu regia possidere vocant quasi fide dota acceptam a fiducia dictam, quasi dicas depositariam, quā si causa ce ciderimus, restituere debeamus.

Possessor bonorum. Require supra bonorum possessor, vt filius emancipatus vel agnatus, qui dicuntur bonorum possessores ex bonorū poss. dictali & decretali, nā statim vt habeant edictam & decretam possess. ex hoc habent interdictum decretum ad hoc vt consequantur hereditatis possessionem. Differunt autem heres & bonorum poss. vt supra bonorum poss. vnde aditis hereditatibus heres non desiderat authoritatem iudicis, sed bonorum poss. requirit authoritatem & patientiam iudicis inst. de bono. poss. §. quos autem.

Possessorum iudicium est triplex scilicet pro possessione adipiscenda, retinenda, recuperanda, vt in ca. pastoralis. de cau. poss. in glo. 4. & vide supra interdictum.

Possidere naturaliter dicitur quis cū est in re vel eius parte, vel saltem cum res est in conspectu eius vt ipsam videat vel partem eius ſm Azo. in sum. C. de acqu. & ret. pos.

Possidere ciuiliter dicitur quis cum nec est in re nec res in conspectu eius sed possessionem solo animo habet, & rē de iure retinet. s. quòd talis sit persona in quam cadere possit huiusmodi possessio, vt no Io. and. in regula, sine possessione lib. 6. & allegat ibi iura, nam laici quandoque de facto possident decimas & spiritualia, vt not. Barto Brixi. 14. q. j. in prin. in gl. magna in fin. Nam aliud est possidere & aliud legitime possidere. de restitu.

sti.spol.ad decimas.lib.5.Et no.q̃ pos.ciuilis & naturalis simul,vel ciuilis tantum,requiritur ad prescriptionem,sed naturalis tantum nō sufficit nisi alias ciuiliter possideret vt tractat prolixe Dyn.in regula sine possel.l.6.Et est ratio, quia habens naturalem tantū, acquirit eam clam de,introitum quādo dominus est absens, quem credit sibi quæstionem moturum.& sic mala fide habet naturalem ergo nō præscribit.§.&qui ad nundinas.l.clam possidere.ff.de acquiren.possessio.

Possidere clam est absente domino & fructuario excluso clanculo possessionem ingredi vt dominū possessione priuet.

Possidere vi est violenter possidere.

Possidere præcario est rem ad petitiones vel præces meas mihi concessam ad vsum possidere quandiu patitur is qui concessit.

Possidere pro indiuiso est aliquam rem ita possidere vt nullam partē in ea habeat ab alijs diuisam, vel vt nulla sit pars quàm possideat se parati siue diuisim.

Possidere pro herede est ita possidere quòd putat se heredem verum, cum non sit.

Possidere pro possessore dicitur ille qui ita possidet quòd scit se nullā causam iustam possidendi habere, vt si interrogatus fuerit quare possideat,vel quomodo nullam rationem prætendat quare possideat, sed respondeat,possideo.

Possideri ,pprie dicuntur immobilia eo quòd eis pedib.quis insistit,vnde a plana venit ista possessio.

Possidetur autem hoc iure, quod iuste, hoc iuste, quod bene quod autem male possidetur,alienū est, male autem possidet quæ male suis vtitur, vel aliena præsumit.de verb.signifi.ius dictum est.

Possibile dicitur id quod commode fieri potest l.nepos proculo & ibi Bar.ff.de verb.sign.& not.quòd satis est fieri quod possibile est cle. sepe in prin.de verbo.signi.

Possessorem facere causa rei seruande aut in possessionē mittere est.v.g. contendisti talem fundum esse tuum, & probasti iudex per executorem suum mittit te in possessionem, & facit verum possessorem. Item volui agere contra.G.&eum vocari feci ad iudicium, & contendit venire, iudex mittet me in possessionem illius rei quàm petebāt, non vt faciat merū possessorē, sed vt in fundo maneam causa rei seruande & custodiende,& rem illam tenebo donec probauero meā esse,& sic aduersarius meus tandē tedio affectus moueatur,& de sua cō tumacia resipiscat mecum litem,si velit aliquid dicere habebit, de hoc require supra mittere in possi.

Posse ,idest debere ff.de libe.& posthu.l.placet regulariter tamen cōtra ff.de offi.præsby.l.sepe cum l. seq.& de iudi.non quicquid.& C. quomodo & quando in.l.j.& multis modis dicimur pos.Vnde posse require rebus dant ius,natura potestas, officium meritum sextum diuina voluntas.de hoc vide glos. in c.sciscitatus.de rescrip.& ibi cō cor.Nam posse dicimur etiā illud quod licite & sine incommodo nostro possumus.ff.de verb. signifi.l. nepos proculb.in fi.simile de cōd. inst.l.filius qui.in fi.vbi tex.vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt nec facere nos posse credendum est. vt.22.quæstio.2.faciat homo, vbi etiam de multiplici potentia. & Innoc. de concessio.præben.accedens. & ff. de re iudic.l. in condemnatione. vbi glos.& 3.quæstio.6.hoc quip-

pe.

pe.C.de legibus.l.non dubium.

Post quandoq; etiã notat ſtatim poſt inchoationem. vt l.2.§.item mutuum.ff.ſi cert.peta.

Post l.cum eſt poſterior aditus domus.l.ſi cui.§.cum edium.ff.de vſufruct.leg.

Poteſt neceſſitatem importat interdum.ff.de offi.pręſi.l.ſepe.& l.ſeq. de hoc.ff.de iu.l.non poteſt. vbi plene. & eſt gloſſ.in verſicul.non poteſt in regula beneficium.de regu.iur.lib.6.

Potius aliquando ponitur electiue, non comparatiue.ff.de nego.geſt. l.ſi communes.&vide.ff.de hered. vel act.ven.l.venditor ex hereditate. Aliquando ponitur comparatiue.extra de ſpon.requiſiuit. & ibi per Hoſt. Aliquando ponitur correctiue.extra de teſt.cap.j.

Poſtliminium eſt ius amiſſe rei recuperande ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reducende, quam quis per captiuitatem vel per ſeruitutem amiſit, moribus & legibus inſtitutum, vt colligitur.ff.de cap. & poſtlimin.reuer.l.poſtliminium id eſt, reſpon. Vnde per hoc ius recuperat quis cum a captiuitate reuertitur, iura qua amiſerat, & ipſo reuerſo fingit hoc ius ipſum ſemper in ciuitate fuiſſe. Vnde breuiter poſtliminium eſt ius quo reſtituitur res vſucapta vel præſcripta ab aliquo alicui, quam per captiuitatem amiſerat 16.quæſtio. tertia prętera. Dicitur aut alimen.& poſt, id eſt iuxta quaſi iuxta limen domus ſue ſemper fuiſſet & poſſediſſet, quia captus ab hoſtibus & vltra limina noſtri imperij deductus poſtea intra limina reuertitur. Nam ſicut limina ſunt in domo, quę finem quendam faciunt, ita & imperij limina veteres voluerunt eſſe, ſecundum Azo.C.de captiuis & poſtlimi.reuerſis.& inſtit.quib. mod.ius pat. pot. ſol.§.dictum autem eſt poſtliminium. Et dicit lex quòd omnib. eque poſtliminium eſt non ſolum his qui pugnare poſſunt. ſed omnibus qui eius nature ſunt, vt conſilio vel alijs modis vtiles, eſſe poſſunt vt.l.poſtliminiũ.ff.de capt.& poſtlimi.reuer. & extra de vo. & vo.reden.capi.ex multa.in gloſ.6.

Poſterior lex vel poſterius ſtatutum, reſcriptũ vel pactum derogat priori quando concurrunt ver.gra.lex præcedit, & lex contraria ſequitur tunc prior etiam de ea non facta mentione l.non eſt nouum. & l.ſed & poſteriores.ff.de legi.dum dici.lex niſi contrarie ſint. de hoc cap.j.de conſtit.lib.6. Ratio eſt voluntas condentis legem& ſumitur ſignificatum ex ſcientia prioris leges, & contrarietate poſterioris. Nam condens poſteriorem, ſcit etiam priorem quia princeps habet omnia iura in ſcrinio pectoris ſui cap.prælle.& l.omnium teſtimonium.C.de teſta. ideo condendo poſteriorem contrariam videtur tollere priorem, quia ſi vult valere illam, non vult valere iſtam illi contrariam alias eſſet in compaſſibilitas. Ex hoc colligitur ratio curtam varie reſcriptum poſterius non reuocat prius, niſi expreſſe fiat de priore mentio.& tamẽ conſtitutio poſterior etiam non faciens mentionem de priori derogate, vt hic dicitur, quia princeps ex certa ſcientia prioris conſtitutionis (habens omnia iura in pectore ſuo recluſa) pręſumitur ſcire priorem, & facere poſteriorem. Sed quia reſcripta continet facta, quæ non ſunt in pectore principis recluſa, quia factorum omnium habere memoriam. & in nullo defi-

lo deficere, diuinitatis est potius quàm inhumanitatis. C. de veteri iure enuclean. lib. 2. §. si quid autē. ideo non presumitur conscius primi rescripti, concedendo secundum, vt dicit Goffre. in sum. §. derogatur. de constitu. Sed vbi consuetudo in aliquo loco vel statutum municipale præcedit, & lex principalis & generalis sequitur contraria certe prius non tollitur cap. j. in secundo dicto. de constit. libro 6. quia non apparet principem scire illam cōsuetudinem vel statutum. illud imo verisimile est eum ignorare, cum ex alieno facto inducatur. Ideo non potest cōcludi ipsum tollere voluisse qđ verisimiliter ignorabat. obtinebit ergo lex illa locum tantum in non contrarijs priori consuetudini vel statuto cap. j. præalleg. Sed si in lege tali posteriori cauetur quòd valeat generaliter & specialiter, non obstante. quocunque statuto contrario vel consuetudine, tunc tollitur prior consuetudo vel statutum. argumentatio. l. si quis in dubio. ff. de legat. 3. iuncta l. quoties. & l. rescripta. C. de præcibus imperat. offe. Et est ratio ex tenore posterioris legis quia clare pater posteriore tollere velle priorē cōsuetudinē vel statum, licet ignoret.

Posthumus vel posthuma dicuntur qui vel quæ post humanitatem id est postquā pater datus est humo nascitur. Improprie autem quilibet dicitur posthumus qui nascitur post testamentum secundum Azon. C. eodem titulo posthumus etiam dicitur nepos qui posthumationem aui natus est proprio patre superstite. & ille proprie dicitur ne posthumus, quasi nepos posthumus.

Postea de hac dictione vide per Alexan. post Barto. in l. fructus. in fin. ff. solu. matrimo. an significet temporis interuallum Bartol. in l. quoties §. si quis ita. ff. de hered. instit. quantum vero tempus includat, idem in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter ff. ex quib. cau. maior. De natura istius dictionis est denotare longum interuallum glos. est in l. pacta conuenta. de contrahen. emptio.

Postulatio est alicuius persone ad dignitatem vel societatem fraternam canonica facta vocatio, vel persone ad eligendum petitio, quæ eligi non potest, vel si secundum Goffre. est gratie petitio, vt cum ex gratia petitur aliquem intelligibilem licenter eligi. Et est duplex postulatio, scilicet solennis, quæ est alicuius in habilis aliter quàm propter crimen, a superiore ad beneficium vocatio, & admissionis petitio vt in cap. vnico. de post. præla. lib. 6. Et hęc confirmata habet vim electionis. Alia non solennis est petitio facta superio. vt tollat obstaculum aliquod eligi. & ad beneficium acceptandi illa pręponit electionem ante vel post fieri, vt monachus electus nō potest consentire sine licentia sui abbatis, & si postulatio licentie ab abbate non dicitur solemnis. Ergo postulatio solum est inuenta propter in capaces, vel illegitimos, & non sufficientis etatis vel prius beneficiatos. Nam qui capax est dignitatis non debet postulari, sed eligi quare postulatio non multum differt ab electione. Et not. quòd postulari debent & non eligi sextuplices persone. Primo archiepiscopus ad alium episcopatum. de postu. prælat. bone. Secundo episcopus ad episcopatum vel alium archiepiscopatum,

tum capit.& si vnanimiter.eodem titu. Tertio laicus ad dignitates 61. di.hoc ius. Quarto clericus in minoribus ordinibus constitutus capit.præterea.de eta.& qualitate. Quinto illegitime natus.de electio. innotuit. Sexto qui non est in.etate legitima constitutus. de electio.cum in cunctis. & cap. non nobis.

Postulare vel aduocare est aliquem desiderium suum vel amici sui coram iudice vel apud eum qui iurisditioni preest in iure reponere, vel alterius desiderio contradicere.ff.eod.titul.l.postulare.& 3.qõ. 7.§.tria.ver.est autẽ.& C.de procur.l.j.& C.de postu l.2.& capitu. cum sacerdotis.de postu.in glos.3. vnde prætor inquit. Qui non habet aduocatum, ei dabo.ff.de postu.l.j.§.ait prætor & intelligitur, si habere non potest dabit enim feminis pupillis, debilibus, & his qui sane mentis non sunt, vel qui propter potentiam aduersariorum aduocatos inuenire non possunt. ff.de offi.procon.l.nec quicquàm. §.l.& hoc pro salario conuento aperte vel statuto a iudice iuxta facundiam aduocati modum litis, & fori consuetudinem, quãtitate nõ excedere vnde aduocare, & salutarium recipere pro aduocando bene licet.11.quæstio.3.non licet 14.quęstio.5.non sane.vbi Augu. ad Macedonium inquit. Non debet ideo iudex vendere iustum iudicium aut testis verum testimonium, quia vendit aduocatus iustum patrocinium, & iurisperitus verum. consil. licet Guilel. dixerit contra quod nihil possit recipi pro iusto patrocinio. vt not. in cap.non licet præallega. Item aliqui prohibentur postulare per edictum prętoris. Vnde versus.

Non cuicunq; datur vt postulet, imo vetatur. Ad dictus pene.seruus puer,actor arene. Luminibus cassus mulier, muliebria passus. Caueant autem aduocati postulantes ne causas desperatas assumat,& si forte a principio assumpserint ignoranter, cum de vitio cause patuerit,cessent,& salaria iã recepta restituant C.de iud.l.rem non nouam.Et not.quòd quatuor sunt obseruã da aduocatis. Primo vt cause qualitatem examinent,& iuste si voluerint assumant, iniustam vero repudient. Secundo vt modestiam,veritatem & legalitatem seruent in aduocando,Tertio vt salarium conueniens petant. Quarto vt nec a principio conueueniant de certa parte litis,vel cũ graui damno litigatoris nec post ceptam litem ullum pactum ineant cum eo quam in propria fide receperunt secũdum Gof. in sum.

Posthumus dicitur octo modis.quinque ponuntur in gloss. rubrice. C.de posthu.here.insti.Sexto dicitur posthumus q̃ post testamentũ conditum arrogatus est vel qui legitimatus secundum Alexan.& Iason.in rubr.ff.de libe.& posthu. Septimo quando testator condito testamento ingreditur monasterium,quia si prætermiserit monasterium, rumpitur eius testamentum auth.si qua mulier.vbi Cyn. & alii de sacrosan.ecc.Ioan. And. & Panor.in cap.in pręsentia. extra de proba. Octauo dicitur posthumus qui exacto ventre natus seu deductus est, vt dicit Sozi. in consil.297. colum. 6. per.l. quod dicitur.ff.de libe.& posth. tamen secundum omnes doct.dic. q̃ posthumus proprie dicitur qui post mortem patris vel aui nascitur.in rub.de libe.& posth.

Pote-

Poteſtas quinque modis accipitur. ff.de verbor. ſignifica.l.poteſtas. Item poteſtas quandoq; capitur in fœminino genere vt ca.fi.de in di.& ſic capitur ſubſtantiue in abſtracto, & additur ei adiectiuum vt ibi florentina poteſtas. Quandoq; in maſculino genere,vt in c. tua de homi.& ſumitur concretiue ſignificans officialem ciuitatis habentem iuriſditionem vel poteſtatem primo non dictam, & ſic iterum aditur ſibi nomen poſſeſſiuum dicendo noſter vel veſter poteſtas. De patria poteſtate,vide ſupra in verbo.patria.

Potorium dicitur vas quo aqua retinetur ad potandum, non vas quo aqua datur ad lauandum. Bar. in.l.argento.§.fi.ff. de auro argen.leg.

DE PANTER.

Pragma græce dicitur latine cauſa. vnde pragmata negocia dicuntur inde pragmaticus ideſt cauſidicus vel actor negociorum cauſarum, ſecunduui Iſid. lib. 5. & 10. q.2. hoc ius porrectum. in fin.

Pragmatica ſanctio dicitur cauſa in conſiſtorio principis ventilata coram proceribus ſacri palatii. & eſt conſtitutio quam imperator conſilio pro certum ſtatuit ſeu ſanxit. Quandoque etiam dicitur confirmatio in ſcriptura facta ab imperatore cum cauſe cognitione ſuper cõtractu permutationis. vt c.j.de re.permu.in glo. & pragmaticum ſacrum eſt principis reſcriptum.vt in c.fundamenta, de elect.lib.6.

Pragmaticarij ſunt qui ſcribunt pragmaticas ſanctiones. & alio modo dicũtur ſcriniarii,vel magiſtri ſcriniorum,vel ſcriniorium memorales,eo quod ademptam ſcripture ſanctionem in ſcrinio,poſitam cuſtodiebant ad memoriam.

Præ exponitur.i.ante.l.ſi fideiuſſor ff.qui ſatiſ.cog.quicũnq; & l.mancip. c.de ſer.fugi.& ca.2.de offic. leg.lib.6.

Prebenda eſt ius percipiendi prouentus in eccleſia collegiata exactione proueniens competens alicui tanquã vni de collegio, quod ius ex canonica deſcẽdit,non.n.debet eſſe canonicus ſine præbenda, vt in c.relatum.eo.ti.& ꝓcedit ex inſtitu. & officio quia ex hoc quod facit quis officium debet percipere præbendam & beneficium. Sed canonica quære ſupra in litera.C. vt in c.cum.M.Ferrarienſis de cõſtit.in gl.6.Item prębenda quandoq; capitur large pro iure quod alicui non tanquam de collegio, ſed ratione miniſterii, officij paupertatis vel vtilitatis cõceditur, vtendo & fruendo in vita ſua certis rebus eccleſie,vt de redditibus quos canonici recipiunt vel alij. De tali habetur in c.qui a nonnullis,de magi.16.quæſt.j. poſſeſſiones &. §. illud. Et laici maxime nobiles habent tales præbendas ſecundum Compo.in. ca. cum *M.* Ferra.præall.

Precarium ſcdm Azo.eo.ti.in ſum. eſt in quod præcibus vtendum cõceditur petenti tãdiu quãdiu patitur qui conceſſit. Secundũ Goff. in ſum. eo.tit.eſt pignus obligatũ creditori & a creditore ipſi debitori conceſſum vtendum quandiu patitur & permittit qui conceſſit vt eſt tex. in l.j.de præca.ff.vbi dicit. Vlpianus quod hoc genus liberalitatis ex iure gentium deſcẽdit, & ſubdit ibidem. Differt autem pręcarium donatione, quia qui donat,ſi dat vt non recipiat illud quod dat, ſed qui præcarium concedit,ſic concedit, vt recipiat

quan-

quandoq; placebit. Vel præclariũ eſt contractus inter dominum & colonum. & eſt contractus gratuitus,& ſimilis commodato intratũ vt quidam dicant hos contractus non differre niſi verbis qui tamẽ etiam differunt in re. Nam licet in multis conueniant præcarium & commodatum, differt tamen præcarium a commodato,nam cõmodatum fit ad certum vſum,nec poteſt reuocari niſi vſu expleto. præcarium vero quandoq; placuerit poteſt reuocari. Item præcarium quandoque dicitur contractus de quinquennio in quinquennium reuocandus. Et ſi quiuquennio elapſo ſub taciturnitate prætereatur,tunc reuocari intelligitur cõtractus. Dicitur autẽ præcarium ideo quia eſt contractuss ad præces factus.

Præcaria verba ſunt hęc rogo,volo, mando,fido,committo, iubeo autem præceptiuum eſt. C.communia delegat.l.2. in princip. Mando quandoque eſt verbum præcarium. arg.2.queſtio.2. mandaſtis, vbi epiſcopus mandat pape. Quãdoque tamen mandato ponitur paæceptiue, ſicut etiam rogo, vt 11.q.3.rogo. Quandoque mandatiue.vt. ff. de neg. geſt.l. ſi ſerui mei rogatu.i.mandato ſuſceperis. Item quandoq; deprecatiue,& ſic vt frequentius ponitur.

Præcaria dicitur donatio ad preces facta vſque ad mortem recipientis 12. q.2.ſepe 16.quæſtio.3. clerici. Et eſt contractus ille affinis emphyteoſi. Item præcarie dicuntur quædam præſtationes ſeu conceſſiones vſus fructus ad preces facte in recompenſationem eius proprietatis quæ datur eccleſie, cuius forma habetur 10. quæſt. 2. præcarie.

Præceptum. Require ſupra Mandatũ.

Præco eſt qui apud acta aut in ciuitate publice proclamat vel pronunciat aliquid faciendum dimittendum ve,per quæ plerunque fiebat edictorum narrationi,ideſt recitatio,& publica in ius vocatio, & citatio alicuius matrimonii vel rei vendende nunciatio & ſubaſtatio.

Præciſe ſecundum Cardinalem in reſcriptis tantum valet ſicut abſolute & ſine commune cognitione, vt de here.c.contra chriſtianos.li. 6.dicit Car.Si ponitur in ſtatuto, operatur vt ipſum non tollatur per ſequens ſtatutum in caſu in quo ſublatum fuiſſet ſi non apponeretur. Et dat ſimile de iuramento appoſito,in.l.ſi quis in prin. ff. de leg.3.Bald.autem dicit ꝙ non valeat præciſe,ideſt ſine cauſe cognitione,quia ſic text.eſſet. ſuper fluctus in c.2.de reſcri. vbi ponitur expreſſe præciſe, & etiam ſine cauſe cognitione.Saluando tamẽ primum dictũ dicitur ꝙ ille tex. ponitur declaratiue vel expoſitiue,& pro ideſt,quod dictum magis placet doctoribus.

Præcipitium fit ſine modo.& cum periculo de ſepul.ex parte. & ſecundum Ioan.An. in cle. paſtoralis. de re iudi.

Præda eſt quod in bello capitur l. antep.ff.de capti. & poſtlimi. reuer.vide Ray.in ſum.de rap.rubr. de prædonibus.

Prædita ſtipendiaria ſunt quæ in militibus pro ſtipẽdijs dantur, vt.ff. de rei ven.item ſi verberatũ .§. 2.

Prædia tributaria ſunt tributa quæ Rome reddebantur.

Prędium dicitur fundus vel ager. Require ſupra Ager.

Prædium vrbanum & prędium ruſticum require ibidem & etiam Act. finium regundorum.

Prædium dotabile est quando ista duo concurrunt.s.quando matrimonium contractum, est & traditio prædij interuenit, secundum Azo.C.de fun.do. idest sum.

Prædium tamia cum secundum Ioa. & Accur.C.e.ti.in ru.fuit prædiū in quo fuerūt cellule.vnde tamia cus.i.cellarius,alias cellularius nā rami.grece cellarium dicitur latine.Vel aliter erant prędia empta vt canonem redderent inter cellulas.secundum Azo.ibid.lib. 11. & eorum colo.dicuntur tamiaci vel dominici coloni,quia dicta prædicta erant imperatoris.

Præfectus augustus vel augustalis dicitur p̄fectus egypti. vt.ff.de offi. præfect.augusta.l.vnica C. eod.ti. quia imperator. nam imperator maximus Augustus in Egypto. primo præfecti potestatem introduxit.

Præfectus prætorio ab initio magister equitum creatus est, cum dictatores sibi antiquitus magistros militum eligerent, qui principali solicitudini associatissimā post dictatores gerent potestatem. Hoc exemplo prncipes ad quos gubernaculum reip.peruenit postea elegerunt prefectos prætorio, quibus publice discipline emendatio concessa est. quorum auctoritas ita est ampliata & adeo approbata,vt nec ab eorum sententijs appellari nec in integrum restitutio facile posset postulari.Et erāt quatuor.s.prefectus pretorio orientis prefectus prætorio aphrice, cuius sedes est in chartagine, prefectus prætorio illyrici, & prefectus vrbis.ff. de offic. præfecti præto.l.j. & ibi not.

Præfectus vigilium idem est quod præfectus nocturnus.Horum autē offi.erat de nocte facere excubias præerātque incendijs arcedis, qui etiam cauebant,inquirebāt, & puniebant incēdiarios, fures grassatores,effractores, nisi delinquens esset tā famosa persona vt ad præfectum vrbis deberet mitti puniendā.Poterant etiam iudicare de capsarijs in balneis vestimenta custodienda suscipiunt, si aliquid dolo fecerant.vt ff.de offic.pręfe.vigil. l.2.§.cognoscit.

Præfectus annone dicebatur qui de annona id est de blado curam habebat.Reqre supra Edilis creatis.

Præfectus vrbis dicebatur cui ab imperatore concessa erat vrbis administratio,qui cæteris magistratib⁹ ex quacunque causa ab vrbe proficiscentibus & recedentibus, in vrbe relictis ius dicebat.& omnes dignitates in ciuitate antecedebat sua dignitate, qui cum ab vrbe progrediebatur, non habuit iurisditionem, quam præbere tamen potuit in ciuitate. Sed secundum Azo.C.eod.tit.etiam extra vrbem intra centesimum nulla re habebat iurisditionem. vide de offic. præfect.vt per totum.

Præiudicium est quasi quædam prælatio vel præpositio siue prælocatiovnius rei respectu alterius,nam aliquid præiudicare alteri est illud illi præferti. Tamen hoc verbum præiudicare alterius modi constructionem, & ampliorem significationem habet quàm hoc verbum præferri. Dicitur enim personaliter ex propria confessione in iudicio mihi præiudicabit,id est confitendo mihi ipsi in iudicio præiudicium feci. Hoc enim præiudicium non significat commodum meum esse factum sed incommodum, vt sic iudex non sequatur veritatem, sed meam confessionem. Ita dicitur res iudicata ve-

ritati facere præiudiciuu non vt veritas rei iudicate præiudicer.i. præponatur, sed res iudicata veritati preiudicet. igitur. præiudicari est alicui aliquid, præponi,& sic dicimus rem iudicatam veritati facere præiudicium.i.quod preiudicandum est,dato quòd non sit verum,nam dato quòd ita non sit sicut iudicatum est,tamen præponitur veritati.

Præiudiciales actiones pro tanto dici possunt, quòd in ipsis tractatur de magno piudicio, vel quia questioni mote præiudicant v.g.agis cõtra me,& aliquid petis,oppono tibi quęstionem status,dicendo.q tu es filius meus vel seruus meus in potestate mea cõstitutus aut libertus& sic de consimilibus.

Præpositus potest dici quilibet qui alijs preest. Vsus tamẽ obtinuit vt prępositus dicatur qui quandam prioratus curam super alios gerit extra de verbo. signi.c. quamuis.

Præpositi labarum, alias laborum, & secundũ aliquos labiorũ, a labijs, dicuntur quia forte corrigebant eos qui male de principe loquebãtur. Dicuntur autem præpositi labarum pro labarorum, sicut dicitur deum pro deorum, a labaro signo bellico quod fecit fieri Constantinus ex auro & lapidibus prętiosis, inter alia signa bellica excellẽtius,& deriuatur a labor. Qui ergo tabulis faciendis præponebantur, dicebantur præpesiti. vt supra.

Prępositi sacrorum scriniorum erant illi qui præerant scrinijs imperialibus,qui alias dicebantur ꝓximi, eo quòd magis principi approximabant quã alij. ¶Tria autem erãt scrinia siue camere,de quibus tractatur.C.eo.ti.li.12. Primum scriniuum erat camera epistolarũ quæ principi mittebãtur,vel ab eo mittebant. Secundũ fuit libellorũ cõuẽtualiũ vel couẽtionaliũ & cognitionũ vel cõuẽtionũ. Tertiũ erat dispositionũ,vt ẽ regiſtrũ,secũ dũ Acc.in rub.eo.ti.& lib.præal.

Præpositio in compositione augęt,extra de pręben.c.si pauper clericus li.6. An præpositiones faciant conditionem,dic quòd si regunt accusatiuum & adiiciuntur dispositioni de futuro,faciunt conditionem ff.de conditio.& demonstra.l.cum vir. idem si regunt ablatiuum. ff. de ma.testa.l.si fuerit, Idem si regunt vtrunque casu quando dies lega.cedit.l.nec semel.§. si in habitatione.& de condi.& demon.l. solemus.

Prærogatiua .i. aliquod priuilegium de quo infra dicetur.

Præcentores dicuntur cantores qui in choro incipiunt in ecclesia collegiata.i.cum olim.de conf.Et dicuntur duo genera cąusatorum in arte musica i.præcentor. qui vocẽ in cantando promittit, & succentor qui subsequenter canendo respondet & additur concentor, qui consonat prædictis. vt 21. dis. cleros.versus finem.

Præses est nomẽ generale ad omnes proconsules & legatos cesaris & omnium prouinciarum rectores siue moderatores vt.ff.de off.pręsid.l.j.Et est præses clarissimus.vt ff.de præuari.l.j.

Prędes non potest cõcedere edificari in publico ad priuatam vtilitatẽ, ad publicam sic Bart.in l.si finite. §.deinde in fin.ff. de dam.infect.

Præses prouincie dicitur qui in prouincijs post principem summam gerebat potestatẽ. Nam regna redacta erant in prouincijs,quarum rectores dicebantur prędes, & sunt clarissimi,vt balliui,& sic pro

prie

prie capitur siue stricte, sed generaliter sumitur. vt supra.

Presens dicuntur qui in eadem sunt prouincia l.fi. C. de præscrip. 30. annorum.

Præsentes dici possunt existentes in diuersis locis, dummodo se exaudiant. Barto. in l.j. in princip. ff. de verbo. oblig.

Præsertim ponitur aliquando in iure pro maxime. vt capit. ex literis 2. de ha. mi. Aliquando pro tantum. vt ibidem in glos.

Prælati nomine intelligitur ecclesia & ministerium prælati & ecclesia est in episcopo, & non econuerso nō tamen nomine prælati semper intelligitur ecclesia, vt in c. edoceri de rescrip. in glo.

Propere proprie. i. nimis cito.

Presbyter græce interpretatur senior latine, & est nomen dignitatis, nō ætatis tantum, licet alibi dicatur nomen ætatis 93. distin. legimus. Nam propter honorem & dignitatem quam accepit, presbyter nominatur. & dicitur quasi præbens inter. & non (vt quidam interpretantur) quasi prę calicis bibēs ter. de hoc 21. distin. cleros. post medium.

Præscriptio secundum Gof. C. e. ti. est quoddam ius ex tempore substantiam capiens. i. firmitatem, habet locum in rebus immobilibus. Et hæc diffinitio impugnat ab alijs, nam ex prescriptione non competit ius, sed exceptio. Vnde sic diffinitur. præscriptio est exceptio rei ex tempore substantiam capiens. quæ diffinitio etiam ab aliis impugnatur, quia præscriptio non capit substantiam ex tempore, sed ex authoritate legū. Ideo præscriptio ab alijs sic diffinitur. Est exceptio ex tempore congruēs. ab authoritate legum vim capiēs negligentibus pœnam infligens, & finē litibus imponens, quę omnino magis videtur completa. Inducit autem prescriptionem bona fides, iustus titulus cōtinua possessio, & sine rei vitio. s. qñ res est prescriptibilis. secūdum Gof. Et no. bonam gl. vlti. in c. illud de præscrip. vbi habes quod modis fiat interuptio præscriptionis naturaliter & ciuiliter. vnde habemus dormitionem perpetuationem, & interruptionē præscriptionis. Et requiruntur sex ad præscriptionē, si valere debet, s. titulus, possessio, bona fides rex prescribenda persona præscribēs, & persona contra quam præscribitur, inter quem possessio & bona fides sunt maxime substantialia. vt no. in c. illud præal. Et sunt 30. casus in quibus non currit prescriptio, quos habes in gl. fi. c. cum liceat, de prescrip. vide etiam gl. summe. 26. q. 3. de usuca. & præscrip. Itē præscriptio est lōgi temporis cōtinuata possessio, inter p̄sentes 10. annorum inter absentes 20. annorum. Alia est præscriptio longissimi tēporis. scilicet 30. vel 40. annorum. & illa dicitur longissimi temporis. Vnde cum aliquis rem aliquā tāto tempore possederit, ipsam possessionis diuturnitate & temporis continuatione præscribit, & actorē remanēt, siue per vim, siue aliter sine titulo nactus est possessionē, vel alio quocūque iniusto principio. Sed diceres ex hoc videtur q̄ decime laicis præscribantur diuturnitatem possessionis, & cōtinuatione tēporis. Respōdeo notādo q̄ seruitutes & alia iura incorporalia bene præscribuntur spatio 40. annorū, dum tñ talia sint quæ ius commune nō vetat possidere, alias quæ possideri non possunt de iure, non prescribuntur.

buntur,ſicut decime per laicos,vt c.prohibemus,de deci. ex quo col ligitur argu.contra laicos volentes ſe tueri præſcriptione temporis, vt poſſint decimas poſſidere, vide c.præuenit.de cenſi. vbi glo. eccleſia contra eccleſiam gaudet præſcriptione 30.annorum.ſi ſine interruptione poſſideat monaſterium gaudet præſcriptione 40.annorũ,nec minor exceptio religioſis domibus opponi poteſt cum effectu, & Romana eccleſia centum annorum gaudet præſcriptione.Item præſcriptio.30.annorum ſecundum antiqua iura,ſed modo 40.annorum,tollit omnem actionem & omne ius c.auditis. de præſcri.ſed non currit tempore ſchiſmaticis,eo.ti.cum nobis.nec ſede vacante c.de quarta & ca.deci.& c.aũt eo.ti.nec etiam tempore hoſtilitatis ca.ex.tranſmiſſa eo.titu. etiam nec currit contra viſitationem epiſcoporum & procurationem debitam c.cum ex officijs & c.cum accedens.eo.ti.& eſt introductum propter deſidiã ius ſuum negligentium Et qui poſſint prę-ſcribere,& qui non, & etiam quę res non poſſint prę̨ſcribi,no.in c. cum non liceat eo.tit.

Præſcriptis verbis dicitur contractus innominatus, & fallit quando eſt factum ineſtimabile, vt manumiſſio quia ineſtimabilis eſt, & tunc datur actio de dolo,vt in l.dedi tibi ff.de cond.ob cau.da. & l.naturalis.§.quod ſi facio.ff.de præſcr. ne inde naſcitur ciuilis actio quæ prę̨ſcriptis verbis dicitur de qua ſupra actio præſcriptis.

Præſtigium eſt quod præſtringit aciẽ oculorum id eſt abumbratio quædam,videlicet cum videtur alicui ſe aliud videre quam videt vt in incantationibus. Et hoc patet vt legitur inuitis patrum de quoddã coniugato nolente, accedere ad propriam vxorem,quia videbatur ſibi equa,quouſque per quendam virum beatum tale prę̨ſtigiũ fuit ſublatum.Dicebantur ergo præſtigia captiones verborum quibus obumbrantur delicta, & ideo dicebantur prę̨ſtigia uerſuti iuris, vt ſupra ius verſutum. Hæc Azo.C. ad l.Iuliam de adult.& de hoc 16. q.5.nec mirum. poſt primam columnam. vbi dicitur magorum præſtigijs,quæ non ſunt vera, ſed fantaſtica eſſe probantur, & præſtigium dicitur inueniſſe mercurius,vt idem tex.

Præſumptio ſecundum Spe.eo.tit.eſt argumentum ad credendum virũ factum,ſurgens ex probatione alterius,vt ex coexiſtentia vel complacentia perſonarum ſuſpectarũ præſumitur coitus c.literis.eo.ti. vbi ſolus cum ſola,nudus cum nuda in eodem lecto,ex preſumptione violenta comprobantur copulari carnaliter.Sed ſecundum Go. diffinitur ſic,eſt alicuius facti dubij aliquoties plena,aliquoties ſemiplena inueſtigatio ſeu probatio.Item præſumptio eſt quoddã medium intellectuale veritatis eliciende,ex circunſtantijs.exemplũ pone in c.ſtudijs.e.t.illa tamẽ probatio nõ infert de neceſſario,quia aliter põt ſe res habere,niſi ſit prę̨ſumtio iuris.& de iure. Vnde ſunt tres ſpecies prę̨ſumptionis. Vna eſt temeraria quæ conſurgit malis hominibus, & ex cauſis pluribus alias puerilibus, & ſuſpitionibus leuibus,& hæc repellitur & reprobabilis eſt ut 2.q.j.c.j.oues.de ſenten.excom.inquiſitioni. Alia eſt probabilis.ſiue veriſimilis,quę cõ ſurgit ex multis cauſis & ſuſpitionibus,& hæc admittitur ad proba-

tionem

tionem ſemiplenam, vt de præſumpti. in multis capitulis. & i c. ſolicite. de reſt. ſpol. Vnde coadiuuat ad probationem ſi ſint alia coadminicula c. a nobis, qui mat. ac poſ. vbi gloſ. admittitur etiam ad purgationem inducenda capi. ſi quis. de purga. c. ij. q. 4. præsbyter. Tertia eſt violenta, quæ ad pronuntiandum vel condemnandum ſufficiẽs deputatur 22. q. 1. dixit dominus ff. de his qui ſui, vel alieni iur. ſunt l. filium, & c. literis, de præſump. Diffinitiones præſumptionum vide plene in ca. is qui de ſponſa. in gloſ. 2. vbi de quintuplici præſumptione. Et vide no. per Io. theuto. l. diſt. c. ferrũ, vbi de diuerſis præſumptionibus. Nam præſumptio uiolenta ſubdiuiditur, qui alia iuris, alia iuris, & de iure. iuris eſt cũ ius præſumit aliquid, ſed non ſtatuit ſuper præſumpto, & illa recipit contrariam probationem. 35. q. 3. extraordinaria. 27. q. j. nec aliqua. Iuris & de iure eſt cum ius fingit & ſtatuit de ficto, contra quam fictionem non admittitur contraria probatio. c. ad id & c. is qui de ſponſ. & de condi. appo. ca. per duas. vbi vide concor. multas. & qualiter ius fingit. vide Goff. in ſum. eo. ti. Nã differũt præſumptio & fictio iuris de quo ſupra fictio. Et vna præſumptio tollit aliam c. cũ inter. R. de elec. vide gloſ. optimã in l. non eſt verifimile ff. quod me. cau. Et no. doc. regulam quod præſumptio communis transfert in alium onus probandi l. generaliter. §. ſi petitum. verſi. ſed cum ex præſumptione ff. de fideicom. lib. Item preſumptio ex neceſſitudine ſanguinis vincit oẽs alias præſumptiones, vt eſt gl. in c. fi. de teſ. vt ſi lego Ludouico, & ſunt duo eiuſdẽ nominis proprij & cognominis, præſumitur pro illo qui mihi neceſſitudine coniungitur. Et quia præſumptio ſurgit ex qualitatibus ſciendũ quòd quædã ſunt qualitates intrinſece & naturaliter homini inherentes. Et harum quædam adherent anime, & quædam corpori exemplum de primis vt bonitas, malitia, & in dubio præſumitur ad bonam partem, quia naturaliter naſcitur ſine malitia cap. ad menſam 6. q. 4. & talis præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium. & ſic intelligitur c. vnicum deſcruti. niſi ſemel eſſet conuictus de malitia. talis. n. ſemper malus præſumitur 2. q. 5. per totum. & c. ſemel. de reg. iur. libr. 9. vel ſi eſſet infatus. ſic enim ad eum transfertur onus probandi. De ſecundis, vt ſanitas, infirmitas & iterum in dubio preſumitur in melius & negans probabit, vt. l. nec codicillos C. de cod. niſi quis fuiſſet infirmus infirmitate aliqua de ſui natura perpetua, vel epilepſia vel apoplexia c. cum inter. de ele. vbi dubitaretur de perpetuitate infirmitatis ut in furioſo, id qui allegat cõtrarium, debet probare 3. q. 9. indicat. Similiter ſi negetur quis legittimus, probet negans c. tranſmiſſa. qui fil. ſint legi. Secundo alique ſunt qualitates extrinſece & accidẽtales, vt eſſe diuitẽ iuriſc. muſicum, medicũ choraulem &c. quæ nõ naturaliter adueniũt nã natura nõ facit artẽ, ſed bene p̃parat, ſm Bal. Et in his onus probandi incũbit cuicunq; alleganti ad fundãdã intentionẽ ſuã, ſiue affirmatiue ſiue negatiue alleget maxime cum pars aduerſa fundauit intentionẽ ſuã, non tamen ſemper ſuccũbit non potens probare, ſic quod alter p̃p̃ iſtius probationẽ non admittatur ad intentũ ſuũ

nam iudex ex officio potest illum refutare si sibi constituerit eum indignum & hoc in causa in qua vltra allegationes partium, iudex potest impartiri officium suum secus vbi hoc nō posset nisi petitus.

Præter quandoque capitur exclusiue quandoque inclusiue. vide c.literas in fi. de præsum. etiã vide. Inn. in ca. dudum ij. de elec. & in cle. j. de sum. tri. & fide catho. per glos. & Archi. in cap. ebrō. 13. q. j. Item Bar. in l. j. in fi. de pig. actio. & per alios in l. actione C. de transa. & in regula peccatum. de reg. iu. li. vj. Stat. enim inclusiue & augmentatiue quando cadit inter res penitus separatas, vt dicendo. Lego tibi omnes vineas meas præter domum. Sed stat exclusiue quando cadit interdictiones significantes res sub se inuicem contentas vt lego tibi omnes libros meos prẽter salicetos ambos. Richar. & Bar. vide de hoc Albe. in alphabeto suo & no. in. l. medic. §. vxori. ff. de au. & ar. leg. Item capitur exclusiue. Lego omnes seruos meos præter sempronium. Ratio, quia sempronius eximitur de oratione prẽcedenti vt ibi non includatur l. nam que. §. fi. ff. de pe. lega. & sunt ratio ex hoc q̃a est uolũtas proferentis declarata eo q̃ alias hæc verba præter semproniũ nihil operarẽtur. Sed ibi sumitur inclusiue. Lego omnes libros meos tali prẽter scyphum argenteum quem apud eũ depositi. Ratio quia hæc voluntas proferentis, & verba præter scyphum &c. aliter nihil operarẽtur, nisi exclusiue exponerentur. Item ponitur quandoque coniunctiue, non exclusiue, vt ibi, de his seruis qui sunt in patrimonio meo, præter decem quos legauit titio, lego decem seio, quia sensus est, & decẽ legaui titio, & sic per legatum factũ seio nō reuoco factũ titio & sic intellige hic coniunctiue. i. continuatiue sicut fit continuatio p̃ dictionẽ, & qñ continuat orationes. Nã in prædictis legatis titius & seius non sunt coniuncti coniunctione quæ facit vnũ corpus. de qua in l. re cõiuncti. ff. de leg. ij. & iõ si in patrimonio essent tm̃ 15. serui, titius haberet x. & seius tãtũ quinque l. si ita legatũ. ff. de leg. j. Et ẽ rõ, quia significat sic ipsa volũtas proferentis declarata ex coniectura q̃ testator non uult reuocare, nisi expressius appareret. Si. n. hoc casu poneretur inclusiue, tunc seius haberet decem legata titio & cum hoc alia sibi legata. s. seruos in patrimonio existentes, & p̃ hoc esset reuocatum legatũ titij, quod nomen dicẽdũ. Itẽ ibi cũ papa det dispẽso tecũ vt alia bñficia præter obtenta possis obtineri, ponitur ẽt continuatiue siue coniunctiue. Nã sensus est talia obtineas cũ obtentis & super istis de nouo obtentis dispenso ita q̃ obtenta non includuntur in dispensatione, vt in c. dudũ. de ele. quia hoc nõ videtur de vuluntate proferentis, nisi expressis declaretur, eo q̃ dispensatio in casibus odiosis semper restringitur. Itẽ exclusiue non exceptiue ponit̃ pro fine, vt vbi præter spẽ. i. fine spẽ, & sic dicitur dilatio dãda est illi qui præter spẽ trahit̃ ad alienum iudicẽ l. si quando C. de dilatio. ibi enim nõ ponitur exceptiue nec inclusiue quia oratio illa nõ patitur, & sic tãtũ ponitur exclusiue, & sic de alijs.

Prẽterire est testamẽtorem omittere aliquem quæ suus hæres est, eo nõ instituto, siue eo exheredato, vt habuisti supra de he.

Prẽteritio dicitur talis omissio vel exhe-

exheredatio ſm Azo.in ſum.C.de prẽte. vel exhere.inſti..de here. q̃ ab inteſt.defe.§.eadem vt ſupra.

Præt xta eſt genus veſtis quæ nobiliores ciues romani vti ſolebant §.iniuria.inſt.de iniur.& vide.l.3. §.fi.& ibi gloſſ.ff.de lib.exhiben.

Prætor eſt qui in vrbe romana iudicio ſenatus ad diſceptandum dubios actus & cauſas ordinabatur. Et erat eius officium anniũ quia ſolo anno durabat. Et antequam populo romano ad principem trã slata fuiſſe poteſtas,vel antequam Romana poteſtas ſub imperatore veniret habuit poteſtatem plenã faciendi ius & ſtatuta & edicta, cu ius edicta iuris honorarij nomine cẽſentur, quia qui honores gerũt i.magiſtratus, authoritatem huic iuri dederunt,vt C.de off. præto. l.j.& inſtitu.de iur.nat. & ciui.§. prætorum quoque edicta & no.in l.certum C.vnde legi. quòd prẽtor viuus potius debet ſequi prẽtorem mortuum quã ius ciuile.

Prætor fideicommiſſarius dicebatur ille qui de fideicommiſſis relictis cognoſcebat & ius dicebat & reddebat,dicens ius dabo.ff.de orig. iur.l.neceſſarium.

ætor peregrinus dicebatur ille qui Printer peregrinos qui in ciuitate affluebant vel confluebant reddebat.

ætor vrbanus dicebatur qui cum Prconſules ad bella finitima vocarentur,ius neceſſarium in ciuitate reddebat. ff.de orig . iuris.l.ij. prẽalleg.

Prætorium eſt locus in quoius ex more redditur etiã dicitur in quo quis prætacturam exercet cũ ſuis officialibus.& cauſam tractare ſolet. Itẽ eſt domus præſidi prouincie aſſignata , & locus deputatus iudicibus ad cognoſcendum & deputandum vel ad ſententiandum de cauſis.

Prætorium pignus dicitur illud quod alicui datur a iudice.

Priuignus dicitur qui ex marito mulieris natus eſt antequam fuiſſet maritus eius,& econtra.

Priuigna dicitur proprie quę ex vxore viri nata fuit anteq̃ eſſet vxor ſua , eſt ergo filia vxoris ab alio viro priori genita,& priuignus alius taliter genitus,quorum pater vitricus eius appellatur .

Prævaricatores ſunt qui vera crimina fraudolenter occcultant , dicitur autem prævaricator quaſi varicator , a varica ceruice quia ad uerſam partem adiuuant prodita ſua cã propria dũ huic inſtat corpore ex una parte, & illi mẽte & corde ex altera parte,vt ff.de prẽuarica. per totum.

Primates proprie loquendo ſunt patriarche.diſt.99.c.j.&2.Etiã ponitur primas pro archiepiſcopo c. ſane de fo.compe.Nã non eſt differentia inter primatẽ & archiepiſcopum quantum ad effectũ, vt in c.duo.de offic.ordi. nam ius canonicum non curat de nominibus c. petitio.de procur. diſt.21. cleros. & c.præced. vbi eſt diuiſio nominum cum dicitur archiprimates, ſiue primates,ſiue patriarche.

Primates officium ſunt qui officijs prẽſunt.

Primicerius dicit̃ ille qui primo loco ſcriptus ẽ in matricula notariorũ & primũ locum obtinet ſm leges vt C.de primice.li.12.in rub. Sed ſm canones eſt nomẽ dignitatis q̃ ſubſtet archidia. vt no.c.vnico.de offi.primice. Dicit̃.n.primus in cã tu vel choro, qui in aliquibus,eccleſiis dicitur canor ſiue ſuccẽtor.

Primi pilarij dicuntur primi adminiſtrantes qui .ſ. primo actionem

sui officij administrauit. Vel secundum Hugo. qui primum pilum, id est telum vel Hastam portant & vtroque, non accipitur, secundum Accur. C. eo. tit. in rub. lib. 12.

Primogenitum vocat scriptura non quem fratres sequuntur, sed qui primo natus fuit. de verb. signifi. cap. Ioseph.

Primitie sunt prime partes fructuũ deo offerende. Hinc est quod sacerdos primam missam cantans dicitur celebrare primitias.

Princeps quis dicatur. habetur Es. 11. ibi. Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Interdum dicitur Angelus. Iosue. 9. Ego sum princeps exercitus &c. Interdum papa. de conseq. distin. j. corpora. Interdum episcopus. de maior. & obe. si quis. vel alius iudex ecclesiasticus. 27. q. 4. diffiniuit. in fin. Item dicitur imperator. de re iud. ad apostolice. in prin. lib. 6. Et appellatione principis intelligitur rex cle. vnica de baptismo. vbi bona glo. & in vsibus feu secundum Bal. Item princeps dicitur diabolus, vt Luc. 11. c. in principe demoniorum eiicit demonia simile. 23. q. 8. §. ecce. versic. sed notandum ibi, venit princeps Ioan. 14. Item dicitur quilibet secularis dominus. vt. 33. q. 5. princeps. Item dicitur principalis pars in quolibet iudicio, vt. ff. de foro comp. el. j. §. in hoc iudicio. Etiam princeps dicitur quilibet prælatus ecclesie, vt dist. 35. c. ecclesiæ principes. & c. corpora præallega.

Principium cuiusq; rei potissima est pars. l. j. ff. de ord. iur. & vide Bar. in l. 2. ff. de furt.

Principium spectatur quando finis habet necessariam consequẽtiam ad principium. Bar. in l. vnica. in fin. C. si in commu. eademque causa.

Principium rei dicitur a parte superiori, inferior autem pars ad. quã descendit cursus aque dicitur finis. arg. l. j. in fi. ff. de aqua plu. ar. Bar. in. l. 3. in fi. ff. de fur.

Priuata persona est psona carẽs functiõe publica. vide supra persona.

Priuatum ius est illud quod principaliter ad singulorum vtilitatem pertinet, vt in pactis & cõuentionibus singulariorum personarum quod require supra. Ius pubicum.

Priuata delicta dicuntur quæ ciuiliter tractantur, vt si mihi furatus sis. 10. & ego vt rehabeam ago, non vt corporaliter puniaris. sed publica delicta sunt quorum prosecutio est permissa cuilibet de populo, quale est crimen lese maiestatis vel accusatio de suspecto tutore vel curatore, in quibus omnes accusare possunt.

Priuati dicuntur proprie qui non sunt constituti in aliqua dignitate. 24. q. j. qui contra. Item dicuntur omnes exempti a iure cõmuni, siue sit collegium, siue aliqua specialis persona. 7. q. j. petisti. & dist. 3. priuilegia.

Priuilegium est principis beneficium cõtra ius commune indultũ. Non enim est priuilegium nisi aliquid indulgeat speciale. ca. abbatem. de ver. sig. & c. in his. de priui. & dicitur quasi priuãs legem, vel est lex priuata. i. vnius ante alios honor vel dignitas aut immunitas (quæ sibi conuenit) eorum quæ & aliis incumbunt, vel quæ de iure communi allegantur. Nam priuilegiũ secundum Isid. li. 6. inde dictũ est q̃ in priuato conceditur. de hoc dist. 3. priuilegia. Ius enim cõmune ad vnam personã directum, ad omnes extenditur. 41. dist. miramur. de re iud. in causis. Dicuntur ergo priuilegia priuatorum leges

id est

id est a iure communi exceptorũ, vt in.c.priuilegia.præal. Et not. q̃ priuilegium non tollitur per ius commune, nisi de ipso mẽtio fiat. de rescri.per ordinẽ. Nec tollitur vnũ per aliud, nisi in secundo fiat mentio de primo cap. veniens. de præscri. Et priuilegium est duplex personale,& reale. ca.mandata.de præsum. Personale extinguitur cũ persona,imo quandoq; ante perso nam extinguitur, vt cum eo male abutitur & sequitur personam, & hoc verũ de concessio indeterminate, quia cũ determinatione loci vel temporis cõcessum non sequitur personam extra locum, vt est priuilegium vsus pallij.ca.ex tuarum.de autho.& vsu pallij. Etiam extinctale extinguitur priuilegiũ reale.16.q.7. & hoc diximus in c. abbatem.in fi.de verb.sig. & gl.in regula priuilegiũ de reg.iu.lib.6. Item priuilegiũ perditur propter sex,vt in glo.vni.in c.renouantes. dist.22. & est duplex priuilegium, scilicet generale & speciale. Gene rale est quod cõmuni corpori vel collegio conceditnr, vt in c.cũ & plantare.eo.ti.vel vniuersitati.17. q.4.si quia suadente. Et quod con cessum est fratribus & eccleſiis circa contractus vel quasi & circa iudi. Item quod concessum est mu lieribus circa fideiuss. Speciale est quod persone conceditur, & illud extinguitur cum persona.7.q.j.pe tisti,& regula priuilegia &c. & po ne exemplum de priuilegio. v. g. princeps concedit deportato vel alij non valenti testari secundum ius commune Romanorum ciuile liberã testamenti factionem, hoc priuilegiũ significat q̃ possit testari seruãdo solennitatem quæ de iure ciuili requiritur in testamẽto vt.l.si quando.C.de inoffi.test. Et sumitur significatũ ex solennitate que multis vigiliis est excogitata, quare non est verisimile principẽ tam faciliter illã tollere velle. & ex priuilegio siue natura eius est quod priuet ius cõe, & sic verba debẽt recipi in suo significato stri ctori. Item ibi princeps valenti te stari concedit liberã testamẽti factionẽ intelligitur quod possit testari non seruata solennitate iuris communis ciuilis dum tamen con stet, sicut de milite dicitur quod significatũ sumitur vt priuilegiũ valeat & aliquid cõcedatur nisi.n. sic intelligeretur nullum esset pri uilegium. Item princeps cõcessit alicui edificare licere in loco publico, intelligitur sine alterius iniuria vel incommodo. vt l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub. Ratio quia omnes tuetur ab iniuriis, verisimiliter nõ vult aliũ ledere, nec princeps vult valere suum priuilegiũ quod est in alterius detrimẽtũ, vel quod tollit ius cõe,vt l.quoties.& l.rescripta. C. de prec.impe.offe.& hoc verũ nisi in priuilegio fieret reuocatio legis derogatiue.s.dicendo,non obstante.l. tali vel tali.vt l. si quis.in prin.ff.de leg.3.idem in quouis ca su quo euidenter apparet principem velle tolere legem derogantem priuilegio, quia voluntas sua est lex, nisi contrarietur legi euangelij, quia hanc tollere nõ potest.

Probatio secundum Azo,est rei dubie per argumenta ostẽsio.sed hæc dif finitio ſm Gof. locum solũ habet in his que probãtur per instantiã disputationis, non autẽ in iudicio vbi probatio fit p̃ testes & instrumẽta & plerũq; per iudicia,& præ sumptiões. Et dicitnr probatio ab aduerbio probe. Nã probe facit q̃ probat q̃ intẽdit,quia per hoc penas

nas nõ probantiũ euadit. Vel probatio eſt rei dubie in iudicio legitime facta declaratio quanuis hæc diffinitio moderetur cõtrariis. Et dicitur etiã probatio quaſi proba actio rõne qua ſupra. Et not. quòd probatio fit multipliciter. Primo per aſpectũ, vt in notorio qđ probatur per facti euidentiã. c. euidentiã. de accu. c. propoſuiſti. de prob. ff. de ven. inſpi. l. j. in princ. 16. q. 3. inter memoratos. Nec obſtat qđ oculus plerũq; fallitur ca. cauſam. eo. tit. 37. q. j. nec aliqua. quia frequentius non fallitur. de hoc vide Gof. de proba. in ſũm. §. inſinuata nobis. Etiã fit probatio per aſpectũ in atroci iniuria. ff. de iniu. l. 2. Itẽ in etate, vt l. minor. ff. de min. Secũdo fit per teſtes plures vel ẽt per vnũ cum aliis preſumptionib. vehemẽtib. Tertio per inſtrumẽta. Quarto per confeſſionẽ. Et hi quatuor modi ponũtur ĩ c. cũ ſedẽ. de reſti. ſpo. Quinto fit per ſcripturã antiquorũ librorũ. c. cum cauſam. eo. tit. Sexto per violentã præſumptionẽ. 32. q. j. dixit dñs, Septimo per famam cũ aliis præſumptionibus c. 3. loco. eo. tit. Nam vicini fama facit probationẽ c. vlt. de frig. & malefic. etiam per famam cum vno teſt. c. ſicut. de probat. & ſi iudex dubitat de fama quærat a vicinis. ff. de magiſt. conue. l. j. Poteſt autẽ fama probari per duos teſtes c. in literis. de teſti. & magis probat fama quam vnus teſtis, vt dicitur in c. ſuper. e. de cõſang. & affin. 4. q. 3. §. ſepe. Sed nunquid per famam & vnum teſtẽ debet quis cõdemnari de crimine. Bar. in glo. c. veniens. de teſti. dicit quod non. Ratio, quia in crimine debẽt eſſe probationes apertiſſime & meridiana luce clariores, ſecus in cauſa ciuili. C. de prob. l. vlt. Octauo per iuramentũ. Et nõ. ſoli ſacramentõ creditur quando de conſciẽtia alicuius queritur ſiue dubitatur. de ſentẽ. excom. ſi vero aliquis. Item probatio teſtibus & fide tabularũ conſtat c. forus. de verb. ſign. vide Gofr. eo. ti. §. ſpecies probationũ.

Probatoria vel probatorie officiorũ ſunt documenta ad probandũ aliquem eſſe priuilegiatum ad officium aliquod authoritate imperiali, vt poteſt colligi. C. de diuer. offi. l. probatorias. lib. 12.

Proconſul dicitur iudex ordinarius, & eſt a populo conſtitutus, non a principe delegatus nec ab alio, ſed ante imperatoriam maiaſtatem creatus, cuius officium erat in prouinciis dirigi, ſcilicet in regno tributariis, vt per eum prouinciales ſua negotia expedirent. Hic vero pluries non poteſt vti falcibus quam ſeries, nemo enim ſeptimo eſt creatus proconſul, & non niſi ſemel proconſulatus fungebatur inſigniis, & in prouincia ad eum pertinebat vt ad quoſdamq; magiſtratus reſpiceret. ff. de offic. proconſul. l. proconſules.

Procouſul legatus eſt cui proconſul prouinciam ingreſſus mandat iuriſditionem.

Procurator eſt qui aliena negotia mandato ſibi a domino facto gerenda. gratuite ſuſcipit plura vel vnum. ff. de negotiis geſtiis. l. tertia. §. negotium. & ff. vi bonorum rap. l. 2. §. quod ait. Et dicitur gratuite, quia ſi interuenit merces non eſt procurator, ſed locator operam. Dicitur mandato domini, ad excludendum tutorem, curatorem collegia & prælatos eccleſiarum qui procuratores cõſtituere non poſſunt, ſed ſyndicum vel actorem. Et quæ ſit differentia inter procuratorem & ſyndicum,

actorem

actorem & vice dominum notatur de syndj.c.j.de offi. ordi. cum vos. Et constituitur de mandato generali vel speciali.ff.eo. ti.l.j.& ff.man.l. si remunerandi.§.j. Vel sic.Procurator dicitur is qui in iudicio vel mandato,domini negotia administrat agendo vel defendendo.l.j.§.j.ff.eo.ti. inter quem & aduocatum hæc est differentia, quia procurator causam absentis tractat aduocatus vero causam præsentis,vterq; tamen postulare dicitur,vel secundum cano.Omnis administrator rite dicitur seu vocatur procurator,vt.j. q.3. saluator.Nam procurator est nomẽ generale ad quẽlibet administratorem,per sequentia quæ traduntur in constitutione restringitur ad id de quo agitur.Oportet.n.officinm procuratoris esse gratuitũ, quia siquid recipit facit cõtra bonos mores,& hoc intelligitur quã do paciscitur vt habeat certã partem eius de quo est quæstio,quod non licet,potest tamen licite recipere salarium pro labore suo.Et no.quod duplex est procurator.s. ad iudicia,& ad negocia,qui differunt in tribus, quia primo procurator ad iudicia non constituit ꝑ curatore alium nisi potest lit.con testa.cum iam est dominus litis, & ante lit.cont.alium procuratorem dare non potest nec tutorem nisi sit procurator in rem suam, qui ante & post lit.contes.constituere potest. Sed procurator ad negocia constituere potest libere alium procuratorem quemcunq; vlt.c.j.de procura.lib.6. Secunda differentia habetur in.c.qui generaliter in fi.de procura.lib.6. quia primus non datur nisi maior 25. an secunda vero post 17. annos. Tertia differentia habetur de re-

scr.tex. parte decani.Et not.optimam rationem prime differentie istorum procuratorum,quia negocium extra iudicium sumit originem a ministro, & postea transit in dominum l. quæcunque gerimus.ff.de act.& obl.sed in iudicio negocium originaliter est in domino, & postea transfunditur in procuratorẽ.l.si procurator meus ff.de neg.ges.Et dicit Lud. de ro. in sing.suo 115.ꝙ procurator cõstitutus ad agendum censetur etiã constitutus ad defendendum,vt.l. mutus.§.pœna.ff.de procu.Et hoc verum est in procuratore actoris. Secus in procuratore rei, quia licet sit constitutus ad defendendũ non tamen ad agendum. Et dicit idem quod de hoc est casus vnicus in c. constitutus. de procur. legistis pœnitus incognitus, & etiam nonnullis canonistis.& dicit esse mirabilem tex.bene mentitenendum.

Procuratorium & mandatum differũt sicut ẽt est differẽtia inter literas procuratoris & literas de rato de hoc vide de reli.do.c.cũ dilectus. in glo.i.de offic. dele.c. coram.Et nota procuratorium mandatum debet fieri legaliter,ad quod quatuor exiguntur.Primum ad dirigatur aduersario,cui etiam mandati reuocatio est insinuanda, vel saltem iudici cui fides est faciẽda. Secundum vt contineat nomina instituentis & instituti.Tertiũ nomen iudicis coram quo procurator debet experiri. Quartum causam in qua,dum corã iudice eodẽ plures causas habet instituens, ꝙ a notariis bene est notandum.

Procurator Cesaris est quæ ex mandato cesaris causas & negocia agit. Et quæcunque acta aut gesta sunt a procuratore cesaris, sic

acc

a ceſare comprobantur atque ſi ita a ceſare geſta eſſent. Et ſicut ad procuratorem ceſeris tantum rerum pertinet adminiſtratio, ita ad iuridicum Alexandrie iuris tantum & non rerum ſpectat ſolicitudo, vt.ff.de offi.procu.ceſa.l.j.

Prodigus eſt qui neq; tempus neque finam expenſarum aduertit neq; modum.ff. de cur.fu.l.j.ſed bona ſua dilapidando & diſſipando profundit cui interdicitur bonorum adminiſtratio a iudice per.l.12.tabu.vel alias a lege,vt quia in l.iul. maie.commiſit.vt C.ad legem iu. maie.lege.fin.

Prodigus fame ſue dicitur quis qñ nõ curat de infamia turpiter viuẽdo,& talis negligens famã ſuã crudelis eſt c.nolo.12.q.j. Pan. in c. prelatorum in 2.no.de accu.

Prodigium quid eſt notat.ff.de ſtat. homin.lege non ſunt liberi. C.de poſthu.her.inſti.l.3.& l.oſtentum ff.de verb.ſigni.

Prodigum neutri generis eſt cibus qui intra proximos dies prodigatur,i.conſumatur.& ipſis prodigis cum interdicitur eis bonorum adminiſtratio,plerunque a fiſco præſtatur,vt.ff.de offi.preſi.l. plebiſcito. Et Accur.in glo.3.l.quecunq; pro reliquis prodigorum.C.de fide inſti.lib.10.

Probate caſtitatis dicitur qui non manifeſte apparet incontinens.c. a multis.de etate & qualitate.

Programma ſecundum quoſdam dicitur precedens ſcriptura que per plures prouincias,ſiue loca deſtinatur.Sed ſcdm Azo.in ſum. C.e. ti.eſt ſcriptura publice propoſita vt ibi dicitur in .§. mutationes.

Programma (inquit Alcia.li. præter .i.in hac ipſa dictione) greca vox eſt ſignificatque in iure quod latine appellat Vlpianus proſcriptionem.ti.pro inſtitu. act.Capitur & pro edicto vt in uita auidij. caſſii imperatores legitur.

Prognatus eſt qui vocatur ab nepos quaſi procul a me natus quia in quarto gradu & quinto.

Prohæres eſt qui putat ſe hæredem eſſe cum non ſit lege pro hærede ff.de petit.hęre.

Proemium eſt ſeruo generalis præambulans in principijs librorum, oſtendens in generali quæ poſtea continentur in ſpeciali interdum alia pleraque completens, vt not. Ioan.Andr.in exordio cle.ſub verbo.quoniam.

Prohibita intelliguntur omnia quæ non ſunt cõceſſa vtiin c.inter corporalia.de transla. licet videatur arg.contra q̃ omnia intelligũtur conceſſa quæ non ſunt expreſſe ꝓhibita ideo no. quod vbi aliqua conſtitutio commulgatur affirmatiue,ſemper intelligitur conceſsũ quod non inuenitur prohibitum. exempl.31.q.j.c.vlt. vbi dicitur. qd̃ ſi dormierit vir eius, cui vult nubat in domino. Non dicitur duobus vel tribus. vnde poteſt cõtrahere communis omnibus. vbi vero promulgatur negatiue,ſemper intelligitur prohibitum niſi inueniatur cõceſſum,maxime vbi fuit eadem ratio,vt cum dicitur. non occides hoc nulli licet, niſi inueniatur expreſſum,vt iudice, cui lex hoc concedit ſecundum Ber. in gl.c.inter corporalia. prę-allega. Poteſt etiam dici (ſecundũ quod no. ibidem) quod hæc regula .ſ. quod non eſt conceſſum intelligitur prohibitum,habeat locum in iudicijs & contractib.ſtricti iuris, vt in arbitriis & priuilegijs & in reſcriptis licitis.Hæc autem regula quod non eſt expreſſe prohibitum intelligitur conceſ-

ſum

sum locum habet in iudiciis & cõ tractib. bonefidei in beneficijs ab solutionib. & edictis prohibitorijs. In illis n. quilibet admittitur qui non prohibetur. vt in edicto de proc. testi. & matri.

Proditor est ille qui secreta sibi cõmissa reuelat. de pe. disti. 6. sacerdos. & de peni. & remis. omnis vtriusque. Et de multiplici specie proditorum notatur in ca. clericus. 46. distin.

Prodigus dicitur ille qui in se tantũ prodigalitatem exercet, & in se delinquit, secundum Bal. in sing. in l. j. §. exigitur. ff. de bon. pos. contra tab. ex quo deprehenditur qđ quis sit prodigus. Bar. in l. qui habet. in princ. de tut. & in l. is qui §. j. ff. de tut. & cura.

Proles proprie ea dicitur quæ est ex iustis nuptiis. in authen. de nu. in prin. col. 4.

Proiectum dicitur quoddam genus edificij quod nulla columna supposita ita edibus appendet vel menibus vt terram non tangat. Et alio modo dicitur appendix.

Promulgare legem est eam condere. & conditam recitare, proferre pronunciare, patefacere prodere, vel manifestare.

Promissionem committi dicimus quãdo peruenit in eum casum, vt ex ea aliquid peti possit. v. g. promisit ibi equum, si non darem eũ eo die, promisi me tibi baturum. c. aureos, si modo eo die non darem tibi equum, committitur promissio vel stip. c. aureorum.

Promissio & repromissio sic differũt quia promittẽdo negociũ inchoamus sed repromittendo adimpletum consolidamus. Et est repromtssio quasi iterata promissio, vt res magis sit sitim securo. sicut fit facto vbi sideiussio interuenit. Nã debitor promittit & fideiussor repromittit, vel potius & melius debitor promittit, sed debitor viceuersa quam pluries repromittit.

Pronepos est filius nepotis, sicut pro neptis est filia neptis.

Pro & propter differunt, nam aliud est soluere pro debitoribus, aliiud propter debitores nota in. l. dominus sticho. ff. de pecu. leg. item pro significat causam finalem propter vero causam impulsiuam, vt d. l. dominus.

Proprietarius idem est quod dominus scilicet qui cuiusque rei proprietatem habet.

Prorogare est plongare, producere, vel primum tẽpus extendere. ff. de iudic. l. j. de offic. delega p. & g.

Prorogatio fit de tempore ad tempus cap. de causis. de offic. deleg. & fit etiam de re ad rem. ff. de iudic. l. de qua re. §. j. & c. cum olim. de offi. deleg. versus finem. Item de persona ad personam etiam altera parte inuita. cap. j. de alie. iu. mu. cau. fa, Item fit de iudice ad iudicem. ff. de iudi. l. j. vbi not. qđ fundamentum. prorogationis est iurisditio orgo in iudicem non habentem iurisdict. non potest fieri prorogatio, quia non entis non sunt qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. petat. & c. ad audientiam. 2. in fin. de eccle. edific. aliud fundamentum est consensus partiuu, nam si esset error vel titubatio non fieret. prorogatio. l. fina. C. de condi. ind. metus enim & error excludunt prorogationem. l. j. ff. de iudi. quia error excludit consensum, qui est causa prorogationis.

Proxeneta est paranymphus. i. media persona per quam aliquis contractus celebrandus aut ineundus procuratur. Et talis procurator in spon-

in ſponſalibus dicitur paranym-phus,qui explorat voluntatem ho minum,qui & cum quib.velint cõ trahere,& quæ ſit facultas contra hentium vel contrahere volentiũ, cuius remuneratio vel merces di-citur proxeneticum. Et conſiſtit officium eius circa amicitias com-plendas,& circa aſſeſſores conqui-rendos ordinarijs iudicib.vide.ca. primo de hoc in glo.2 de reſt.li.6. Sed vtrum proxeneta vel media-tor talis poſſit adduci in teſtimo-nium, & compelli in contractu in quo fuit mediator? Reſpondetur quod ſic,vtraq; parte conſentien-te. Et regulare eſt quòd in ciuili-bus de conſenſu partium admitta-tur,alias non, vt in auth.de teſti-bus.§.quoniam vero. col.7 ſed v-traque parte contradicente nõ ad-mittitur.Quid autem altera parte volẽte,& altera non?Dicitur quod hoc caſu compelli non poteſt, ſed volens teſtificatur, vide gloſſ. in verbo. ciuiliter cap.j.de teſtibus. lib.6.& ad princ.glo.in cap. dile-ctorum.de teſti.cogen. Item vtrũ proxeneta ex contractu vſurario teneatur ad reſtitutionem vſura-rum? Dicitur quòd ſic,ſecundum glo.ſin.l.ſi ſciente.ff.ad l.pompe. de patri.& Bart.fecit mentionẽ in l.j.§.incidit.ff.ad tur.Bal.in cap.j. §.ſi mulier.in pen.col.de contro-uerſia inueſt.feu.contrarium po-nit rationem aſſignans optimam. Et dicit Ludoui.de Roma, ſingul. 271.quod ipſi ambo neſciunt quid dicunt,ſicut muſcipula ſuper pru-nas,& alleg.Inno.& Ioan.an.cap. Michael.de vſur.& Archid. latius in 43.diſt.ſicut non ſuo. & Lapus de Caſtellione in allegationibus ſuis.93.plenius omnibus diſcutit.

Proſcriptio eſt aduerſus abſentem iu dicialis pronuntiatio, vt in poſte-rum procul agat,id eſt maneat ab imperio, & talis contra quem fit pronuntiatio talis & cuius bona palam & aperte ſcribuntur, dici-tur proſcriptus, & debent omnia bona ſcribi, & de ipſis inuentariũ fieri continens tam mobilium& ſe mouentiũ diuerſas ſpecies & qua-litates quàm immobilia, vt men-ſuram agrorum & numerorum vi-nearum, quantum ſit in vineis,o-liuetis, arbuſtis, aratorijs, & pa ſcuis. hanc proſcriptionem greco vocabulo dicimus pragmaticam queſtionem, licet aliqua ſignifica tio quæſtio tormẽtũ dicatur, quia tormentis communiter veritas in quiritur,quare tortores dicuntur quæſtionarijs,vt infra de quæſtio.

Proſocer dicitur mariti auus.

Proſocrus eſt vxoris auia.

Proſocrus eſt qui ſtat armatus cum principe, vt Obuius & Biliſiarius erant domeſtici protectore Iuſti-niani,ſecundum Accu.in rub.C.de domeſt.& prote.per totum lib.12.

Proternia eſt crudelitas vel terribi-litas,ſecundũ Io. an.in c.cle.vnic. de foro compe.vbi allegat Greciſ-mũ dicentẽ.Improbus eſt aliquis verbis,factiſque proteruus.

Protyrum & hyprotyrum valuarum habitas cauitas appellari poteſt, nam ipſa oſtorium latera antas di-cimus,& in hac ſignificatione ac-cipitur.a Pomp.in l.pen.ff.de ver. ſigni.& ab Vulp. in l.quæſtium.§. papinianus.ff.de fun.inſtru.Vitru-uius tamen ſcribit pro thyra pen. correpta eſſe veſtibula indomorũ ianuis quaſi ſit magnum ſecretum nam grecis thyra ianua,& pro an-te interpretatur.

Proteſtatio nihil aliud eſt quam ani-mi agentis expreſſio.capit.conſul. extra de reg.& l.ſi duo.§.cum in-quilinus.ff.vti poſſi. Quid ſit pro-teſtatio

testatio quotuplex sit, quid declaratoria, cui sit facienda, quis possit protestari qualiter vbi & quando fieri debeat, quis sit eius effectus, an requiratur consensus protestanti, & multa alia not. & dubitabilia in hac materia plenius quàm alibi vide per Barto. in l. non solum §. morte. ff. de oper. no. nun. & in l. j. e. ti. in quibus locis vide plene Alexan. & alios doct.

Pro tutore se gerere dicitur qui munimine tutoris fungitur de iure, siue putet se tutorem, siue sciat se non esse fingit tamen se esse.

Prouisio. electio, postulatio, differūt de elect. c. j. lib. 6. & prouisio est latum verbum quod comprehendere potest nominationem, postulationem, præsentationem, & collationem, vt est glos. in clem. fin. de elect. quę alleg. iura concor.

Prouincia diuersimode consideratur distingui. nam in materia prę scriptionum diuerse ciuitatis in quibus habentur & exercentur diuer se iurisditionis separate dicuntur prouincie quandoq; diuersitas archiepiscoporum facit aliā prouinciam & sic prouincie quandoque modicum distant, vt Pisana & Florentia. quandoq; distinguntur ꝓuincie medio freto, vt Hyspania, Gallia, Sicilia, & sic sumitur distinctio prouinciarum. 3. q. 3. §. spatiū vbi dicitur ꝙ ad ꝓducendū testes de eadē prouincia dantur tres mē ses de contigua sex, de transmarinis nouē menses. de hoc in c. vltra tertiam. de testibus. secundū Inno.

Prudentia est carnalis concupiscentia. 32. quæstio. j. non enim. Alibi appellatur malitia de despon. impu. c. de illis. 2. sic etiam in delictis. de deli. pue. capitulo pueris. de despon. impub. cā. tue. in gl. 3.

Prochotrophi sūt paupū sustētatores.

Prochotrophium grecum est vocabulum & denotat locum quo mendici aluntur, vt scribit Suidas nos cō muni vocabulo hospitale vocitamus, & in hunc significatum accipitur ab imperatore in suis constitutionibus, licet codices plerique omnes mendosi circunferantur, vt in l. omnes qui. §. priuilegijs. & in lege si quis ad declinandam. §. sinautem ampliores. & §. hæc tamen loca. & in l. omnia priuilegia. C. de episco. & cler. & in l. illud. §. j. vbi glos. & in l. pen. in prin. C. de sac. san. eccle.

Proximus est quem nemo prę cedit. l. proximus. ff. de ver. sig. etiam si solus sit. vt l. proximus eo. tit. & not. per Arc. in c. cui. de præben. & in l. j. §. proximus, vnde cogna. Itē proximi sunt non illi tantū quos nobis sāguinis gradus iungit, sed oēs homines nature participes capit. charitas. versi. Item nonnulli.

DE PANTE V.

Pubertas. Require supra impubes.

Publicani dicuntur qui publica vectiga. administrant, vnde eorū nomē descendit siue ad hoc constituti vt publica vectigalia exigant, siue tributa conducant. ff. de pu. & vectig. l. j. nam etiam dicuntur vectigaliū cōductores fisci vel rerum publicarum, & qui lucra vel publica negotia seculi sectantur ibidem. l. 3. Aliter publicani dicuntur qui publice peccant vt in Euange. Lud. 18. c. de phariseo & publicano.

Publicarij dicuntur ea quæ ob aliqd delictum sic enorme in publicum erarium deuoluuntur.

Publicaria dicunt ea quæ ab aliquod delictum sic enorme in publicum erarium deuoluuntur, & tamen dicitur publicatio bonorum.

Publice

Publice honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalib. proueniens robur trahens ab ecclesie institutione propter honestatem. Non enim est honestum vt quis eam ducat quam suus consanguineus desponsauit cap. ad audientiam. & c. sponsam. de spon. vnde huiusmodi prohibitio non consurgit ex consanguinitate nec affinitate contracta ex nuptijs consummatis, sed ex quadam publica equitate inductum est hoc ius prohibens matrimonium contrahi, & contractum dirimens. Et nota quòd ideo dicitur publice hõestatis iustitia, quia in matrimonijs non solum quod liceat, sed quod honestum est cõsideratur. ff. de ritu. nuptiarum lege semper. & oritur etiã ex sponsalibus quæ de iure non fortiuntur effectum, vt in ca. ad audientiam. præall. secus in matrimonio, quia affinitas non contrahitur ex nuptijs interdictis, vide Gof. in sum. de spon. vbi dicitur quòd secundũ quosdam in nullo casu locum habet hodie publice honestatis iusti tia, nisi in sponsa fratris, de qua in veteri & nouo testamento prohibitum esse videtur, quam sponsam fratris frater habere non potest. d. c. ad audientiam cum concord. in gloss. & rationem dicunt quia sublata est in eo casu in quo de maiori equitate locum habuit scilicet in sobole susceptа ex secundis nuptijs, cognationi viri, non copulanda prioris, vt de consangui. & affi. non debet. ideo & in alijs reuocata videtur, quia de similibus idẽ est iudicium, vt ibi.

Publica iudicia sunt dicta quasi populi ca. quia cuilibet de populo, p missa est eorum persecutio, vt supra priuata delicta.

Publicum ius est quod principaliter spectat & publicam vtilitatem. Require supra ius publicum.

Publiciana actio Require supra actio publiciana.

Puberes a pube, id est a pudendis corporis sunt dicti. Et dicitur esse pubes qui iam compleuit. 14. annum, si est masculus, & generale potest. & 12. si est femina capitulo puberes eod. tit.

Puberta est quæ parit in annis pueribus, vt inquit text. in cap. puberes de despon. impub.

Pueri dicuntur filij, non filie. Secundo dicuntur omnes serui pueri etiam sexagenarij. Tertio dicuntur omnes qui sunt in etate pueri, scilicet mares a septennio vsq; ad 14. annum ff. de verbo. signi. pueri de eta. & qualit. & ratione. in glos. de regularibus. ad nostram. 21. quęstio. j. capit. primo. Quando tamen legantur pueris alimenta. pueri & puelle dicuntur vsque ad trigesimum annum ff. de ciba. & alimen. legat. l. mela.

Pugillares, id est tabule certe. l. in cõmodato. §. sicut autem. versi. ergo si pugillares. ff. commo.

Pulsare differt a verberare, quia pulsamus sine dolore, sed verberamus cum dolore.

Pupillus dicitur qui cum impubes est, desinit esse in potestate patris, aut morte patris, aut emancipatione patris. & sic pupillus dicitur etiam si habet patrem. l. si seruus. §. pupillus. ff. de verbo. obliga. vbi dicitur. Si est defectus etatis, patris authoritas non sufficit ad eum obligandum nec obligari potest si est patris potestate etiam patre authore, quod est singulariter notandum. §. pręallega quia non est alibi nisi in. §. pupillus. in fin. insti. de inutili. stipul.

Pupilla similiter dicitur intra annos puber-

pubertatis emancipata, vel morte patris desinens esse in potestate eius. s. 12. anno. sicut pupillus intra 14. annum.

Pupillaris substitutio dicitur quæ fit impuberi in euētu mortis eius in etate pupillari, siue verba sint expressa, siue tacite intellecta. instit. eo. tit. Proprium enim significatū verborum significat vlterius tacitam vulgarem. vt l. nam hoc iure. ff. eod. tit. & econtra vulgaris non significat pupillarem. Alia vide infra in versi. substitutio.

Purgatio est de obiectio crimine innocentie ostensio. Et est duplex. s. canonica, quæ fit per iuramētum, & hæc approbatur & vulgaris, scilicet quam sibi vulgus inueniret hæc sic per fefrum candens, per duellum, per aquam frigidam siue bulliēte, & hæc reprobatur, vt eo. tit. c. ex tuarum. & per tot. eo. tit. 2. q. 4. me vnam Forma autem purgationis hæc est quòd infamatus iurabit se immunem esse a crimine quo infamatur, & cum purgatores iurabūt illum verum se credere iurasse. c. quoties. & c. vlt. eo. tit. Aliter autem deponere nō debent, ne subeant anceps periuriū. ff. de in lit. iuran. l. videamus & numerus compurgatorum habetur 2. q. 4. omnibus vobis. & c. presbyter si a plebe. vnde Pontificē partum manus excusat duodena. Sexta sacerdotem, leuitā tertia purgat. Quem præbs infamat purgabitur in manifesto. Quem chorus, ante chorum sua sit purgatio presto. Nam vbi cōtingit, malum ibi moratur. 2. q. j. si peccauerit. Hodie numerus compurgatorū arbitrarius est, inspecta persone qualitate & infamie quantitate. c. cum in iuuentute. eo. tit. Ideo alij dantur versus. Hoc hodie restat arbitrio iudi. extat. Maior maiori, minor imponēda minori. Nam in penis in imponendis sicut & in purgatione indicenda quatuor sunt considerāda per iudicem, scilicet persona, causa, locus, & tempus. vt in c. si de transa. vbi tex. & gl. concor. Et hęc de forma purgationis canonice. Sed de purgatione vulgari patet in eo. tit. per totum. j. 2. q. 4. monomachiam. ca. menan. & cōsuluisti. Et est triplex ratio quare huismodi purgatio prohibetur. Primo quia facta sunt inuidia fabricante, vt in c. mennam. præalle. Secūda quia deus in eo tentari videtur, vt in eod. titu. ca. vlt. Tertia quia vt plurimum innocens condemnatur, vt in c. significantibus. eod. titu. Deus autem tentari non debet. 22. quæritur.

Puteal est illud quo putens cooperitur. Et tantum de P.

QUANTE V.

Quadrans est quarta pars assis qua perficiuntur tres vncie. Alia nomina require supra As.

Quadragesima sex septimanas habet cui Telesphorus summus pōtifex addidit vnam ca. quadragesima. 4. dist. Quadripēdium est as quadruplicatus. l. 48.

Quamuis hæc dictio habet ampliare ad maiora expressis. in clementi. de re iudi.

Quasi, quandoque est expressiuum veritatis vt Io. i. Quasi vnigenti a patris. c. parochianos. de deci. vbi glo. & ff. ex quib. caus. maior. l. ait prætor. §. item &.

Quasi sententia est si quis in indicio confiteatur se furem, secus si extra, vel est cum quis præmissis actionibus quæ nascuntur ex delicto, non est damnatus, sed, ipse dedit, vel dare debet pecuniā ne conueniatur illis actionibus & prę-

sumit q̃ illud facit ex conscia delicti excusatur cum ubi cum iussu prætoris cum eo transigitur.

Quanti minoris actio. Require supra Action.

Quantitatus. hoc tempus arbitrariũ boni viri. cum lege vel canone nõ terminetur.

Quartarum tres sunt species. Vna est debita iure nature, quę dicitur bonorum subsidium quæ honore est ancta ad trientem & semissem secundum numerũ soliorum. vnde Quatuor aut infra dat natis iura trientem. Semilem vero dant naris quinque vel vltra. Alia est trebelliani ca. 3. falcidia. de quib. in c. Raynutius. de testa. in gl. super vers. quartam partem. & in. c. si pater. e. ti. li. 6. & differunt trebellianica, & falcidia in hoc quia testor potest auferre falcidiam & grauare haredem quòd ipsam non detrahat, trebellianicam vero nõ potest interdicere si.

Querela est eius quoddam rescindẽdi testamẽtum vel donatio. vel dotem in totum captam, & competebat reo ex his quæ acta sunt vniuersalem partem. Non. n. est proprie act. quia ñ agitur vt detur vel præstet, nec est proprie accusatio, quia non accusatur quos vt punia tur in corpore sed optinet media viam, & aperit viã succedenti, secũdũ Azo. in sum. C. de inoffi. test.

Querela inoficiose donationis inducitur ad instar inofficiosi testi, & competit liberis vel parentib. a debito bonorum subsidio excluſis. Et enim causa huius quærele, iniqua exclusio a debito bonorum subsidio. & datur contra illos quibus datum est in immensum. secundum. Azo. C. e. tit.

Querela inoficiose, dotis inducitur ad instar donationis inoficiose, & competit filiis cũ matre, cum oĩa vel pœne omnia in filiorum fraudem dedit pro se vel filia vel muliere alia, secundum Azo. e. ti.

Querela inofficiosi testi datur omnibus qui tempore mortis imminentis ab intestato possunt succedere exhæredatis vel præteritis cõtra scriptos hæredes vel fideicommiss.

Questio est inquisitio veritatis per tormenta secundum Azo. in sum. eo. ti. vel est oratio interrogariua. Alia significatione idem est quod tormentum, quia tormentis veritatis inquiritur, vt cum seruum torquetur pro crimine fraudati, census, aut lese maiestatis, vt de domino dicat quæ nouit, ita capitur pro tortura in l. si seruus §. si quis ante quæstionẽ. ff. de vsufr. inde quęstionariis, & dicuntur tortores.

Questio incidẽs dicitur illa quę ante litem ceptam competebat reo ex his quæ acta sunt inter reum & actorem, vt pactum de non petendo rem iudicatam.

Questio emergẽs dicitur ea quę proponit ea his emergũt in lite, vt si quærit an iste possit testari, vel an danda sit dilatio, vel consimilia.

Questio proprietatis est in qua de sola proprietate hoc est de dominio vel quasi dominio est qõ. de causa pos. & proprie. cũ dilectus. & dico quasi dominio propter res incorporales quæ non possidẽtur, vt inspiritualibus inst. de reb. corpo. & incorpo. §. incorporales.

Questio possessionis est in qua de sola possessione controuersia ventilatur. extra de ordi. cog. c. super spoliatione.

Questio mota dicitur quãdo quis vocatus est per exce. vel supplicatũ est. i. datus libellus. arg. l. si. quis

maior.

maior.C.transeat.vel forte verius p litis cõtest.l.amplius.ff.rẽ ra.ha.

Questio status mouetur cum quis vẽ dicatur in seruum. C. de asser tol. l.vnica.i.prin.& 54.dist.frequens. Item qõ debet esse de dubio.c.cũ in iure.de electio.c.de muliere.de spõ.& l.ancille.C.de fur.Itẽ debet esse de difficili.ff.ad carbo.l.idem.

Questores illustres sic dicti sunt, eo quid pecunie publice quærende p mundum,& conseruande siue congregande curam & solicitudinem haberent,& ad hoc creati erãt. Et dicebãtur quęstores erarij abere. i.pecunia dicti.ff. de orig.iur.l. 2. §. exactis deinde regib. post prin.

Questores sacri dalatij dicũtur in palatio principis qui libris priucipialibus legendis vacabant,non dico sententijs,quia illustres tantum illas legebant, vel dicebantur qui id officium gerebant in domo Imperatoris. Talis etiam candidatus principis dicebatur, & sic capitur in prohemio inst.& de off.q.& l.j. in fi.& ff.de orig. iur.l. 2.§. deinde. Accur.in gloss.3.in.§. cunque insti,vbi supra.

Questores patricidii dicũtur qui causis capitalib.præfecti vel prępositi erant.ff.de orig.iur.l.2.§.præalle. Inde ex quæstos.i.extra quæsturã positus.

Questor. i.cancellarius.l.fi. C.de diuer.rescrip.& ĩ auth.de exhi.reis. §.quia vero.Et nota. quòd tribus modis dicitur quæstor. Primo ille qui quærebat pecunias tributorij per mundum & seruabat. Secundo ille qui pręerat capitalibus causis.Tertio qui stabat vt legetet libros, qui candidatus principis dicebatur.quomodo in prohemio insti.sumitnr. & nota q̃ secundũ primum modum dictũ iure varijs nominibus nũcipatur, scilicet susceptor & opinator, vt C.de susce. & Archa.l.nisi opina.lib.10.

Questius est qui ex opera solertia, vel diligentia alicnius prouenit, & ideo hereditas legatum donationum continetur appellatione quæstus l.coiri.& l.quęstus.ff. pro soc.& l. aditio.§.j. de acquir. hęredi.

Quincunx est pars assis constans ex quinque vncijs & non dicitur respectu totius assis,quia nec multiplicatus nec duplicatus reddit suum totum insti.de.he.inst.§.hæreditas in gl.

Quirites sunt Romani,sic dicti a quirino.i.Romulo eorum rege sic dictio,,vel a quiris, id est hasta quia magna hasta in bello vtebatur.

Quisquile dicuntur sordes domus mundate,quæ scopis eijciuntur.s. lapides,folia,stramenta puluere, ossa.

Quis vel qui restinguit præcedentia etiam quãdoque declarat. vt not. in l.j. C. de sum. tri. & fide ca. Et refert aliquando antecedens in genere.C. de.iniu.l.dominum, sicut & alius. iuxta illud, Et alij duo nequam. Et qui est relatiuum substantie. C. de sum.trinita. & fide catho.l.j.in gl.

Quilibet est distributiuum, vt not. ff.de duob.reis.l.duos reos.Et aliquando ponitur pro aliquis. vt in c.de homine.de cele.missa.

Quod iussiu act. Require supra Actio.

Quid metus cã. Require supra Actio.

Quod ui aut clausulam. Quorum bonorum. Quorum legatorum Require supra de interdictis.

Quo est idem quòd vt, vt C.de pe.l. si quis in metallum.

Quominus aliquando est vna pars. exponitur .i. in præsentia .l. fi. C. de le.aliquando.i.in continenti.l. si quali.ff.de pi.act. Aliquãdo sunt

due partes & exponitur, vt not.l. quominus.ff.de flumi. Aliquando i.non.l.si ego.ff.si cer.pe.l.cum ipse de excu.eu.& l.si.dolo.ff.de do. Aliquando exponitur quo prout. & minus pro non C.ne vxo. pro mari.l. i. Aliquando quominus. i. qnam.l.liber homo.ff.de verbo.obl. & de hac dictione vide doc. in l. continuus in prin.ff.de verb. oblig.

Quondam potest significare tria tempora, præsens, præteritum & futurum, vt no. per glos.l. nec emptio.§.fi ff.de contrahen. emp. & c.cum olim in princ.de offi.del.c. ex parte.de fo.comp. vbi dicitur. Quodam regimen, & secundum verioré viam significat pręsens tẽ pus in ea parte præalle.quia regina dicitur donec nubat inferiori. vt ibidem in gl.fi.in fi. Item dicit Bart. in l.j.ff.de no.oper.nunc. si tabellio ponit instrumento. M. quondam filius.P.licet. priuatum instrumentum per verbum quondam non vitiatur.de quo Spec. in tit.de instru.edi.§.restat.ad fi. vnde Olim iam dudum,quondã, tria tempora seruant.Tempus præteritum, præsens, significatque futurum.

Quoties intelligitur quamdiu fieri potest id de quo agitur. nisi tempus fuerit appositum. l. sicut. ff. quemadmo. vsufru.amit. & l.veluti.ff.de eden.& differũt quoties & rursus in reiteratione. vt no.in l.fidei commissa §. si quis decem. ff.de leg.3.per Cy.in legem.C. de indi.vidui.tol.

DE RANTE A.

Rabies est furore sine discursus cum impetu.c. de. viro. & ibi no.Archi.12.q.2.rancor & iniuria differunt. quia licet iniuriam non teneatur quis remittere, rancore tamen tenetur remittere. Spec.in ti. de treuga & pa.ver.& not.

Ratio secundum Azo.de edendo. est scriptura causa negotiationis mutue edita de datis & acceptis. secus si ibi continetur de pignore, tantum, vel de mandato tantum, vel de constituta pecunia tantum, Aliter accipitur ratio dum dicitur rationem esse reddendam de omnibus. ar. extra de rescri.si quãdo in ver.rationabilem causam quia testis non valet.in fi. causam sui dicti reddat, si quærat ab eo.ij.quo modo.j.in primis tunc enim ratio sumitur pro causa. similiter ibi. Quod ratione caret,extirpare necesse est, vt 68.dis.c.episc. Etiam prælatus debet esse paratus rationem reddere omni poscenti.§.ecce. in fi. 36. dis. & in l. si quis. §. sed interdum. ff. de reli. & sump. fune.& intelligitus illud dictum si potest quia per impotentiam,quãdoque non est omnium reddenda ratio. ff. de leg. non omnium & præcipue in arbitrarijs, vt quod Specu.intitulat de teste in singulari,hoc Creg.9. de testib. secundũ Io.an.ergo dicitur.Sic volo,sic in beo,sit pro ratione voluntas.

Ratiocinia sunt rationũ redditiones ad quas aliquis obligatur ex administratione reipub. vel priuate q̃ gessit,vnde publica sunt illa quib. obligatur officialis curie ex administratione aliqua ad rempub.pertinentie,vt in l.officialis.C. de episc. & cleri.Priuata autem sunt illa quib. obligantur alicui ex administratione rerũ pertinentiũ ad priuatos,vt tutores, curatores, versi. procuratores,gastaldiones,& bailiui aliquorũ. Vnde obligatus ad rãtiocinia est ad rationem reddendam alicui astrictus.

Rancor est utilium carnis, sicut mucor

cor panis,& acor vini. Vnde dicit caro ranceſcit.vel rancida eſt.

Raptor rerum dicitur ille qui bona aliena vi rapit &aperte.ff.ne quis eum qui in ius.l. ſed eximendi.& ſic etiam eſt reptor hominum. & maxime mulierum.

Raptor & fur. ex animo dicuntur inſtitu. vi bonorum rapto.in glo.4. Et quomodo diſtingũtur vide ibidem.

Raptus ius tui.dicuntur rerum vt ff. de incen.rui.maufra.per tot.Et hominum,vt C.de rap.virgi.vel vid. l.vnica licet quidam teneant contra primum.Et loquitur ſolum de mulieribus raptis a viris, non de mulieribus rapientibus viros. ff. de lega.2.ſi ita ſcriptum.in princ. quia non eſt eadem ratio viri & mulieris.nã maior caſtitas requiritur in fœmina quam in viro. C. de nupi.l. a caliga. & probatur.ff. de ritu nup.l. palam.§.qui in adulterio & quod ibi not.

Rapina eſt violentia receptio rerũ. vt in l.j.ff.vi bo.rap.ſed reptus ,proprie eſt violentia receptio mulierum ſecũdum Goff. arg.l.j.§.ſciẽdum. & §.ſequen.ff.de ſepar & l. filiusfamil. ff. ad mace. C. de iur. dot.impe.l.3.& ff.de eo quod cer. loco.l.j.

Rapina eſt furtum ſed non econtra Bart.l. duobus.§. ſi quis.ff. de iniur.

Ratihabitio retrotrahitur &c. c. ratihabitionem.de reg.iur. libro.6. & hoc eſt verbum ſi ſit tale factũ quid ab initio mandari potuit, & is concedere qui ratum habuit, aliter non, vt in cap. ſignificaui de regula. & tranſ. ad reli. & c.cũ virum. Et eſt duplex ratihabitio, quedam tacita,& quedam expreſſa in l.viro.in fin.ff.de ſo.C.ad matel.fi.& de iud.l.j.

Rationalis ceſaris idem eſt quod procurator ceſaris,a rationibus gerẽdis ſic dictus.vide conſtitutionem gratiam.C.de ra.ope.pu.

Rauce vocantur qui in radice quærcus naſcuntur & tranſeunt, de quibus habetur in l.ex condict. §.j.ff. lo.licet gl. intellexerit deſpinis.

DE RANTE E.

Rebellis dicitur inobidiens principi circa concernentia proſperitatem imperij,in extrauaganti, qui ſunt rebelles.& ibi per Bar.

Rebellis & contumax differunt, vt not. docto.in. c. ſane.de offi.delega.Et no.quòd rebellis offi. domini pape vel eccleſie vel imperij,dicitur rebellis pape & imperatori. l.hoſtes. & ibi Bar. ff. de cap. & poſti. reuer. & vide etiam Bar. in l.j.de ſer.lib.12.C.de.pœna.rebellantis.vide Bartol.in d.extrauag. in 12.col.

Receptores dicuntur qui aliquos recetant, & vt frequentius ſonat in malum ſunt enim illi qui fures. raptores, & ceteros malefactores recipiunt, vt C. de his qui latro. l.j. & ff.de recepta.l.j. ſine quib. latere non poſunt. vt in c. ſicut ait de heret.vbi hereticorum receptores anatemalizantur,ſed receptores ſecundum Inn. dicũtur ad uocari in c. ex parte.de poſtulan.

Recuſatio ſecundum Spe.e.ti.eſt.iuriſditionis vel audientie cauſa ſuſpitionis propoſita declinatio, vt C. de iudi.l.apertiſſimi. & dic vt no. ibi.& ff.de lib.cau. in l.fi.& C. de iur. dot.l. quę etiam de for. competi.ſi quis & melius de appel.c.j. in glo.2.& fi. vſque ad 22. dies ſecundum leges.vt C.de li.conteſt. auc.offeratur.

Recta linea aſcendẽs ſunt pater,auus proauus,abauus,adaitus,tritauus, ſicut in fœminis lineam dicimus

matrem, auiam, proauiam, abauiam.

Recta linea descendens sunt filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, abnepos, abneptis, &c.

Rectus idest breuius. c. cum sit romana. de appellatio.

Recidiuans comparatur illi qui manum mittit ad aratrum & retro respicit. §. quærendum. de pœ. di. 2. & an dicatur vere penituisse qui recidiauit, & an recidiuant post pœnitentiam iterato sit penitentia iniungenda, vide. §. his auctoribus de pœn dist. 3.

Rescissoria actio. Require supra Actio rescissoria.

Recte notat iustitiam sicut rite solẽnitatem. ff. de inof. testamen. l. 2. in glo. & sic stat aliquid actum esse rite, videlicet secundum ordinem vel solennitatem iuris, quod tamen non est actum recte secundum iustitiam & equitatẽ, vt notat. Ioan. Andr. in cle. fin. de ap. & no. in c. quoniam cõtra. de proba. est glo. in l. iuste possidetur. ff. de acqui. poss.

Rector ecclesie parochialis habet tãtum ius in ecclesia sua quantum habet prælatus in ecclesia collegiata, vt in c. vlt. de loca. & condu. in glo. verbi. expelli potuisset, quæ est singularis. & dominus Anto. de Bu. dicit eam alibi non reperi. in toto corpore iuris.

Rector vniuersitatis in Italia est cõpetens in declarando capitaneum ciuitatis periurum secundum Ludo. de ro. in singularib. licet quidã ignorantes de hoc dubitent, secundum eundem, sed dubitare non debent, quia lex punit periurum, ergo iudex secularis potest declarare periurium. l. j. ff. ad turpilian.

Recontrahitur obligatio traditione rei ab altera parte certo pacto instituto. quib. mod. re contrahi. obliga. per totum.

Recontentio vt fiat in criminalib. distinguitur, aut reus accusatus obiicit crimen contra suum accusatorem in modum exceptionis in modum accusationis. Si in modum exceptionis, tunc excipiens auditur. c. cum dilectus. de ord. co. Si in modũ accusationis obijcit vel reconuentionis, tunc aut nomen rei delate est scriptum in matricula reorum, aut non. Primo casu potest recusare suum accusatorem nisi furam vel furum pro se quæritur iniuriam. Secundo vero casu aut reus vult suum accuratorem reconuenire de maiori crimine, & potest aut de pari crimine vel minori, & non potest. vt probatur. 3. q. 9. neganda &. c. seq. & no. in c. at si cle. de iudi.

Recusare dicitur qui debite requisitus sine causa rationabili differt executionem, no. in auc. de exac. instant. dot. §. illud. col. 6. & pro hoc facit. l. tutor qui repertorium §. si deponi. ff. de administratio. tutor. versic. sed præceptum iuncto versicu. seq. & hoc modo intelliguntur no. per Innocen. in cap. significauerunt. extra de test. vide not. per Hostiens. in c. cum interposita iuncta prima glos. extra de appella.

Redha est quoddam vehiculum ad eundum vel redeundum habile. & est quatuor totarum. l. cum in plures. §. fi. ff. lo.

Redhibitio est emptionis resolutio, vt. ff. de acquiren. possess. l. pomponius. §. præterea in fi.

Redactum dicitur quod non est exactum, sed exigi potest. l. si possessor. §. redacte. ff. de petitio. hæredit.

Reddi-

Redditus anni inter immobilia computantur in auct. vt hi qui oblig. se hab. per his. res mino. §. licebit autem & l. iubemus nulli. §. j. C. de sa. san. eccl. & ibi Bar. Et reditus appellatione omnes prouētus continentur secundum Pau. de leaza. & zab. in clemen. vnica de excess. prelat. & vide no. in c. pastora. de deci. & dicitur redditus quasi retro datus. Bart. in l. filio. in. 2. not. ff. de li. & posthu. & in rub. ff. sol. mat. in. 4. col. versic. idem dic. de verbo reddendi, & idem sunt redditus, & fructus. l. fundi trebatiani. & ibi Bar. in. j. col. ff. de vsu & vsufru. leg. Sed Specu. facit differentiam in ti. de loca & condu. §. j. ver. illud. Quid sint redditus & fructus, est bona glo. in c. generali. in versi. redditus. de elec. in 6.

Redhibere est aliquem facere rehabere iterum quod prius habuit, vt. ff. de edi. edict. & de redhibi. ac l. redhibere in princi.

Redhibitoria actio. Require supra actio redhibitoria.

Refragari est nocere vel impedire siue contradicere.

Referre quandoq; idem est quod accusare aliquem.

Referendarij sunt aduocati qui referunt hominum negocia corā principe. in auct. de referenda colum. 3. & ibi glo. in curia Romana sunt speciales officiales qui referunt pape supplicationes. c. ex literis. de in integr. restitu. vbi Inno. & Hostien.

Reficere est quod corruptum est in pristinum statum restaurare. l. j. § j. ff. de riuis. & vide ibidem no. de hoc verb. & in. l. 3. § pe. ff. de itin. actuque prin. & fin. l. j. §. j. ff. de via pub. Quæ requirantur in refectione, vide Bart. in. l. j. ff. de ritu nupt.

Regalia sunt quam iura imperij, vt portus vt flumina. & alia. vt not. in vsib. feu. quæ sint rega. & per Inno. in c. generali. de elec. libr. 6. & ibidem per Card.

Regula secundū Az. est plurium rerū compendiosa narratione facta traditio. vel est compendiosa diffinitio rerum vniuersitatem complectens. Item regula quandoq; dicitur specialis norma vel modus viuendi monachorum vel canonicorum, quia talis normā viuēdi præbet. de sta. monacho. per totum & inde dicitur regularis. Item quandoq; regula dicitur constitutio canonica. 11. distin. hoc vestre indicimus charitati. Item regula secūdum Gof. & legistas est quæ rem breuiter enarrat, non vt ex ea ius sumatur, sed ex iure quod est regula fiat, vt. ff. de regul. iuris. l. regula. Nam ex regula non fit ius, sed ex iure quod est regulare fit regula. Alias enim dici deberet ius regularum, & non regula iuris. Et dicitur regula ideo quia recte ducit, nec aliorsum trahit, quasi a rego, eo quod recte regat, & debet regula fieri signo vniuersalī vel indefinito. Aliter in grammatica. Regula est multorum similium collectio vel cōiunctio. Quid sit regula vel potestas eius? quis effectus? quod officium eius? & qualiter perdat officiū suum? dic, vt. ff. de reg. iur. lege prima eo. ti. in rub. lib. 6. Sed vtrum regula comprehendat in se exceptiones. fuerunt opiniones, quæ notantur. ff. eo. titu. l. j. facit quod nota. in c. regula. 3. distin.

Solu. quod ad ptātem verborum q̄ in ea proferūtur vniuersaliter vel indefinite affirmatiue vel negatiue tunc comprehendit exceptiones, alias non diceretur exceptio,

vt omnis hō currit præter equum non est exceptio, quia equus non comprehēditur ibi. sed quo ad materiam de qua fit mentio quo ad iuris determinationem exceptio non comprehenditur sub regula, quia contraria rō & ius est in exceptione q̄ in regula. de hoc vide glos in rub. de regul. iur. li. 6. Et q̄ sit officium, & potestas regule, an ius nouum constituat antiquum recitet, datur distinctio ibidē. Nā doct. dicunt tres casus vel species casuum esse. Quidam det crimina ti sunt. Alij sunt excepti a legis determinatione, & in illis regula nō constituit ius, quia in primis inue nit iam constitutū, & secundi non clauduntur sub regule determina tione. Tertium sunt in quibus est eadem equitas, quæ ēt est in casibus a iure determinatis, nec tamē reperiuntur a iure positi & in illis facit regula ius propter identitatē rōnis non patientis ius similiū casuum esse diuersum. Cuius datur apertior distinctio. Aut constitutio iuris præcedit traditionē regule, & locum habet distinctio p̄dictorum casuum. Sed vbi constitutio ante regule dispositionem, sed inuenitur sola simplex traditio regule, tunc ipsa regula est ius Sed & finaliter Ioa. an. dicit quod per regulam non statuitur ius, sed ex iure sumitur regula. & ideo dicitur regula iuris, quasi ex iure sumpta, quia necesse est ius quod est materia præcedere regule dispositionem ius. n. idem est quod ratio. j. distinctio. consuetudo 9. dis. sane quippe. & ab exordio rationalis creature processit. v. dist. in prin. Et hęc est vera ratio quare regule ponuntur in fine decretalium & sexti vt ostēderetur ius non sumi ex regula, sed regulam ex iure ut. ff. eo. ti. l. j. vbi dicitur. Non vt ex regula ius sumatur. sed ex iure quod est. regula fiat. Licet alij reddant coloratam rationem illam. s. quę vltimo dicuntur, melius memorie commendantur. de consecr. dist. 2. liquido. vide etiam glo. in c. regula. distin. 4.

Regulam non fallere ineptū est vbi suadet equitas. vt dicit glos. in authe. vt sine prohi. ma coll. 7. Pano. in c. intelleximus. ia 2. col. versic. sed ex prædictis de iudi.

Regula catoniana dicit q̄ legatum quod fuerat inutile si testator moritur, licet ex interuallo moriatur non conualescit. vt. ff. eo. tit. l. j. in prin. & ff. de leg. 3. l. cetera. §. j. Et non proprie dicitur regula, nec inter eas ponitur.

Regulares secundum Goffr. sunt qui ad viuendum regulariter se astringunt, siue sint monachi, qui debēt vacare diuinis. vt C. de epi. & cle. l. generaliter. §. j. siue sint canonici regulares. nam idem est iudiciū de ambobus. vt in c. ex parte. de postula. & c. non magnopere, vel mona. & hoc est uerum quo ad rē, non quo ad regulam latiorem, vt in tit. de testa. monac. Vnde monachus dicitur a monos. i. vnum. & incos custos, vel a chos. i. tristis. q̄a solus debet stare tristis. vt not. C. de epi & cler. in rub. 16. q. j. c. placuit. 2. vbi dicitur. Quia mundo mortuus est deo. autem viuit Et interpretatur vnus tristis, vt ea. question. si cupis. vbi dicitur. Monachum quem senseris crebro de nummis tibi loquentem, institorem potius habeto quam monachum. ibi tamen excipitur eleemosinam, quæ omnibus est indifferens. Sed cānonicus dicitur a canon. i. regula. & icos custos, quia semper debet esse sub regula, quare di-

re dicitur regularis. Nam regularis est qui per professionem imperio prelati se subiicit.

Regulam dicũtur proprie habere illi qui profitentur tria substantialia cuiuslibet religionis approbate. videlicet paupertatem, castitatẽ, & obedientiam, vt in capitu. cum ad monasterium. de statu regular. Pa. in rubrica de regula.

Rei vendicatio secundum Azon. C. eod. ti. est actio quædam quæ datur sola ratione dominii & possessionis vel quasi, vt l. in rem. ff. de rei. ven. l. j. & 2. C. vbi in rem act. Et dicuntur vel quasi propter, iurisdictionem quę ratione quasi dominii dantur, vt not. insti. de act.

Relatio secundum Specul. C. eo. tit. est iudicis dubitantis de iure, ad principe missam consultatio. Et quomodo debeat fieri relatio. nota. C. de re. l. prima. Et vtrum respiciat ius vel factum est casus in lege quacunque. §. j. ff. de iudi.

Relegare est aliquem in insulam vel in alium locum mittere, vt ibi propter delictum aliquod quod commisit, moram ad tempus faciat, scilicet per quinquennium, & est quasi bannire, & debet se in loco tali a delictis abstinere, alioquin pœna augmentetur vel perpetuatur, vt. ff. de pen. l. relegati. in princ. & tacite non adimũtur bona, nisi exprimatur in sententia. ff. de interro. actio. & releg. l. relegatorum. §. ad tempus. & si adimatur pars bonorum in summa. C. de rebus alien. cau. mor. l. si quis. §. fin. accipitur quod non debet fieri. Si tamen lata fuerit sententia, vt di. l. relegatorum etiam ad tempus deportatus nudus exulat, vt. ff. de capi. dimi. l. tutele. § j. de re iudic. l. ea sola. & C. de deportatorum.

Relegatio est deportatio quamuis p prie capiendo differant, quia relegatio fit ad tempus, deportatio in perpetuum. vide de hoc. ff. de interdict. & rele l. legatorum.

Religiosi sunt qui vitam regularem professi sunt. Et large dicunt religiosi qui in propriis domibus religiose viuunt, quamuis non sunt professi vnde tria substantialia vite regularis profiteri debet religiosus. scilicẽt obedientiam, castitatem. & proprietatis abdicationem. vt 12. q. j. non dicatis 19. q. 3. qui ingredientibus nec in his dispensandum est, in c. cum ad monasterium. de statu mona. in fi. nã professio est solennis promissio religionis, in qua prędicta tria cõcurrunt. Et religiosi sicut & alii prælati physicam & leges non legans neque audiant, & si contra fecerint, ipso iure sunt excommunicati. c. non magno. & ca. super Specu. ne cler. vel mona.

Religio principaliter ordinata est ad opera vite contemplatiue, quæ in oratione & studio consistunt, & secundario est annexum opus manuum secundum Io. an. in c. sane. de regul. in nouella. Et quæ religio sit maior subdit eidem Io. an. dicens. oportet principaliter maioritatem ordinũ attendi ex parte finis, secũdario autem propter exercitium. nam finem quærimus propter se. & exercitium non propter se, propter finem. Ex quo sequitur illam religionem maiorẽ esse quæ est ordinata ad finem absolute potiorem, vel illud est magis bonum ad quod ordinatur. vel quia ordinatur ad plura bona. Si vero vtriusque religionis sit idẽ finis, attenditur quæ eminentia secundario non secundum quantitatem exercitij, sed secundum

pro

proportionem ei ad finem intentum. Vnde beatus Antonius in collationibus patrum prætulit discretionem per quam quis omnia moderatur in ieiuniis, vigiliis, nutationibus eleemosynis &c. Nam illa quæ sine discretione fierent, facile annexum haberent deficiendi periculum. de quo in c. non medio crit er. de consecr. distinct. 5. quia non sunt religiones potiores, ideo quia habent obseruantias arctiores, sed ex eo quia obseruãtie sunt ordinate cum maiori discretione ad suum finem. hoc declarat Abb. Moyses in collationibus patrum dicens, Ieiunia vigilie. meditationes scripturarum nuditas, ac priuatio omnium facultatũ non sunt perfectio, sed perfectionis instrumenta de seruientia ad assentialia religionis, quæ tria sunt, vt dictũ est. Nam, multi philosopho vt Socrates &c. diuitias contempserũt, non tamen perfecti fuerunt, nisi secuti fuisset dominũ, sed est proprium apostolorum secundũ Bea. Hier. in homilia super euangelio. Ecce nos relinquimus omnia.

Religiose domus sunt domus & monasteria Christiane fidei, & alia similia pia loca ad pios vsus religionis deputata, quocunque nomine censeantur. Et secundum Gof. religiose domus dicuntur monasteria, templa, hospitalia, & alia loca, vt supra, & in cap. de xenodochiis. eo. tit. & C. de episc. & cleri. in l. omnia oratoria. Etiã illa quæ aliqui ex deuotione in propriis domibus episcopi autoritate constituunt, loca religiosa sunt, vt. 62. distin. oratorium.

Religiosus locus est in quo mortuus sepultus est, vel etiam caput eius, vt ff. de religio. & sumptib. funere per totum. vnde mortuo illato in prædium, ipsum religiosum efficitur & pignori obligari non potest C. quæ res quæ pign. oblig. poss. l. j. potest ius vel vsusfructus talis prædij pignori obligari vel vendi vt nota. ibi. fa. l. quid ergo. §. sed si mortuum. ff. de leg. j.

Relinquere verbũ proprie est in vlti. voluntate. ff. de tab. exhib. l. 2. C. de sacrosan. eccl. l. j. & l. iubemus. §. fi. in vlti. gloss. item adde de hoc verbo relinquo, Bart. in l. illa institutio. ff. de hered. instit.

Reliquum seu residuum aliquando totum admittit, vt l. 2. C. de hered. instituen. aliquando nihil addit si nil reperiatur. ff. de heredi. instit. l. item quod sabinus. §. sed si. Item adde quid veniat reliquorum appellatione. Barto. in l. offidius. ff. de legatis. 3.

Remissio est cause commisse ad committentẽ factam missio. Item quãdoque significat idem quod indulgentia secundum Spec. & sic sumitur in ti. de penit. & remiss.

Remuneratio non fit secundum opera, sed quo ad intẽtiones. Nã dꝰ non remunerat bonũ quod fit, sed bonũ quod bene fit. Ideo dicitur ꝙ deus nõ est remunerator nominum, sed aduerbiorum, vt de collusio. c. j. vbi glo. neq; ad actus deus respicit, sed ad cor, & ad spõtaneas voluntates. 15. q. 6. c. in fi.

Renuntiare est remittere vel negare. require supra lex aquilia. vnde dicitur. Liberum est vnicuiq; iuri suo renũtiare, id est remittere ius suum & negare eo se velle vit. vt in ca. ad apostolicam. de regula. & 7. q. j. quam periculosum. de foro compe. si diligenti. non tamen potest quis renuntiare iuri suo cum ex sua renuntiatione etiam iuri alterius periudiciũ generetur, nec his per quæ deo & homini obliga

tur,

tur, vt votis pollicitationibus iuramentis cõuentionibus compromissis,& matrimonio. quamuis iuri exigendi debitum bene renuntiare possit. c. quodam.de cõuers. coniu. Item renuntians beneficio non potest illud repetere. c. super hoc.de renun. nisi vi vel metu renuntiauerit.tunc enim ipsum non admitti,vt c.proxi.prealleg.& ca. accepta,de rest.spol.& potest quis renuntiare beneficio personali,nõ illi quod est collegio indultum de pacto non facto. & de hoc in ca. si diligenti prælleg.

Renuntiatio proprie est rei vel iuris spontanea refutatio, & potest fieri per illum ad quem pertinet illud cui renuntiatur,alias generaliter renuntiatio potest fieri per quem licet de re sua, vel iure prò. prio, vt.6.q.j.quam periculosum. C.de pact. l.si quis in conscribendo.c.ad apostolicam. & ca. si diligenti.prælleg.

Rhenus flumen est per Bononian.seu Alemanian currens.ff.de euict.lucius.& insti.de re.di.§.2.in glo.

Repetiito capitur in iure pro reacceptione in testamento, vel substitutione heredum, vt dum quęritur de receptione emolumẽti, oneris conditionis,modi vel alterius qualitatis, & siguificat eodem modo quo probabiliter significati cõcluditur.v.g.testator hęredẽ instituit qui legata ab eo relinquit, & vulgariter ei substituit ibi repetitio facta censetur a substituto, vt in l. licet.ff.de legat.j. & ratio sumitur ex voluntate in substitutione. Itẽ ibi testator hæredem instituit titium & ab eo nomine proprio legata relinquit, vulgariterq; ei substituit ibi non censetur repetitio facta substituto, vt l. j. §.id quod ibi nominatim.ff.ad l.falci.de hoc vide no.in l.licet.præall.per Bart. vbi multos ponit casus.

Replicatio secundum Spec. eo.tit. de excep. multum est exceptionis facte excluſio,& sic est quædam exceptio competens actori contra exceptionem rei, & istam semper opponit actor & contra replicationem actoris datur duplicatio reo, & iterum contra duplicationem rei datur actori triplicatio, & sic in infinitum extendere licet.insti. eo.tit.in princip. de replicatione. vide Ioã.and.per modum summe in c.nobis.de excep.

Replicans non videtur fateri ea quæ in replicatione includuntur. Panormitanns in cap.cum venerabilis. in. 7.col.versic.tertio limitari potest de except.

Repromißio est promissionis iam facte confirmatio. vide supra promissio.

Represalia est potestas pignorandi contra quem licet de terra.debitoris data creditori pro iniuriis & damnis. De his represaliis dicitur de iniu.& dam.da.c.si pignorationes.lib.6. vbi prohibentur extendi contra personas ecclesiasticas sub pena excommunicationis, vel interdicti. Vnde breuiter represalia dicuntur quãdo aliquis oriundus de vna terra spoliatur.vel dãnificatur ab alio oriundo de alia terra,vel etiam si debitum nõ soluerit ei, tunc enim datur potestas isti spoliato ꝙ vbi satisfaciat contra quemliber in terra, illa vnde est spoliator vel debitor.

Repudium est renuntiatio ab vxore remissa marito, vel econtra, quia mittẽs cõditioni alterius petit renuntiari. Item dici potest repudiũ quod sub testimonio triũ testium vel a presenti remittitur. Etiam repudium est residentium discordantia.

dantia. Inde dicitur libellus repudij ſcriptura in quo alter alterius conditioni renuntiat, in libello autem repudii ſcribebantur hæc verba. ſ. res tuas tibi habeo eſt, vel res tuas tibi agito, nec tamen põt mulier mittere repudium niſi cauſa approbata, ut ſi forte maritus propter naturalem imbecillitatem minime poſſit, in libello diſcutiendorum ſpõſalio hæc uerba erant in vſu conditione tua nũ utar ff. de diuor. & rep. l. 2. Quæ autem ſit differentia inter diuortium, & repudium, no. ff. eo. ti. in rub.

Repudiare eſt ſpernere, reſpuerunt, vel dedi.

Reputatio ſcđm Pla. eſt compenſatio vt l. j. ff. de ſolutio. vel ſecundum Azon. reputatio. i. reſtauratio, vel ſecundum Accur. eſt computatio.

Res eſt verbum gñale vt ff. ſi cer. pet. l. j. & in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. C. manu. l. in re mã data. C. de bis qui vt iudi. polla. in prin. Item res deterior reddita nõ videtur. ff. commoda. l. 3. §. primo & ff. depoſiti. l. j. §. ijs etiã res ſua nemini ſeru. l. in re communi. ff. de ſerui. vrba prædio.

Res iudicata ſecundum Azo. eod. tit. dicitur ſententia quæ finem cõtro uerſiarum pronuntiatione iudicis accipit, vt ff. eo. ti. l. j. Vel eſt quod condemnatione vel abſolutione coniungit. Et addunt quidam, ſi nullo iuris medio ſententia poſſit attentari, aut lapſis. x. diebus poſſit reformari, Sed hoc non placet Azo. Item res iudicata eſt a iudice eius quod in iudicio deductum eſt ratione, per eum adiudicatio. vt d. l. j. cum ibi not. Nam ibi notatur quòd res iudicata non eſt ſententia, ſed id quod eſt deciſum pronũciatione iudicis Snĩa Goffr. eſt diſpoſitio vel pronunciatio iudicis legaliter declarata, licet gl. videat hoc ignoraſſe. Ex quo ſequitur, q̃ interlocutoria non põt appellari res iudicata quia non capit finem controuerſiarium, licet quandoq; & interlocutoria cauſa diffiniatur. Nec ſententie arbitrorum dicuntur res iudicate, quia non imponunt finem. Nam per ſolutionem pœne poteſt reſiliri.

Res communes naturali iure dicuntur quarũ vſus oĩbus aĩalibus eſt cõis, vt aer, aqua profluens & mare, & eius littora, ſecundum Azo. & inſtit. de rerum diui. §. flumina autem & ff. de acqui. re. do. l. j.

Res publice dicuntur quę ſunt omnium populorum, & hominum tã tum, vt ſunt flumina & portus, & quæ ſunt dedicata viſibus populi, vt forum ſtadium.

Res ſancte dicuntur quæ ab oĩ leſione munite ſunt ut muri & porte ci uitatis quo iõ ſancte dicũtur quia pœna ſanguinis cõſtituta eſt cõtra eos ſeu aduerſus eos qui aliquid ĩ his delinquunt violãdo vel aliud cõmittendo, vel tales res traſcendendo ſcalis admoris, vel etiam aliquid in eorum leſionem auferẽdo, vel qualibet alia ratione occupando, vt inſtit. de rer. diuiſi. §. ſi quis vero Nam ibi ciues romanos alia quã p portas egredi nõ dicet, cum iſtud hoſtile & abominandum eſt nam & rhenus & frater Romuli occiſus traditur ob id quod murrum tranſcendere, vòluit vnde Lucanus. Fraterno primi maduerunt, ſanguine muri.

Res ſacre dicũtur quæ rite deo p̃ pontifices cõſecrate ſunt, vt edes ſacre & alia dona pia quæ ad diuina miſteria conſeruanda dedicata ſunt vt cruces & thuribula, quæ etiam alienari prohibentur, excepta cauſa redemptionis captiuorũ, vt C.

de

de cap.& poſtli.reuer.l.ab hoſtib. & l fi.de hoc vide c.j.de pig.& ibi gl.Et pro hoc etiam vide inſti. de rer.di.§.ſacra res & in glo.

Res religioſe ſepulchra ſunt,in quib. homines ſepeliuntur,vt inſtitu.de rerum dini.§.relig.

Res ſoli eſt res immobilis,vt ff. de diuer.& temp præſc.l. quibuſdam.

Res emphyteotica eſt res emphyteotice conditioni ſubiecta.ſ.illa quã eccleſia vel aliquis dominus dominio & proprietate retenta conceſſit emphyteote quãtum ad ſolam poſ.vnde ſi hic emphyteota rem illam in aliam perſonam tranſponere vult non poteſt tradere eã.i. dominium transferre, eo quòd ipſe nec habet, nec habuit illud, & ideo alteri dare non poteſt, quia nemo in alium plus iuris trãsferre poteſt quam ipſe habet vt in litera nemo plus de reg. iur. lib.6.

Reſarcire eſt reſtaurare,vnde dicitur compelli debes mihi damnum reſarcire.i.reſtituere.

Reſtitutio in integrum require ſupra in integrum reſti. & datur tam eccleſia quam minorib. ratione etatis quarę eſt prioris ſtatus vel iuris integratio , quia ſuccurritur per reſtitutionis auxilium minoribus.25.au.& etiam eccleſiis, quæ minorum iure cenſentur , ſemper .n.eccleſia debes iure minoris ille ſa ſeruari,vt in c.j.eo.ti.& reſtituitur minori vel eccleſia ſiue ledatur,ſiue decipiatur ipſe minor , ſiue tutor ſiue procurator eius , vel ſi prælatus,ſyndicus,economus eccleſie decipiatur, nam dictum perſone non debet in detrimentũ eccleſie redũdare, in regula delictũ. de re.iu.li.6.& ſi reſtitutio fit iure minoris, differt ab ea reſtitutione quę fit iure maioris,qa iure prima datur officio iudicis deficiẽte actionem,ſeccunda vero habet actionẽ ſubiure.ſ.vtilem,officio iudicis accedẽ,vt in c.cum veniſſent de inte.reſt.in gl.verbi reſtituimus. Etiam reſtitutio quandoque , petitur vbi nulla poſſeſſio poteſt eſſe,vt cum petitur reſtitutio cõſanguinei,vt c.cum ueniſſent.eo. tit. in gl.in c. in literis de reſti. ſpo.

Reſtituere in integrum Require ſupra de l.

Res dicitur in contractu venditionis adhuc eſſe integra quando res nõ eſt in toto vel in parte tradita , & pretium in toto vel in parte non ſolutum,licet contractus ſit factus aliter etiam dicitur res integra reſpectu iudiciis , quando lis nondũ ſuper tali re accepta eſt. videlicet ante lit.conteſ.vt in c. ex inſinuatione de procur.

Reſcriptum ſecundum Goſ.eſt mandatum principis quod ad inſtantiam alicuius vel aliquorum, ſiue proprio motu,vel ex relationibus abſentium, vel ex ſuggeſtionibus præſentium , vel ad alicuius conſultationem facit , vel cum alicui vel aliquibus corpori collegio vniuerſitati vel ciuitati aliquid, mandatur vel indulgetur, talia.n. ius faciunt,non generale ſed ſpeciale in negotiis & inter perſonas in quibus & inter quas promulgata ſunt vt C.de legi.& conſtit.l.2. Et no.reſcriptum capitur tripliciter.Primo generaliter,& ſic quælibet ſcriptura continens aliquam diſpoſitionem ſuperioris dicitur reſcriptum , & ſic idem eſt quod ſcriptum & ſecundum hoc ſi papa reſpõdeat etiam de iure dicitur reſcriptũ.Secundo minus generaliter,vt cõcernit ti.de reſcrip. & ſic eſt ſcriptum ſuper negotio vel negotiis particularibus alicuius, vel aliquorũ,ſiue ſingulorũ, ſiue vniuerſi-

uersitatis, siue motu proprio siue ad instantiam, siue causa cognita, siue non cognita, a superiore emanans, siue aliquid iuris tribuat siue tribuat solum exercitium iuris alicui cõpetentis, & ita comprehendit rescriptum ad lites, de quo de rescrip. in cle. j. & 2. Si autem super literis plerũque similib. & dicitur rescriptum ad beneficia. de quo. e. titu. super liter. prẽall. & comprehendit etiam annotationẽ, & pragmaticam sanctionem. Tertio capitur specialiter & stricte pro scriptura continente dispositionẽ per quã datur iudex, nec aliquid aliud conceditur, nisi vt coram illo iudice ius tibi competens consequaris & hoc dicitur rescriptum ad lites, quod datur alicui ad confirmationem sui iuris. de quo in cap. super literis. eod. titu. & sic est species districta a priuilegio (quod concedit aliquod ius particulare contra ius commune) & a rescripto ad beneficia quod magis proprie comparatur priuilegio verbi gra. iure scripto alicui concessio cauetur quòd iudicem adire potest. Ex his verbis non imponitur necessitas iudici suscipiende cognitionis, vt l. sepe. ff. de offi. præsi. ratio, quia verba ista significãt in potestate eius esse cui concedetur iudicem adire, nõ autẽ in necessitate iudicis cognoscere. Similiter in rescripto cauetur quòd adire debes iudicem, vt not. in l. sepe. prẽalleg. quia de iure communi non imponitur alicui necessitas agendi, nec illa verba significant necessitatem imponi iudici suscipiende cognitionis. Item principis alicui concedit iudicem extra ordinarium, quia iste cui conceditur asserebat ordinarium susceptum, vel impeditum multis negotijs, siue inuitum, & sic intelligitur obtinere concessionem si præces veritati innitantur, vt in l. fi. C. de diuer. rescri. Ratio quia conceditur tanquàm ex vera causa, igitur si non est vera, non cõceditur. ex quo patet quòd sic conceditur illo expresso mendaciter vel per ignorantiam, quo non expresso vel tacito illo quo expresso non concederetur, tunc nõ censetur concessum. de hoc vide c. super literis. eod. tit. Item ibi princeps cõcedit alicui quòd possit vti frui rebus suis. nõ valet l. vnica. de thes. lib. 10. Ratio, quia nil potest operari, eo quòd illud quod conceditur, iure cõmuni habetur. nam frustra precibus impetratur quod iure cõmuni conceditur l. vnica. præal. & ff. de mi. in cause 2. & l. cũ sup C. de rei ven. Et prædicta vera sunt de vnico rescripto. Si vero plura sunt contraria, vel diuersa, siue vnũ alteri derogans vel vtrunque valet, vel alterum tantũ. verb. gra. quidã impetrauit gratiã ad beneficia vnius collationis, impetrat secundo aliam ad beneficia alterius collationis. Si secundũ facit mentionem de primo, valet vtrunque vt c. in nostra. de rescr. & rescriptũ in ecclesiasticis potest concedere papa, & in secularibus imperator. vnde etiam rescriptũ dicitur quo imperator vel alter ꝑcibus & supplicationibus alicuius respõdens, rescribit ei fieri vel non fieri debere ꝙ postulat. Et not. ꝙ in rescripto semper intelligi debet si preces veritati innitantur, vt si ita est c. 2. eo. tit. in tex. & glo. Et ponitur ibi hæc clausula si ita est, debet referri ad omnia præcedenti secundum Ber. in c. olim. eod. tit. Ponuntur tamen ibi opi. in gl. Item hæc clausula & quidã alij talis diocesis non extendit se ad illos de ciuita-

te,

te,nisi dicatur,& quidam alij de ciuitate &dioceſi.Secus ſi diceretur talis epiſcopatus,vt in cap.Rodulphus eod.titu.in gl.Item hæc clauſula ſi pro alio non ſcripſerimus, ſemper debet intelligi in reſcripto quando papa ſcribit q̃ prouideatur alicui de beneficio in eccleſia aliqua etiam ſi non apponatur. Si vero papavelit alicui facere gratiã plenam,tunc ſcribat non obſtante quod alias dixerimus ſcripta noſtra c.mandatum.eo.tit.in gl.Item hanc clauſulã generalem.quidam alij non ponunt plures quàm quatuor citati,quorum etiam nomina debent in primo citatorio nominari vel exprimi. in c.cũ multis eo. tit.lib.6.in tex.& in glo.olim trahebantur 40.ar.de teſti.cum cauſam.& c.ſignificauerunt. de cler. excom.c.latrones. Et ratio quare reſtricta ſit citatio ad quatuor eſt arbitraria l.non omniũ ff.de legi. potuit.n.plus vel minus reſtringi vel reddere rõnẽ ſimilitudinariam quàm habes de conſan.& affi.cap. non debet.Tamen ſecundum Ber. ſuper re indiuiſibili.ſ.iudicio diui. fa.herc.poſſunt per generalẽ clauſulam vltra quatuor euocari ad iudicium.Itẽ oẽs vltra illos quatuor qui ius habent in re poſſunt agere vel defendere pro iudi.c.cũ ſuper. de offi.deleg.ſuper eo.de elect.c.j. Idẽ Hoſt.& Archid.Sed pene quatuor expreſſit,poſtea alium conuenit,nihil excipitur, an valeat iudicium.vide ibidẽ in gl.Itẽ in reſcriptis debet ſeruari ordo ſcripture cap.cum dilecta.eo.tit.in gl.verb. tranſponẽtes.Et Io.An.ſuper hoc plures alias ſentẽtias inſer.de hoc vide de elec.gñali.lib 6.tãdẽ dicit q̃ maſculinũ ſubiectũ a canone cõprehendat fœminas, quod ꝓbatur 16.q.7.ſi quis ſuadente.iunct.ca. mulieres. de ſenten.excom.quod eſt verum niſi eadem cõſtitutione ſemina excipiatur vide c.indemnitatibus §.ſed eas.de elect.lib.6.

Reſidere in eccleſia ſecundum Goffr. eſt in eccleſia deſeruire beneficio & eccieſie curã habere c.conquerente.de cler.nõ reſi.parum.n.eſt reſidere niſi reſidens curã habeat eccleſie in qua beneficium habet vel perſonarum,vt in c.nõnulli.de cler.non reſi Debet autem reſidere per ſeipſum, non per vicarium c.quia nonnulli prẽal.nam per vicariũ deſeruire non licet niſi in caſibus, vt cum ex indulgentia ſpeciali competit alicui non reſidere vel cum conſuetudo excuſat non reſidentem, vel cum eccleſia dependet ex præbenda, vel cum perſona ſine culpa ſua incidit in debilitatem, deformitatem vel morbum vt per ſe de ſeruire non poſſit, vel cum neceſſaria profectio imminet, vel etiam voluntaria vtilis tamen & honeſta vt ſtudiorum vel peregrinationis cauſa cũ licentia tamen prẽlati vel conſenſu capituli,vt nota.Gof.in ſum.de offic.vicar.§. nũc videndum.Sunt ergo clerici non reſidentes qui in eccleſijs in quibus intitulati ſunt non faciunt reſidentiam, & ſi perſonaliter reſident, non tamen deſeruiunt beneficio, nec eccleſiæ curam habent, & quamuis vicarius non det vicarium.(cap. clericos.de offic.vica.cum illud ſit ſatis abſonum & abſurdum) tamen Ioan.an.in cle.vnic.de offic.vica. in gloſ.ſuper verbo ſacerdotum. putat contrarium per cap.cum ex eod.de elect.lib.6.vbi epiſcopi generaliter cum his qui obtinent eccleſias diſpenſant & vbi ratio

com-

communis ibi idem ius.c.translato de constit.& sic cum per septennium dispensatur cum vicario vicarius non dat vicarium, sed episcopus dispensans dat eum secundum Ioan.an.ibidem.

Responsa prudæntium sunt quæ iuris consul.respondere dicuntur cõsulentibus.§.constat.& ca.responsa dist.2.vnde etiam responsa Pauli dicta sunt.Fuerunt enim quidam prudentes & arbitri æquitatis qui institutiones iuris ciuilis ẹdiderũt quibus diffidentium lites & contentiones.sopirentur secundũ Isidoro.lib.5.ætymo.cap.14.

Retiarius potest dici ille qui facit rete ad pisces capiendos,vt patet.in l.si iactum.ff.de act.empt. Sic etiã retiarius dictus est aliter ex gladiatoribus qui fugientem vel fugam simulantem sequeretur vt rite immitteret, quod genus pugne primo a pitraco mittilineo vno ex septem sapientibus institutum est, de quo Valer.maxi. in primo, & Festus,Retiario(inquiens)pugnanti aduersus Mirmilonem cãtatur. Non te peto, piscem peto, quid me fugis galle? Interprætatio tamen illa est melior vt arate tatiarium de ducamus.quemadmodum a naui nauicularius formatur le.j. ff.quod cuiusque vni.nomi.piscatores enim communiter ratem habẽt.quod etiam innuit Sceuo.in l. periculi pretium.ff.de nau.feno.

Reus est qui defendit & propulsat actionem vel accusationem, non a reatu dictus sed a re quę petitur ab eo,præstanda vel super qua ipse impetitur quia quòd vis conscius sceleris non sit reus tamen dicitur quandiu in iudicium pro re aliqua petitus,vt cap.forus.de verb.sign. ad fin.15.quæstio.3.c.vltim.3.qõ. 11.cap.non est.Etiam quandoque reus a reatu dicitur ille. videlicet qui conuincitur criminosus cap.j. de re iudic.lib.6.vel sic. Reus est ille qui necessario se habet defendere cap.dilecti filij.de except. & sic dicitur a re quam ipse defendit cap.forus.præal.

Reus promittendi dicitur qui stipulatur,& dicitur a re vel firmitate, quia firmiter & omninoverum est eum stipulatum vel obligatum,nã reus significat firmitatem,vt dicit Virgil.Voti reus.& Azo.C.de duobus reis stipulan.in sum.

Reuerentia est honor qui exhibetur cum pauore cap.2.de offic.delega. lib.6.per Archid.in cap. decet.de immu.eccles.& est exhibenda patri & patrono tamviuo quàm mortuo.l.apud celsum. §.aduersus.ff. de doli.excep.

Reuocare domum est allegare & dicere se nõ posse compelli eo loco quo conuenitur ad litem suscipiendam, sed remitti ad locum in quo domicilium habet. Inde dicuntur legatos qui Romam mittuntur, non debere conueniri ipsis inuitis sed habere ius reuocandi domum. De hoc vide cap.fin.de for.comp.

Rex vel imperator potest quilibet dici in domo sua, vt in capit.duo sunt. Ioan. And. in ca.venerabilis. de elect.

DE RANTE I.

Rigor iuris obseruandus est in duobus casibus scilicet cum populus inde scandalizatus est cap.cum teneantur.de præben.ca.cum nobis de præscri.Secundo quando imultis grassantibus opus est exemplo cap.vt clericorum.de vi.& honest. cler. Et nota quot rigor iuris quã doq; ponitur pro solennitate & ordine iuris communis, habito respectu ad rescriptum pape.c.supert literis.de rescri. Secundo ponitur pro

pro auſteritate cõtraria diſpoſitioni, alias depenſationi & miſericordie, & ad aliorum terrorem inducta. Tertio pro ſtricto ordine iuris communis, & ſic ſumitur in cap. ſi clericus, de foro comp. & not. glo. in cap. vt conſtitueretur. l. diſtin. Riuus dicitur locus per longitudinem depreſſius de quo aqua decurrit in l. j §. 5. ff. de riuis.

R*iuales* ſunt qui per eundem riuum aquam deducũt l. j. §. ſi inter riuales. ff. de aqua quoti. & eſti. & cap. honorandus 32. quæſtio. 2. vbi no. quod etiam riuales dicuntur illi q̃ exquiſita libidine cum eadem muliere conſuetudine habent.

R*ixa* ex litibus & contentione naſcitur l. ſeruus ff. de act. & oblig. & eſt inter duos l. prætor cuius. §. j. ff. vi bono. rap. & l. ſi non conuitij. C. de iniur.

DE RANTE O.

R*obur* eſt debita proportio omnium ſuorum membrorum ſecundũ Egi. de regimine princip. c. 13. habetur inſtit. de don. §. perficiuntur. & de tranſact. cap. j.

R*hodos* inſula eſt in qua antiquitus vſus mercatorum fuit & inde dicuntur leges Rhodie, vt not. ff. ad l. rho. de iac.

R*odius* eſt genus piſcis cuius sãguis valet & ad tingendum veſtes. vt in cap. de veſti. olob. & de au. li. 11.

R*ogo* capitur quandoq; pro præcipio 11. quæſtio. 3. rogo. quãuis qui exhortatur mandatoris operã non fungatur. ff. de his qui not. infa. l. ob. hæc verba.

R*ogus*. vide 23. q. 7. conuenior. ſuper ver. buſto. vbi gloſſ. quòd buſtum dicitur cum res eſt exuſta, rogus cum combutitur, pyra eſt congeries lignorum ad comburendum. vide ibi Archid.

R*oma* eſt communis patria l. Roma. ff. ad muni. & in c. expoſuit. de dila. ſecundum Innoc. & c. vlt. de foro comp. vbi dicitur Roma mater & magiſtra omnium eccleſiarum cap. baſilicas. de conſec. diſtin. i. Et quod dicitur. Vbi papa, ibi Roma, ſecundum Inno. in c. enim de iure iuran. dicit. Ludo. de Rom. pro hoc non eſſe in mundo aliquem text. licet multi multos allegent. Et de præminentiis Pape vide per Bald. in l. reſcripta. C. de præci. impe. offer. Bene dicit glo. Roma caput auaritie. cunctos pueros doli capaces generat, vt in l. ſequitur dicere. ff. de vſucap. gloſ. ſuper ver. animum poſſidendi.

R*ome* diuinitus apoſtolica ſedes eſt eſt collocata. Pau. in cap. per venerabilem. in 3. col. qui filii ſint legi.

R*oſtrum* dicitur forus cauſarum vbi cauſe tenentur vel tractantur.

DE RANTE V.

R*ubrica* eſt qua legum tituli & capita notantur a terra rubei coloris & minio proxima. Quæ aliquando generalior eſt nigro. inſtitu. de iuſt. & iur. in princip. §. & iu.

R*udera* ſunt ea quæ eiiciuntur domi mus diſcuſsis, vel a domo mundata cum ſcopis vel fragmenta lapidum vel demolimenta cementorum, vel folia fauille pulueres.

R*umor* ſecundum Specu. de notorio crimine eſt particularis aſſertio, vel inſinuatio ex ſola ſuſpitione & incerto authore proueniens capit. ſuper eod. de eo qui coga. conſan. 15. ſacro. & hic minus probat quàm fama, quia fama eſt communis aſſertio, rumor vero cum pauci aliquid, non tamen publice dicunt, & ideo non probat, ſed ſolam ſuſpitionem & præſumptionem inducit.

R*uſticani* ſunt idem quòd ruſtici. C. de ruſti. li. 11. & ruſticitari par-

cendum est. C. de testamentis l. fi. in prin. & l. ex quacunq;. ff. si quis in ius voc. non ierit. Et dicit do. Cato. circa l. prę alleg. q̄ consuetudo rusticorum est vt non equi, etiam, ergo expense in factis alicuius pro æquitatu non debent eis refici, vt est glo. in l. idemque. §. idem iabeo ff. mandati. Item in l. seruis. 2. ff. de legat. 3. vbi gloss'. q̄ rustici non vtuntur panibus albis, sed grosso & alijs caseo cepis & fabis, & non pullis vel alijs cibarijs delicatis, secundum Accu. ibidē. C. de episc. audien. l. iudices.

Rustica prædia. Require supra rustica.

Ruinacesa sunt quę ceduntur vel eruuntur. ff. de actio. emptio. l. si fundus. § si. rupta.

Rursus. id est iterum vel quotiescunque, & significat prout significatum proprium vel aliud medium significare declarat verbi gratia testator reliquit alicui 10. & si perdiderit, rursus ei reliquit, dicit text. quòd non amplius quam semel postquam perdiderit est iuuandus. Et sic dictio rursus aliquando verificatur in vna vice l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. 3 Ratio, quia nisi sic significaret heres grauaretur sepius nouā quantitatem præstando quod non est verisimile testatorem voluisse &c. Et tantum de R.

DE S ANTE A.

SAccvlari dicuntur qui vetitas artes exercentes, & sæculo partem subducunt, & partem subtrahunt, vel distrahunt, vt ff. de extraordi. crimi. l. secularij.

Sacra quę sint. Require supra res sacre

Sacrarium est locus in quo sacra ponuntur.

Sacer locus dicitur qui manet sacer etiam dirupto edificio. Quomodo autem desinat esse sacer. vide glos. inst. de re. diui. §. locus.

Sacrum oraculum dicitur rescriptū imperatoris quod orando quis impetrauit, vel est idem quod rescriptum.

Sacramentum est sacre r i signum. Et qualiter differant sacramentum, signum sacrificium & mysterium probatur j. q. i. multi de consecra. dist. 2. ca. sacrificium. & c. signum. Et nota quod sacramentum veritatem quędam dicunt nō esse apud hereticos 24. q. j. chrisma. j. q. j. extra ecclesiam. Hugo. tamē dicit q̄ hereticis habent veritatē sacramentorū, sed non executionem eorum de consecra. distin. 4. sicut in sacramentis, & not. j. q. j. qui perfectionem. & c. dominus. & 19. dist. ca. 2. Item ad sacramentum dignitatis, scilicet ordinis tantū dignitate admittuntur. Ratio quia illud sacramentū non solū propter, se sed etiā ꝓpter alios suscipitur. j. q. j. §. apparet. Alia aūt liberius conferuntur, quia propter se tantum recipiuntur, & effectus eorum est vt talia sint accipientibus quali corde & conscientia sumuntur, vt in §. præal. & quæ sint sacramēta reiterabilia, & quæ non, not. extra de sacramentis reitera. super rubr.

Sacra annotatio dicitur rescriptum quod imperator proprio mentis motu alicui indulget constituens ſm præces illius aliquid fieri vel non fieri. Vide supra rescriptum.

Sacrificium dicitur quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam dominice passionis. prima quęst. j. cap. multi.

Sacerdos hoc nomine intelliguntur quandoque inferiores, & nomine cleri-

clericorum ſuperiores,& componitur ex dictionibus græca, dos id eſt datio. & latina, ſacer.vt 21.diſtinct.cleros. ſicut enim rex a regendo, ſic ſacerdos a ſacriſicando dictus eſt.Et ſacerdotes gentilium dicebantur flamines, quaſi filamines a filo quod gerebant in capite in ſignum ſacerdotij, & aliqui fuerunt protoflamines.vt in c.cleros præal.Et no.q̃ ſacerdos debet eſſe prudens triplici peritia ſcilicet ſacra ſcriptura ad ſubditorum animas informandas 26.q.2.ca.eccle. & c.ſi quis. & per totum. ergo in eccleſia metropolitana tenentur doctores theologie.Secundo in ſeculari ſcientia, vt ſciat diſcernere verum a falſo, & viam habeat ad ſcientias pietatis maxime ad triuium.non ad declarationem, vel ad voluptatem.ſ.ad quadriuium. 37.di.§.cur ergo.& §.ſed econtra. & c.turbat.Et ergo in cathedralibus eccleſijs haberi debent magiſtri artium liberalium magis ad triuium quàm ad quadriuium.docendum,cuius ratio patet.ſupra,& 37.diſt.ſi quis artem. vbi dicitur in fi.Grammaticorum autem doctrina poteſt etiam proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vſus aſſumpta, & ſic etiam authores gentiles legi poſſunt dum bonum ibi repertum ad bonos vſus cõuertatur,quia bonum eſt,non quia illi dixerunt capit. turba.prẽalleg. Et ſic Paulus ſepius in ſuis epiſtolis inſerit aliquis ex poetis, vt in epiſtola ad Titũ epimenidis.Cretenſes ſemper mendaces malebeſtie.ventres pigri.Et ad Corin.Sepe bonos mores corrumpunt colloquia praua.& Hier.inſeritverſus Virgilij.c.nunquã de conſe.diſt.5. & authoritates Bal.& Hi.ca.di.ne tales.Etiam Augu.vtitur verſibus Lucani c.nec mirum.circa.princ. 26.q.5.Sed de legali & phyſica,vide.c.ſuper Spec.in cler.vel mona. Tertio in ſingularibus negotijs, quia etiam temporalia debent ſubditis miniſtrare & neceſſitatẽ patientibus.vt 39.diſtinctio. per totum.& 86.diſtinct.cap.fratrem. & cap.niſi de renuntia.

Sacerdotes in diuinis eloquijs aliquã do dij, aliquando angeli vocantur,& a regibus ſunt honorandi, non iudicandi,dicente Conſtantino imperatore.Dignum nõ eſt vt nos iudicemus deos. 12.queſtione prima ſacerdotibus Etiã ſumitur ſacerdos quandoque in malo.C.de male.& math.l.nullus aruſpex.vbi ponitur pro incantatore.

Sacer locus dicitur qui rite per pontifices conſecratus eſt lege ſecunda.ff.ne quid in loc.ſacro.& §.nullus.inſti.de re.diui.& differt locus ſacer a ſancto, vt colligitur in gl. lege ſecunda.§.interdicta.ff.de re interdi.

Sacrarium eſt locus in quo ſacra reponuntur.l.j.ff.ne quid in loc.ſac. vel dic quòd eſt illa pars quę eſt prope altare in qua ſunt clerici ad celebrandum propter ſacramenta quę ibi conficiuntur, & quia in altari maiori(cum ſoleat eſſe ſacrarium)includuntur reliquie.de conſec.eccle.vel alta.per totum.doc. in cap.j.gl.fi.de vita & ho.cle.

Sacra ſcriptura continet ſolũ libros veteris & noui teſtamenti. & non alios & ratio redditur in cap.quis neſciat.9.diſtin.

Sacramenta eccleſie ſunt ſeptem,duo voluntaria & quinque neceſſaria. not.gloſſ.in ca.veniens. de tranſ. & j.q.j.§.notandum.laicus in neceſſitate poteſt conferre duo.ſ.baptiſma & penitentiam, alia autem non põt etiã neceſſitatis tempore.

not.do.in cap.quanto.de cõsuetudine maxime Pan.in 2.col.& in d. cap.veniens. & in capi.pastoralis. §.præterea. vbi etiam Barba. de offic.delegat.

Sacrilegium, de iure ciuili est cum sacrum de sacro tollitur.l.4.ff.ad l. iul.de pec.& l.aut facta.§.locus ff. de pen.& C.de crimi.sacrileg. per totum de iure canonico quid sit, vide.cap.si quis contumax.§.sacrilegium.iuncto ca. se.17.qõ.4.vide Alb.in suo dictionario in dictione sacrilegium.

Sacrilegium dicitur quasi sacrum ledens vel sacrum legens,id est, furans de quo.17.q.4.per totum. & maxime in c.quisquis ad fin.Et est crimen mixtum vt supra dictũ est de crimine.vide bonam gl.in cap. sunt qui opes.17.qõ.4.vbi dantur descriptiones sacrilegij, & pœna committẽtis id est,sum.& melius. in c.sacrilegium.ea.qõ.in glo.j.

Sanguinis munitio necessaria est ad morbum euitandum in multum repletis secundum Hippocratem de consec.dist.5.ne tales,vbi Hie. recommendat cibi parcitatem & reprehendit gulositatem ostendens commoda parcitatis & incommoda gulositatis.Et de sanguinis minutione dicitur in cap.cum ad monasteriũ.de stat.mona. vbi potest concedit carnium esus monacho minuẽti.Et ibi Fran.de zaba.alle. Vincen. dicentem reuelatum per Angelũ ꝙ qui minuit.13.Februarij, non morietur illo anno ex febrili distemperantia,& dicit quòd propter hoc aliqui faciunt se minui etiam non indigentes quo nihil stultius esse potest quia munitione vita decurtatur,& sensus visus maxime offenditur, hoc zabarel.ibi.

Sagmina sunt quędam herbe quas legati populi romani portabãt interlocutores pacis,quia nemo alias herbas portantes ledebat sicut legati græcorum solebant ea quæ vocantur cerytie terre.ff.de rerũ diui.l.sanctum.

Solarium est vectigal domiciliorum dictum quasi solarium a nomine solum,eo quòd redditur & impeditur pro solo nomine pensionis.Alias ponitur pro præmio vel pro mercede laboris, & pro remuneratione vt salarium aduocatorum. l.salarium ff.manda.quandoque ꝑ solatio.l.per hanc.C.de erog.mili. anno. aliquando pro expensis.l.si cum dotem.ff.sol.matr.aliquando pro honore ex parte eius cui debetur.l.si remunerandi.ff.manda.

Salubris dicitur quasi salutis vber.secundum glo.in cle.dudũ.de sepul.

Salinaria dicuntur ea quæ dantur ꝑ sale. Etiam dicuntur portoria.Require supra Portorium.

Saltus. tui est densitas altarum arborum, dicitur nemus ratas habens arbores,vbi fere canes & venatores saliũt.Vnde.est nemus saltus,salientis dicitur actus.Et dicitur a salio salis,eo ꝙ exiliat in altum.& in sublime cõsurgat, secundum Isid. lib.14.cap.6.& inde venit fundus saltuensis.C.de fun.pa. & saltuen.lib.11. Etiam dicuntur talia loca viuaria & foreste,vt cle. in agro.de statu monacho. Et est duplex saltus scilicet hybernus, & estiuus.

Saltuensis dicuntur conductores pratorum,coloni vero prędiorum lege tertia.C.qui melita.nõ possunt & lege tertia.§.saltus.ff.de acqui. possessione l.creditores.ff.de acti. emptio.

Saluo est dictio modificatiua & reseruatiua præcedentium.glo.sing. Item labeo.ff.fami.herciscun.

Salga-

Salgamum secundum.Hug.est idem quod culcitra, dictum a saluo vel salica, & gamos nuptie, vel gama mulier quia maxime propter talia fiũt culcitre scilicet qui maxime propter mulieres, vt in rub.C.eod.titu.lib.13.

Sanctio dicitur ꝓprie illa constitutio vel lex ꝯtra quam si factum fuerit pœna irrogatur & imponitur, vt not.3.distinctio.in sum.& capitur quaudoq; late, vt in proemio.cle.no.Io.And.in ver.sanctio.

Sanctio imperatoris, est cui pœna sanguinis additnr.

Sanctio pragmatica.Require supra P

Sanctio quãdoq; dicitur quelibet imperialis constitutio vel institutio, quandoq; dicitur totius iuris collectio. Et sumitur etiam stricte pro constitutione penali vt not.3. distinct.in sum.

Sancte res.Require supra Res sancte.

Sanctum dicitur quod defensum, & munitum est ab iniuria hominum vt.ff.de rer.diui.l.sanctũ.Vnde Iustinianus dictus est vir sanctus, id est firmus & virtutibus munitus. Martianus aũtvnus ex authoribus legum ait quod sancti dicuntur a sanguine quasi immolando se effusionem sangninis Deo. Alias a sanguinibus sanctus,dicitur quod nomen herbas significant quas solebant portare legati populi Romani,ne quis eos violaret.ff.de rerũ diui.l.sanctum. Sic dicta dicuntur quæ neq; sacra neq; ꝓphana sunt. Sic leges dicuntur sancte.

Samaritanus & sarracenus differunt. vnde saraceni secundum Gof.dñr illi qui nec vetus nec nouum recipiunt testamentum,qui non ab Agar ancilla abrae,de qua fuit eorũ origo, vocari voluerunt agareni. sed potius a Sarra vxore eius libera se sarracenos vocant.Tamẽ suut quidam inter saracenos samaritani vocati a samaria ciuitate,qui receperunt quinque libros Moysi, sed prophetas respuerunt, & quia illos respuerunt,ideo dicitur ꝙ cõ iunguntur iudei samaritanis.

Sapamustum dicitur vsque ad tertiã partem, vel qnidam volunt, vsq; ad dimidiam de centum l.quæsitum est §.cellarium.ff.de fundo instrum.vas inquiens eneum in quo sapa coqueretur.

Sapientia est de diuinis, sed scientia de mundanis, & ponuntur quinq; habitus intellectuales apud philo. 6.ethi.Primus sapientia, & est assensus alicuius ꝓpositionis cuius terminis supponunt ꝓ principiis essendi,vt sunt Deus intelligẽtie. & sit theologia & metaphysica dicuntur sapientia.Secũdus habitus est intellectus,& est assensus alicuius ꝓpositionis per se note ad experientiã,vt illud omnis iguis est calidus, vel illud.l.quodlibet est vel nõ est,&generaliter cuiuslibet principii.Tertius dicitur scientia, & est assensus alicuius propositionis,cuius termini supponunt pro effectibus secundis naturalibus,& sic philosophia naturalis est scientia.Quartus ars, est habitus sensitiuus inclinans intellectũ ad recte operandum.Et dicitur habitus recta ratione factus, quia ibi debet apparere bonitas facti vel operis, non curando de bonitate operantis, vt est ars grammaticalis & fabrilis &c.Quintus habitus est prudentia quæ inclinat intellectũ ad debite eligendum & obtinendum vt philosophia moralis, sub qua comprehenditur ius ciuile & canonicum.& hæc notantur ex 6.libro ethico.Aristo.

Sapiens præsumptio est sapientẽ non errare.ff.de offic.præfect.prætor.

l.j.C.de lega.humanum. Require supra. Diligens prosumptio.

Sarcinator vel saltor est ille qui nouit artem faciendi & suendi vestimenta,& dicitur a sarcio. Et differunt sarciator & fullo.vt not.insti.mandati.in fi.in glos.

Sarcophagus est locus vel tumba quo sepellitur defunctus, & dicitur a sarxsacros,quòd est caro, & phagein græce id est comedere latine quia ibi caro hominis comeditur a vermibus.

Sarculus est instrumentum cum quo ramus ascinditur vel aliquid aliud & cardones,& herbe inutiles excinduntur & euelluntur quæ nascuntur inter bonas. Esa.c.7. Omnes montes in sarculo sarcientur, & j.Re.14.l.final. secundum Ioa. Andr.in proemio clem.in versic. sarculum.

Sartatecta dicuntur edificia quæ reparatione indigent.

Sartatecta dicuntur opera publica quæ locantur vt integra præstentur.vide Budeum l. hactenus ff.de vsufru.in anno ad pandec.

Satisdatio est cautio fideiussoria vel etiam iuratoria si fideiussorē quia dare non possit. Require supra Cautio.

Satisdare est securitatem per fideiussores dare ff.qui satisd.cog.l.j.Vel secundum Azo.est alicuius implere voluntatem.

Satisfacere quid sit,patet in l.j.præal. & de pi act.l.si rem alienam.§.omnis,& satisfactum intelligitur qualitercunque satisfiat ff. qui mo. pig.vel hy. so. item liberatur, in prin.& ff. de pig.act.l. si rē præal. §.si satisfactum.Et no.Dy.in regula pactum.de reg.iur.lib.6. Et sic cui remittitur restitutio, regulariter intelligitur restituisse vel satisfeciisse,vt ibidem,nisi in casibus vbi remissio non liberat,vt c. statutum.§. si quidem. de rescript. libro.6.

Sonticus morbus est ille qui perpetuo nocet nisi sit curatus.

DE S ANTE C.

Scaph. est parua nauis l.sca.ff.de eui.

Scratura est locus villis ad iacendū dispositus in aut.de monachus.§. cogitandum.

Scapula cuculla vestes sunt monachales in auth.de nuptio.§.sancimus.

Scraphimagenus est cinguli.l.quintus §.fi.ff.de aur.& arg.lega.

Imo vero illic legitur scaphia in numero plurali, a singulari scaphiū quod significat vas mulierum ad alui excrementa suscipiendum.

Schena id est ordo iudiciorū.in aut. de iudi.in princ. vel schema id est sententia eod.titu.§.j .aliquando schema id est, eremodicum.no.in aut.qua in prouincia. C.vbi de crimi.agi oportet Aliquando accipitur pro titulo. pro soluto.in aut. de eccle. rerum alie.§.pe.

Scena secundum vnam significationem est obumbratio vel velatio in theatro vel alio loco in quo histriones. mimi vel ioculatores siue comedi ludos suos exercent & sic videtur accipi. C.de spect. sceni.& le.no.li.11.Idem verbum habes ff.de his qui no.infa.l.2.§.præor.& 33. disti.maritum,ibi, exponit Archi.Vel secundum aliam significationem dicitur. scena quia promptiorem habet leuam (alias scenam)& expeditorem ff.de edil. edic.l.qui clauum.§.itē sciendum.

Scenice mulier id est, prostibularie vel meretrices nullam cautionem præstare debent suo hospiti vel lenoni.neque lenones talem debēt cautionem exigere. Tamen etiam si fideiussores dant vel iureiurando

do promittant de persistendo in lupanari vel prostibulo, nihilominus possunt sine periculo discedere, quia iuramentum super re illicita seruari non debet. Et dicũtur scenice mulieres, quę. in scena id est, loco turpi vt prostibulatio stant, a scen. id est theatrali infibratione vel spectaculo circi, vbi consueuerunt tales prostare ff. de infam. l. 2.

Scientia triplex est, eminens, mediocris & sufficiens. Eminens dicitur illa per quam quis scit difficilimas quæstiones explicare, & diffinire in prõptu sine reuolutione li. Mediocri vero per quam quæstiones difficiles decidit cum reuolutione librorum. Sufficiens autem est legitima requisita secundum qualitatem officij seu beneficij secundum Inno. & Abb. in. c. cum in cũctis numero 4. de electio.

Scientie triuiales dicuntur quibus maxime vtuntur ciuitates vt grãmatica, retorica, dialectica, physica seu medecinales inst. de exc. tuto. §. grammatici in glo.

Scientie quadriuales sunt vt musica astronomia, geometria &c. instit. vt supra.

Scientia & studium conueniunt omnibus maxime clericis ex ore dei. Pan. in cap. cum magno. in 3. colu. vel. & quòd studium conueniat. ne cleri. vel mona.

Syntesim græce latine omnem possessionem importat l. alumne. §. titio. & ibi gl. ff. de adimen lega.

Schima secundum Goff. est illicita diffensio, diuisio vel discessio eorum inter quos vnitas esse deberet. Vel sic. Et illicitus ab vnitate ecclesia vel ab vniuersitate discessus. Et dicitur ascessura, quia per schima sit ab vnitate scissura. 24. q. j. scissura, & differt ab hæresi, qui hæresis in prin. sui habet peruersum dogma, sed schisma in fine fingit aliquam hæresim vt recte ab ecclesia videatur recessisse, vt dicit Hie. 24. q. 3. hæresis. Et sic schima & hæresis differunt sicut genus & species, quia omnis hæreticus est schimaticus, & non e conuerso, nisi durauerit.

Scbita sunt ea quę plebs tantum cõstituit, & uocantur scita eo quòd plebs ea scit & sciscitat seu rogat vt fiant, secundum Isid. 6.

Scribe tabularij secundum quosdam olim creabantur ad tempus triennij ad scribendum publica ratiocinia prouinciarum seu ciuitatum. secundum Accur. C. eo. tit. in rub. lib. 10. Et proprie sunt illi qui scribunt nominatos ad munera & honores, & tributa colita, & sunt tabularii, quia publicis instrumentis præsunt in singulis ciuitatibus & hi appellantur librarii vt ff. de reg. iur. l. si librarius, & tabelliones ut in aut. de tabellio. coli. 2. & sic potest acci. C. de bo. li. l. si quis post. §. i. licet & aliter ibi exponatur. Alias scribe dicuntur qui circa principes vel alios magnos iudices sunt deputari pacis & gestis conficiendis. Hi quoque vocantur scriptores, notarii libellenses per grammaticales epistolares ex quæstores. vt C. de app. l. percipimus. & in l. offerendis.

Scribe logographi secundum Acc. dicuntur qui publicis rationibus scribendis deputati sunt, nam locus grece rõnes publicas dicimus latine, & graphos scriptura. Hi ẽt numerarii appellãtur. vt. C. de suscepto, prep. & Arch. l. duos li. 10.

Scribe censuales sunt qui scribunt cẽsum C. de tabu. in rub. lib. 12.

Scola dicitur societas scholariorum, vel locus in quo discunt aliqui,

vt ſcholares vt ſciant ſcientiam & prudentiam, alij militiam, vt tyrones. vt C. de priuilegiis ſchola. lib. 12. nam ſchola græce eſt vacatio latine.

Scholaris eſt perſona vacans ab humanis negocijs ſcholaſticis dedita diſciplinis. Et dicitur a ſchola græce. i. vacatio latine, & ares virtus, quaſi virtutibus vacans. Et ſcholaris proficere cupiens debet habere quinque conditiones. Primo ſingula conſideret diligenter, quia ſi certa ſunt, a ſignificatione verborum non eſt recedendū. ff. de exer. act. l. j. §. ſi is qui nauem. & l. non aliter. ff. de leg. 3. ſi dubia non ſunt maligne, ſed benigne interpretanda. de re iu. c. 2. & ca. ad audientiam. deci. Secundo ꝙ de probabili dubio non reddat ſe certum, ſed dubium & interroget certiores vel petitiores. C. de inge. ma. l. ſi durant ipſe ſolus excuſatur qui quod diceret, nō inuenit. Tertio ꝙ habeat ſenſum capacem vt in c. vnico de offic. pri. non innitens prudentię ſuæ, & veram intentionem ſententie non peruertēs c. ne innitaris de cōſti. Quarto ſtudium continuet, quia doctrine pater eſt uſus, doctrine mater eſt ſcolaris. Vnde interciſa perit, continuata viget etiam. Deficit ambobus qui vult ſeruire duobus. Quinto non de dignatur a quocū que inſtrui cui magiſterii officiū ſit iniunctum, vt in c. vnico præal. de offic. primi 24. q. 3. Sic habens contra quoſdam ex ſuperbia & verecundia interrogare nolentes ꝙ neſciunt, & minorum dicta ex quadam indignatione ſuperbie. deſpicientes. vt dicit Hoſtien. in c. vnico præalleg.

Scolaribus in aliquibus locis lectureſtatuuntur vt addiſcant potius quam ut doceant, & vt ſe aſſuefaciāt, nam multum proficit quis in docendo alios, iuxta illos verſus, Diſcere ſi cupis. doceas, ſic ipſe doceris. Nam ſtudio tali tibi proficis atque ſodali. Refert Panor. in c. j. in fin. de magi.

Sciſſarij, truncarij, & oratorij, idem ſunt.

Scriniarij, & ſcriniorum memoriales idem ſunt, & magiſtri ſcriniorum etiam ſcriniarij appellantur tabelliones vt in ca. ad audientiam. de prę ſcriptio. in glo.

Scrupuloſitas. i. nimia ſubtilitas. l. poſthu. in princ. ff. de iniuſto teſt. Ali quando. i. damnum, not. in glo. §. qa vero leonis. in aut. de non alie. & in l. fi. C. de neceſſ. ſer. her. inſt.

Scrupulus eſt 24. pars vncie tres ſcrupuli faciunt dragmam octo drachme faciunt vnciam l. j. C. de metal. & metalla. libr. 11. & vide ibidem Bart.

DE S ANTE E.

Secundicerius olim dicebatur qui ſecundum locum obtinens, ſcriptus erat ſecundo loco in matricula notariorum, vt C. de primice. & ſecundice l. j. & 2. lib. 12.

Secunde nuptie dicūtur cum aliquis cum aliqua ſecundo nubit, & ſunt omnes nuptie quę ſequūtur ſepulturā vel primas nuptias ſiue ſint tertie, ſiue quarte & ſic de alijs de hoc. C. de ſecundis nup. in rub.

Seditio dicitur quaſi ſeorſum itio quia in diuerſum vadunt, alioſque trahunt, vir a ſedo ſedas per cōtrariū, vt dicit glo. in rub. C. de ſeditioſis. Et dicitur ſeditior quietis publice turbatio. C. eo. ti. l. j. & 2. de hoc no. 46. diſ. ſeditionarios. & ibi per Archi. & Io. an. de imm. eccle. c. decet. li. 6. Et tales concitantes ſeditionem puniuntur pœna capitis, vt no. in. l. denunciamus.

C. de

C.de his qui ad eccle.confu.

Semeſtre eſt tempus ſex menſium,& duo ſemeſtria faciunt annum . vide inſtitu.de excu.tuto.§. Item diuus in gloſſ.

Semis colligitur ex ſex vncijs, & eſt dimidia pars aſſis, & dicitur quaſi ſemias. C. de metatis . lege hac lege lib.12.

Semmecis ideſt ſeminortui vt in l. quam indignum . C. de teſta. vbi dicitur. Non ſunt neceſſaria obſeruari momenta verborum quę ſeminecis , & balbucientis lingua profundit.

Semita ideſt via.l.ſi ex plagis . ff. ad legem aquiliam.& capi.ad audientiam de homicid.

Semper ideſt omni tempore & omni caſu.l.ſemper.ff.de iure, immuni. & nota.lege prima .ff.ſolu. matr. & denotat continuationem.vt inſti. in proe. ibi ſemper Auguſtus. & l.2. in fi.C.de epiſcopis. & cle. Aliquando hæc dictio ſemper ſub auditur a iure.l.iuriſgentium , in prin.ff.de pac. Aliquando ſemper fieri dicitur quod horis debitis & ordinatis. & ita exponitur c.ſi laicus 31. diſtin.& in.c.quoniam de conſecra.diſt.5. Aliquãdo ſemper .i.imperpetuum l.fi.ff.ad l.pomp. de parri. Aliquãdo ſemper.i. ſine tẽporis præfinitione . §.appellantur.inſt.de exce.& l.in conditionibus.ff.ad ſylle. Aliquãdo denotat animi motum. Iuuenalis. Semper ergo auditor tantũ . & de ſua expoſitione vide Spe.in ti.de reſt.in integ.§.4.circa mediũ.& per Bar. & alios do3.in d.l.j.ff.ſol. matr.

Secunx conſtat ex vnica & dimidia, & eſt octaua pars aſſis , & debet eius litera tertia ſcribis, & nõ 10. vt inſt.de hære.inſti.§.hæreditatis ſecundum Accur.

Sextans eſt ſexta pars,aſſis ex duabus vncijs conſtans.

Sed capitur quandoq; aduerſatiue , & aduerſatur in iure . Quandoq; autem adiuncta copula , aduerſatur etiam in facto.ff.de peti.hære. l.ſed & ſi in prin.cum gloſ. impropriatur tamen,vt in.l.2.in fin.ff. ſi quis cau.vbi quando cum copula ponitur,vt dicẽdo,ſed & ſi aduerſatur ad factum , non ad ius , immo ſignificat identitatem iuris,& ſumitur illud ſignificatum ex copula,quæ copulat nomina, & non factum ſequens cum præcedenti quia non poteſt,cum ſit factum diuerſum,copulat ergo quo ad ius Quando autem ſine copula ponitur cum conditioni ſi, vel ſine ea, tunc ſimpliciter ſignificat aduerſatiue quo ad factum . & quo ad ius vt in l.ſed & ſi præalleg.ſimiliter in l.2. gl. ſuper verbo fortius ff.ne quis eũ qui in ius vo. vi exi . Significat ergo dictio ſed aduerſatiue ſimpliciter vel tantum ad factum,prout ſignificatũ ſuum vel aliud declarati vel concludit.

Senatores dicuntur magiſtratus populi, quaſi ſeniores,nam ſecundũ Azo leges prius fiebant a populo eiuſque interuentur, ſed quia aucto populo cœpit difficile conuenire in legibus condendis , ideo eligit populus centum ſenatores, vt C.de pet.hære.l.vlt.vt ipſi vice populi conſulerentur.& quicquid ſtatuerent, lex eſſet. Senatores autem ſunt qui a patritijs & conſulibus vſq; ad veros illuſtres deſcenderunt & hi ſolebant dicere ſententiam in ſenatu quare etiam cõſulem romanum , vocamus ſenatorem magiſtratus.vt ff.de ſena.l. vlti.& inſt.de iure na.gen.& ciui. §.lex eſt . Senatores etiam debent ſenatorum filij & nepotes ex filijs nati,non autem nati ex filiabus,

bus, vt l. liberos. ff. de senato.

Senatus est cetus ille honestiffimus senatorum, qui centum erant numero, vt dicit Azo. ff. de legi. & sena. consul. & parificatur senatus principi, vt puta cum habeatur vice populi, & ante imperatorem per populum, & post imperatorē per principem constitutus fuit senatus, vt. ff. de orig. iur. l. 2.

Senatusconsultum est quod tantummodo senatores habito consilio populis consulendo decretauerūt secundum Isido. l. 5. Et nota quod multiplex est senatusconsultum vt infra pater.

Senatuconsultum romanum alias septimanū omnibus ciuitatib. fidei commissariam hæreditatem iubet restitui. & in eam & ad eam omnes actiones transferri.

Senatusconsultum artificianum alias artificulianum est quo cauetur vt præsides prouinciarum cognoscat in prouincijs deliberate, licet hęres non sit illius prouincie.

Senatusconsultum claudianum tollēdum statuerat quod mulier libera seruili amore capta, si ei denunciatum esset a domino ne commisceretur seruo suo, & iudex super causa admouisset, nec ipsa acquiesceret substantiam & libertatem amittebat, & fiebat serua vel anciila domini denuntiantis, quod quia visum miserabile & in dignū sublatum est.

Senatusconsultum libonianum enim coercet obstruendam actionem vel testimonium dicendum, pecuniam acceperit pactusve fuerit. Item qui perfecto instrumento legatum sibi ascribi. Item qui hæredem in exheredationem. aut in alicuius condemnationem legatum ascribit.

Senatusconsultum macedonianū habet locum quando aliquis filio familias in potestate patris existenti mutuo pecuniam tradidit, quia hoc senatusconsultum prohibuit mutuā pecuniā dari filii familias ne onere debitorum pergrauati essent occasio machinandi mortē patri. Si aūt contra senatusconsultum istud quis filiofamilias nummos tradiderit, traditos amittat, nisi ipse filiusfamilias habeat castrense peculium vel quasi castrēse, eo enim vtitur paterfamilias. Est autem dictum macedonianū secundum Azo. C. eod. titu. macedone pessimo fœneratore, qui tradendo pecuniam & si non expresse, tamen tacite & velatis verbis suadebat de occasione patris, Et no. q̄ auxilio senatus. velleia. renuntiatur vt in. l. vlt. ff. ad velleia. & C. quando mulier tut. of. fun. possit aut. matri. sed macedoniano renuntiari non potest, vnde post sēntentiā datur exceptio ex e. ff. ad macedonia. l. j. & ratio est, quia primum senatusconsultum est fauorabile tantum in fauorem mulierum inductum, sed secundum in fauore filiorum familias, & in odium creditorum. ff. de condi. inde. l. qui exceptionem hæc Gof. de renuncia. §. renunciatur.

Senatusconsultum orficianum ad successionem matris intestate filias vel filios legitimos siue vulgo quęsitos vocat, nisi mater sit illustris, cuius filium nominare spurium satis est acerbum, vocatque ex testamento nepotes, qui omnino prę ferūtur consanguineis & cognatis siue agnatis.

Senatusconsultum pegasianum statuit vt quando scriptus hæres rogatus est totam hereditate plusquam dodrātem restituere alicui liceat scripto gæredi totius hæreditā-

ditatis quartam partem retinere, quo casu onera hæreditaria sustineat inter se & illum cui hæreditas restituitur quem & ipsum cui hereditatē restituit, stipulationes solebant interponi vt cōicent pro rata parte lucrum,& damnum.

Senatusconsultum pisanianum vt si pœne obnoxius siue seruus venisset, quando animaduersum sit in eum pretium venditor præstet emptori.

Senatusconsultum plantianum de liberis agnoscendis loquitur, qui post diuortium educatur,per hoc permittitur mulieri si putet se prę gnantem denunciare marito suo infra 25.dies vel 30. post diuortium,ita ꝙ nisi maritus custodes miserit,aut contrarium nuncia uerit ex se eam non esse pręgnantē, cogatur partum agnoscere tanquam suum. Si vero ipsa oppressa fuerit, nullum huic partui generat præiudicium.

Senatusconsultum iuliani dicitur quo directam sibi serui accipiunt libertatem,cum illa quibus libertates erant relicte,a prætore vocati nolunt adesse.

Senatusconsultum sylleianum & claudianum ponit seruos capite qui dominus suis conuocarentur omnimodam opem vel auxilium inquantum potuerint non tulerij vel impenderunt,cum ipsi hoc viderent & audirent. Et ponit edictum in quo prohibetur testamenta aperiri,recitari vel describi,vel hæreditates adiri,sub certa pœna ante quæstio adhibitam de morte defuncti,& contra facientibus pœnam imponi.vt .l.si quis in graui. §.quod autem.ff. eod.tit.

Senatusconsultum tertulianum quo cauetur matri non auie de ab intest. successione deferenda. vt mater ingenua trium liberorum ius habens,si libertina quatuor,filio succedit defuncto,nō existenrib.vltimis liberis vel emancipatis nec a patre nec a matre defuncti,sed no uo iure & solum vnum peperisset, siue sit ingenua. siue libertina. idem ius versatur. Vel senatusconsultum tertulianum dicitur cum matres uocantur ad hæreditates filiorum per senatusconsultum. tertul.vt inst.de test.per totū.& not. ff.de excep.re.iud.l.si vir.in prin. & maxime in.l.j.ff.eo. tit.

Senatusconsultum traianum alias curuianum, statuit si inter plures hæredes infans sit qui fieri non possit, & ipsi rogentur seruum manumittere, non ideo libertas intercidat, quia fari non potest infans nec seruum potest vendere, sed estimatis partibus seruum manumittant salua portione infantes.

Senatusconsultum damasianum dicitur quo cautum est si abest ille iusta causa qui libertatem debet, & hoc pronunciatum sit quod perinde libertas ei competat acsi ab ipso directe data esset.

Senatusconsultum trebellia. a nouo iure incrementum & formam hāc accepit, vt excluso senatusconsultum pegasiano liceat hæreditatem restituēti quartam partem retinere inter ipsum fideicommissarium pro rata portione dimissis actionibus contra communem stipulationem. & si totam hæreditatem volens restituerit,ad eum & in eum omnes transfert stipulationes.

Senatusconsultum turpilianum quo statuitur ne quis publici iudicij crimen intentans, ab accusatione publici criminis causa ordinata, idest post inscriptionem & fideiussionem

sionem datam. resistat abolitione non impetrata.

Senatusconsultum velleianum inductum est in fauorem mulierũ, scilicet illarum quæ leuitate sua & sexus fragilitate se & sua obligant pro aliis fideiubendo, vel obligationem in se recipiendo. Per hoc senatusconsultum eis subuenitur & conceditur vt ipse indẽnes seruentur. & si conueniatur pro tali obligatione, possunt opponere exceptionem senatusconsulti velleiani. Cessat autem hoc senatus. cũ mulier renunciauit velleiano & omni auxilio. ff. eo. ti. l. vlt. Et dictum est a velleio, cõsule, qui fuit auctor illius statuti. Et nota quod mulier potest renunciare velleiano absq; alia certioratione, vt no. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. ad bon. pos. & Bal. ibi distinguit tria membra. aut mulieris intercessio vel fideiussoris est secundũ leges, aut præter leges, aut cõtra. Primo casu non est quærenda certificatio, cum non sit opus renuntiatione ex quo lege permittente fideiussit. Et sunt quinq; casus. Primus si intercedendo aliquam pecuniã recipit, & sic se obligat. l. antiqua. in prin. ff. ad velleianũ. Secundus si secundo intercessit. l. si mulier perfecte etatis. ff. eo. tit. Tertius si pro dote fideiubebat. l. fi. eo. ti. Quartus si pro libertate alicuius & in cãpia. Quintus si apud minorem intercedat. ff. de minori. lege apud. Secnndo casu, aut est certificata, aut non. Si primum valet renunciatio seruata solennitate. videlicet cum instrumento publico, & testium subscriptione. Si secundum, non valet fallit tamen in duob. casib. Primo, qñ fit renunciatio in iudicio. valet colore & fauore iudicii. Secundo si interuenit iuramentum, valet secundum Bar. in. l. sciendum. ff. de ver. ob. & secundum Bal. in aut. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Tertio casu contingit contra legem fideiubere duobus modis. Primo pro marito, non in sui vtilitatẽ, sed mariti. Secundo omissa solẽnitate instrumẽti & testiũ. Hæc addit Bal. super additionibus Io. an. in spe. ti. de dispu. & allega.

Senatusconsultum iunianum post vocationem ad libertatem producit proprium hæredem seruum vel emptum, siue dominus iusta causa absit vel latitet, siue non vult. manumittere, si seruilis conditionis scitis priuatis pactis suam velit mutare sententiam siue conditionem, pœna contra colluſorem promissa, & detegenti prẽmia talliter donando vt de iure patronatus nanciscatur.

Senatusconsultum volusianum statuit quod qui improbe in litem coeũt vt quicquid ex condemnatione in rem ipsius redditum siue relatum fit, inter eos excommunicetur. l. Iulian. de vi priuata tenentur.

Senatusconsultum fauianum in desuetudinem abiit interducẽs adoptionem fieri per tres mares adoptantes, & tres intercedentes emancipationes.

Senatusconsultum largitianum merito est abrogatum latinam inducẽs libertatem, quia quis morte sua recipiebatur extra libertatem.

Senectus est quidam defectus habens in se magnos labores, nam senectus est morbus. vt in c. magne. de voto. vnde Terentius ipsa senectus morbus est. & ideo statutum disponens in casu infirmitatis habet locũ in casu senectutis. secũ dũ Abba. in d. c. magne. in 2. collo.

Senex

Senex multipliciter dicitur. no.ff.de adop.l.ſi pater.§.2. de teſta.l.inu. & vide.C.de his qui non imple.ſti pen.l.2. Aliquando dicitur ſenex, maior.70. annis.C. qui eta.l. vni· adde quis dedicatur ſenex per Fe li.in c.quoniam in prin.in 6.col. verſi.ad tertiam.vt lit.non cõteſt.

Senex & valetudinarij qui dicantur vide Pan.in c.quoniam frequenter in 8.colum.verſic.3. principaliter quæro & verſi.ſeq.vt lit.non conteſt.

Senium eſt quadruplex ſcilicet natu re.gratie,culpe, & eterne glorie Nature & hoc prętendit ad defectum c.tanta.86.diſtin.& ca.illud 13.q.2. Senium gratie cap. porro 84.diſt.vbi dicitur quod canities ſenum prudentia eſt, & hoc ſeniũ perducit ad perfectum c.de quibus.20.diſtin.& ancillam 32.q.2. Senium culpe eſt quod ducit ad interitum.cap·paulus dicit 2.q.7. Senium eternæ gloriæ perducit ad præmium,de quo dicitur.Cogitaui dies antiquos,& annos æternos in mente habui.vide Ald. in ſuo dic.in vtr.ſenium.

Sententia ſecundum Azo.in ſum.C. quomodo & quando iud.ſentent. profer.debet quandoque poteſt dici cuiuſcunque orationis ſignificatio. Quandoque ponitur pro opinione magiſtrorum quandoque dicitur quicquid alicui de re aliqua placet.Quandoque eſt deportatio.Quandoque excommunicatio vel interdictum,ſed impro prie quia excommunicatio vel interdictum potius punit quã finem cauſe imponit.Ideo potius poteſt pœna dici quam ſententia uel diffinitio.Quandoque ſententia dici tur quodcunque iudicantis præceptum, non nature, non iuri, non bonis moribus contrarium. Et ſecundum hanc ſignificationem diſtinguitur,quia ſententiarum alia eſt diffinitiua,alia interlocutoria, alia conuentionalis,alia quæ dicitur pręceptum,alia mulcta,alia diſpẽſationis.Et poteſt ſic deſcribit ſententia diffinitiua. Eſt diffinitio iudicialis, controuerſie finem imponens.ff.eo.ti.l.j. Et addunt quidam ad diffinitionem indubitata, & quæ nullo remedio attẽtari poſſit, per l.elegantur .§. ſi poſt rem iudicatam ff. de tranſ. Vel ſic deſcribitur ſententia diffinitiua. Eſt diffinitio iudicialis controuerſie finem imponentes,ex pronunciatione iudicis damnationem vel abſolutionem continẽs. Et hæc principalem diffinit quæſtionem vt quando auditis vtriuſque partis allegationibus cauſa terminatur. & finis principali negotio imponitur, quam ſemel ditam iudex reuocare non poteſt, & iuclax eſſe deſinit, quia officio ſuo fructus ẽ. licet retineat iuriſditionẽ ad exequendum de offi.dele.c. in literis. de.c. quærenti. Sed an corrigere poſſit ſi dicat abſoluo pro cõdemno,vide Goſ. in ſum. de ſeuten. & re iud.

Sententia interlocutoria eſt ſententia ſemiplena,quæ profertur inter principium & finem cauſe,non ſuper principali, ſed ſuper emergẽti bus & incidentibus quęſtionibus, puta ſuper libello offerẽdo vel cõcipiendo, vel danda dilatione aut denegãda, & ſimilibus, principali cã durante,vnde quãdo iudex nõreſidens pro tribunali,interloquẽdo inter partes ſine ſolẽnitate ſcri prure aliquid pronũtiat de plano. ſupra aliquo incidenti vel emergẽti extra primum intentum principale, & hanc reuocare põt iuuex, ſiue ſit ordinarius,ſiue delegatus,

ſiue

siue arbiter, debet tamen cum cãe cognitione ferri & iudice concedente non procedente 3.§. spatiũ secundum Gof. & sententiam interlocutoriam fere iudex coutra reum contumacem quãdo citato reo & nõ veniente pronũciat acto rem fore mittendum in possessionem rei aut bonorũ pro mensura debiti declarati vel rei petite. De emergẽti, questione, vt quãdo est questio ĩter partes vel aduocatos virum aliquis sit recipiẽdus in testimoniũ &c. vt supra. Et illa sentẽtia transit in rem iuditatã quo ad duo .s. vt remedio appellationis attentari non possit, & vt excipiatur ex ea.c. cum dilectus, de elec. in fi. non autem vt ex ea agatur actione in factum. sicut ex diffinitiua. A qualibet enim tali potest appellari secundum canones, non autem secundum leges generaliter fallit in casibus l.2.C.vt li. penden. vel dicitur si interlocutoria sit talis quæ absorbeat totum ius alicuius, & instar habeat diffinitiue, ita vt post iuterlocutoriam non sit opus ad appellãdum difinitiua, si ab ea appellatur. secus si post interlocutoriam saluũ sit beneficium appellationis a diffinitiua. Gof. tenet primum in sum. eo. ti. de senten. & reiud. Itẽ interlocutoria secundum eundem est declaratio iudicialis super aliquo articulo summarie ius tribuens inter partes. Et finaliter omne verbum a iure in iudicio prolatum, iudicialiter faciens ad causam, est sntia interlocutoria, vt in aut. de litig. §. omne col. 8. &c. Et notandũ ꝙ aliud est sententia. & illud est statutum. Nam statutum fertur pro futuris delictis, dicendo. Statuimus vt nullus hoc faciat & faciens sit excommunicatus ipso facto, vt no. in c. fi. de consti. li. 6. Sententia vero prolata sic. Excommunico te si furtum feceris, prohibetur furtum, quia tractatus futuri temporis nõ spectat ad iudicem. de hoc gl. opt. de senten. excõ. c. romana. li. 6. & c. a. nobis. de senten. excommunic. Item differt sentẽtia a canone in hoc. quia canõ archiepiscopi In prouinciali concilio ligat subditos totius prouincie. 18. dis. c. vlt. Sententia autem archiepiscopi dicendo. Quicunque furtum fecerit, sit excommunicatus nõ cõprehendit subditos totius prouĩcie, sed sõlius diocesis sue. vt est gl. in c. romana. prę alleg. Item sententia excõmunicationis siue iusta sit, siue iniusta tenet 11. q. 2. c. j. nisi in duob. casib. s. post appellationẽ legitimã. & in tollerabilem errorem in forma. c. per tuas. de senten. excom. solet & c. venerabilis. e. ti. li. 6. Et. qũo sententia trib. modis dicitur iniusta. s. ex causa ex animo & ordine, est gl. 3. in c. sacro. de sen. excom. & illud iterum est in sententia excommunicationis in qua est speciale quòd teneat nõ seruato iuris ordine, alias aũt sententia lata iuris ordine non seruato non tenet. C. de sen. & interloc. om. iu. l. prolatam, Item deffinitiua & interlocutoria est gl. in cle. vnica super verbo diffinitiua. de sequest. pos. & fructum. Et not. quòd sententia lata super verbo possessorio dicitur diffinitiua, secundum gloss. in c. fi. de iud. & intelligitur quando causa possessionis & deducta principaliter in iudicium, vel habet annexũ petitorium, secus si per accidens veniret in iudicium. Etiam diffinitiua prout imponit finẽ canse nũquam dat̃ super possessione, nisi sit proprietas annexa, vt ibi no.

sententia

Sententia conuentionalis est emicabilis compositio, vt quando iudex conuenit aliquem & commouet eum ne faciat contra conuentionem. Alias sententia scilicet præceptum, multam dispẽsationem. Require in locis suis.

Sententia per errorem lata a qua nã est appellatum, reuocatur si error pobabilis postea detegatur, vt in c. fraternitatis. de frig. & ma.

Septunx septem habet vncias, & non dicitur ad respectum totius assis. Require supra As.

Sepulchrum est locus in quo mortuus continetur vel sepultus est. Sed monumentum. dicitur idem locus sine corpore. Require. si. M.

Sepultura secundum Gofre. quandoque dicitur officium quod impenditur sepeliendis. Quandoque ipsa terra ad vsum sepulture deputata. Quandoque tumba marmorea, vel lapidea, vt locus concauus in ecclesiastico cemiterio factus in quo corpus catholici quiescit. Item sepultura est ius funerandi in ecclesie cemiterio. Et no. quod in. 13. casibus prohibetur ecclesiastica sepultura. Primo in mortali peccato publice decedenti decimatertia quæstione secunda, non estimemus. Secundo latroni & furi. capitulo fures. de furtis. Tertio in adulterio occiso. vigesimatertia quæstione quinta, placuit. Quarto in torneamento occiso. de torneamentis. cap primo. Quinto raptori occiso. c. super eo. de rapto. Sexto hæreti. vigesima quarta questione secũda. sane profertur. & c. sacris. de sepulch. Septimo seipsum interficiẽti. c. placuit. præalle. Octauo excommunicato etiam minori excom. de sent. excom. a nbiso. & c. sacris. præalleg. Nono interdicto. de pe, & remiss. quod in te. Decimo publico vsurario. de vsur. quia omnibus. Vnde cimo contẽnenti confiteri, & communicare. c. omnis. de pe. & remis. Duodecimo in taberna occiso. 23. q. 5. placuit. Tredecimo proprietario monacho vel regulari. ca. monachi. de sta. mo. & ca. cum ad monasterium. cum si. eo. ti. Sed si clerici vel boni laici ab ostibus occiduntur vel submerguntur, vel per parietes opprimuntur, debent habere ecclesiasticas sepulturas c. sicut dignũ. de homi. c. ex parte parẽtum. de sepul. 23. q. 5. quid ergo. Est autem ius funeraudi potestates sepeliendi in cymiterio proueniens ecclesiis ex concessione põtificis. Et sepultura eligenda est apud loca magis religiosa. ca. fraternitatem. de sepul. Nam sepulture electio in loco non religioso fieri non debet. Sed quæritur, legauit quis prædicatoribus. 30. pro sepultura efficitur vsurarius, & sic carebit sepultura, an adiuuetur per legatum. Respondet Florianus quòd non similiter si legatur pro celebratione misse, & interuenit interdictum ecclesie, tenet legatum in primo casu. Ratio, quia fratres non sunt in culpa, vel causa. Similiter in secundo casu, vt not. dominus Barto. de saxo. C. de insti. & substi. l. j.

Sepe. not. regulam in contrarium, vt in §. fraudem. instit. quib. ex caus. manu. non licet. Sepius, id est aliquando regulariter. tamen contrarium significat, & verificatur in duabus vel tribus vicibus. Item facit contrarios casus speciales. l. ꝙ in diem. §. seruo. ff. de condi. & demon. secundum Dy.

Septa sunt clausure, & dicitur a sepio. vt est glo. in clem. ne in agro. de sta. mo.

Sequela dicitur omnè quod naturaliter sequitur ad aliud, vt iumentū, vitulus, vacca, & sic aliqua prohibentur non quia ex se mala, sed quia ex his mala sequūtur. 22. dist. denique. & .22.q.j.in nouo.

Sequester est apud quem res litigiosa deponitur pluribus & sequestratur, vt ei qui in causa vicerit reddatur, dictus ab eo quod occurrēti aut quasi sequenti eos qui contendunt, cōmittitur res. de verbo. sign. sequester. vide extra de iudi. c. examinata. Est enim secundum Gof. depositarius rei in iudicium deducte, vt ff. depositi. l. proprie.

Sequestrum est illud scriptum quod de sequestratione conficitur, & si fit ex causa voluntaria, transfert possessionem in sequestrum, secus si ex causa necessaria. l. interesse puto. ff. de acquir. poss. & not. in c. examinata. de iudi, in gl. & in glo. in cle. j. de sequest. poss.

Sequestratio est rei de quo agitur, vel controuersia est separatio vel depositio vel possessionis interdictio. Interim, enim quòd res apud sequestrum est, nec actor, nec reus possidet, vt. ff. c e sta. ho. l. libertus. Non potest autem illa depositio quæ sequestratio dicitur fieri, nisi a pluribus quanuis alias & vnus plures deponere possint, vt l. licet ff. depos. Nam plures rem litigiosam deponunt, quando de voluntate partium fit. Etiam vnus deponere potest de mandato iudicis. vt in glo. c. examinata de iudic. & ibi per docto. Et not. quòd secundum Gof. sequestratio fit aliquando cā omittēde possessionis, & tunc neuter litigātium possidet, sed sequester. Aliquando causa custodie & tunc possessio remanet penes possidentem. Et generaliter prohibita est sequestratio. C. de prohi. sequestra. l. vnica. permissa vero causaliter. Primo volūtate partium, vt lite finita res victori detur. Secundo ex necessitate, ne persona suspecta cum re mobili aufugiat. Tertio ne persona suspecta circa rem immobilem fructus depopuletur vel dissipetur. Quarto propter contumaciam non cauentis de collatione bonorum facienda. Quinto si seruus de possessione seruitutis proclamat in libertatē. Sexto cum appellatur ab executore. Septimo cū timetur de seuitia viri, nec potest sufficienter vxori caueri. sequestratur vxor. Octauo ne perdatur vendendi commoditas. Nono cum aliquis de comitib. præsidis furtum patitur, nam res sequestratur vsque ad tempus successoris presidis. Merito enim sequestratio fieri non debet nisi tūc demum cum timetur ne possessor vel appellās fructus depopuletur secundum Gof. in sum. Alios casus vide in cle. vni. eod. tit. & l. j. ff. de col. bo. & secundum Archid. in ca. quia res. 11. q. j. vbi late. de hac materia. Et per Io. mo. & Io. an. in regula locupletari. de reg. iu. li. 6. vide etiam glo. fi. in ca. dilectus. de sequest. poss. cum ibi no. Sed ponamus quòd ecclesia est apud aliquā sequestrata, vtrum iste sequester. lite pendente super iure patronatus possit præsentare ad illā. Inno. tenet ꝙ sic, quia talis habet fructus. cap. consultationibus. de iure patro. Imo. consentit ibidem, ratione talis motus, ponendo diuersitatem inter venditoremcui impignoratum est ius patronatus, & sequestrum. nam creditor non potest præsentare aliquem quando supersest verus dominus qui præsentare habet, sed sequester pendente lite potest, ne ecclesia diu

vacet,

quia neutra partius præsentare po test ante litem sopitam. facit bona gl. in verbo beneficium in clemẽ.vni.de sequestra.possessio quę dicit sequestrum possidere iure beneficii benefic.a,& remittit ibi ad no. in c.examinata.de iudic. per Ioan. and. Hostien. tenet contrarium quòd sequester apud quem ius patronatus sequestratum est, lite pendente non possit præsentare.nam nõ habet possessionem iurispatr.& arguta fortiori,cum creditor cui impignoratũ est ius patronatus non possit, qui tamen habet possessionem eiusdem pignoris &c.& hæc tenendo dicitur ad motiuum Ioan. dẽ Imo. quod non diu vacabit ecclesia. Nã post quatuor menses imolaici,& sex in clericis episcopus prouidebit. c. cum propter. & c. ea autẽ.de iur. patronat. & videtur melior hæc opi.quia sequester solum custodire debet fructus, vt illi restituat eos qui sententiam pro se portabit,quæ est natura sequestri.Sed si prę sentet aliquem,quomodo fructum illum restituet?secus vbi nulla debet fieri restitutio. c. ex literis. de iure patruo. & c.cum venis sent.de in integ. restit.Hic articulus satis disputabilis est. & no. in c.examinata.de iudi.vide cle.prę alleg.de sequestr. pos. præcipue. gl.in verb. restituat, vbi dicitur quòd sequester limitatã habet potestatem de restituendis fructibus qui supportatis onerib. adhuc supersunt, quòd non possit illos in emptionem prædiorum pro beneficio vel alias in vtilitatem beneficii conuertere,ergo minus videtur posse præsentare.

Sensus sapientis non arbitratur contra iura, vnde quando alter contrahentium paciscit aliquid facere adsensum sapientis,alter cõtrahentium tenetur ea facere quæ de iure fieri debent sup illo cõrractu,qa sapiens arbitrari cõtra iura non potest alias sapiens nõ esset.

Serie vasa sunt fictilia oblõga de qui. Liuius in 4.secundi li. belli punici sic inquit. Et in vico histrico fontem sub terra tanta via aquam fluxisse,vt serias doliaque in eo loco erant prouoluta velut impetus torrentis tulerit. & de his intellexit Vlp.in l.Vinaria vasa.ff.de ver. sig. licet alij aliter.& in l. sed & si quid.§.proprietatis.vide ibi gl. ff. de vsuf.

Seruitus est constitutio iurisgẽtium qua quis contrarius naturale alieno subijcitur dominio.Et quando seruitus inducta sit. vide gl. super verbo seruum de iude. & sarra. c. ita quorundam.optimam gloss.super verbo seruitutes dist.j.ius gãtium. vbi dicitur inducta per obrietatem. vel prę scripta septennio. simile habetur c. 6. die. 35. dist. vbi dicitur quod nemo sciebat a consorte nature sue obsequi seruitutis exigere, quia manebat antequam vinum inueniretur omnibus inconcussa libertas & non esset hodie seruitus, si ebrietas nõ fuisset &c. sunt autem duplices seruitutes scilicet prædiales & personales.

Seruus prædiales est quendam constitutio quia prædium prædio sub iugatur, & seruientes prædiales lex reales appellat, quæ sequuntur prædia, & earum constitutio eatenus tenet quatenus expedit prędijs.i. ad fructus eorum percipiendos.

Seruitutum aũt prædialium alie sunt verbane,& alie rustice.sed has quidem seruitutes lex dicit esse iura cõia quæ libertatis sunt, vnde

no. secundum Azo. in summ. C. de serui. & aquædu. ꝙ hoc verbum ius in eadem lege & in eadem voce supponit pro seruitute. Dictio enim semel posita duas, quandoq; importat significatiões. s. propriã & impropriam, vtranque. Proprie autem secundum diuersa dicũtur seruitutes. Nam si non possem ex edibus meis exire in agros meos vel peruenire ad viam publicam nisi per agros tuos, vel ortos emi a te licentiam eundi hęc licẽtia dicitur seruitus itineris, quia prædiũ tuum in hoc mihi setuit.

Seruitutes rustice sunt quæ predijs rusticis debentur, velut iter, actus via aqueductus, aque haustus pecoris appulsus ad aquam, ius pascendi, calcis coquendi, arene fodiendi, quæ tria vltima possunt dici nominate seruitutes rustice, sed superiora propriis nominibus carẽt, quæ omnia require locis suis. Nam iter est ius quo ex ede mea per agros tuos possum in vicos publicos exire vel intrare, sed aquæ haustus est, vt aquam haurire possim de puteo tuo.

Seruitutes vrbane sunt quæ prædiis vrbanis debentur. s. intuitu alicuius edificii. nam edificiis inhærent velut altius tollendi aut nõ tollendi ne officiatur luminibus vel prospectui domus vicini. Item stillicidium auertendi vel non auertendi in tectum vel in aream vicini, vt stillicidium tecti mei cedat in aream vel fundũ eius. Itẽ vt liceat immittere vel proiicere tignũ in parietem vicini. Et no· ꝙ an seruitus sit vrbana vel rustica, colligitur ex qualitate prædii cui debetur ipsa seruitus, quod patet. Nam talis est seruitus, quale est prędiũ cui debet, si. n. stillicidia domus mee quæ est vrbanum prædium, conuerto in aream tuã quæ est rusticũ, prædium, dicetur, vrbana seruitus, & econtra si tignum edificii mei causa imponẽdorum fructuũ facti, quod est prædiũ rusticũ immitto in parietẽ domus tue, dicetur rustica seruitus, etiã si domus tua sit vrbanum prædium. Itẽ nota iuxta primam acceptionem seruitutis ꝙ multis mod. quis redigitur in seruitutem, de quib. inst. de iur. perso. in tex. & in glo. Vnde vt liber seruus fiat sunt ista necessaria. Annis viginti iuuenem qui vẽditur esse. Rursus eũ seruũ cui venditur esse putare. Et iuuenẽ pretiũ ꝙ velit percipere. Et ꝙ sit liber sciat hoc, qui venditur iste. Quæ si defuerint, seruus non cogitur esse patent ergo ad hoc quatuor requisita. Primo ꝙ sit annorũ viginti. Secundo quòd vendatur ignoranti conditionẽ libertatis. Tertio ꝙ eo animo vt pretii partẽ habeat. Quarto ꝙ sciat se liberũ. de hoc vide gl. §. pe. institu. ti. præalleg.

Seruus est qui de iure gentium vel ciuili dominio alieno subiicitur, in hac parte & ius gentium & ius ciuile detraxerunt iuri naturali. Et dicuntur serui nõa seruiendo, sed a seruando Imperator. n. vel princeps captos ab hostibus qui serui sunt capientium, vendere iubet, & per hoc seruare, & non occidere. hostibus. n. captis, & sic in seruitutem redactis, hoc seruandum est quod vtile & binignum visum est s. eos seruari, & non occidi, hoc. n. benignitatis est, sed occidi, crudelitatis. ideo etiam dicta sunt mancipia quia ab hostibus manu capiatur, vt inst. de iu. perso. & ff. de statu ho. l. libertus. Sunt etiam serui verne qui sunt ex ancillis manentibus in domo nat. l. titie textores ff. de lega. j. Alii sunt serui lecticarii

rii qui faciunt lecticas, eodem tit.

Quibus autem modis consequi possunt libertatem. vide in gl. inst. qui bus ex ca. ma. li. §. multis.

Serui stricto modo dicuntur carentes libertate. Sed largo modo etiã seruientes pro pecuniis & mercede dicuntur serui a seruiendo. Parum. in rub. de iudeis.

Seruus ordinarius dicitur qui aliis seruis est præpositus. s. qui habet alios seruos sub se quibus preest, & præcipit eis quod vult.

Seruus vicarius est qui seruo ordinario subministrat.

Seruus mediastinus vel medianus est qui medium gerit actum. s. qui nec est ordinarius, nec vicarius, sed medius inter hos & illos connumerandus.

Seruus librarius a libra dictus est quæ scilicet ponderibus preest & libre nummorum, & permutatorum custodiam habet domum domini sui.

Serui insulani alias insularij sunt qui retinentur in insula ideſt in domo nec mittuntur in agros nec in villam. Domus autem insula dicitur eo quod insunt ei habitatores, licet insula quandoque dicatur in falso ideſt mari sita.

Serui villici sunt qui ad villam mittuntur.

Serui victores sunt quos quis victos habet præparandi causa.

Serui cubicularii dicuntur qui lectum & cubiculum domini sui procurant, qui vulgo camerarii vocantur a camera.

Serui deditii dicuntur qui in morte liberi, & in vita sua serui sunt. quorum libertas sublata est, vt in sti. de liber. §. libertinorum.

Serui latini sunt quia dominis erant manumissi, vt in vita essent liberi, & in morte serui, & eorum bona tanquam seruorum ad dominos deuoluebantur, vt in. §. præalleg. instit. de liberti.

Serui atriarii vel atrienses sunt illi qui atrii custodiam faciunt.

Seruus corruptus dicitur seruus qui per alicuius inductionẽ factus est de bono malus, vel de malo deterior scilicet in anima & corpore.

Serui corrupti actio, requre supra act.

Seruiana & quasi seruiana actio, Require supra Actio.

Seruus publicus dicitur tabellio, nõ quia seruus, sed quia publicũ exercet officiũ. ff. de adop. l. non aliter.

Seruus hæres. Require supra. H.

Serui arcarii Require supra Arcarii.

Seruus ordinatus postea restitutus domino gaudet priuilegio. cap. si quis suadẽte. 17. q. 4. nec matrimonium cõtrahere potest post votũ. de couer. coniuga. quod quidam. est hoc no. glo. 54. dist. c. 2. nec iudicabitur a domino, sed ab episcopo. 96. distin. si imperator.

Sericoblate dicuntur vestimenta quę inseruntur & texuntur serico, vt l. lotas. C. de metallariis lib. 11. secundum Accur.

Seu dictio est desiũctiua. C. de sa. san. eccl. generaliter. & aliquando ampliat. ff. de aur. & argent. lega. l. si quis ita. & secundum Bar. in d. l. genera. & no. 63. dist. ego Lud. & 75. dist. c. vlt. in fi. & per Archi. de for. compe. in c. 1. lib. 6.

Seueritas dicitur rigorum integritas iustitie. Arch. in c. vt officium. §. verũ in verbo seueritas. de her. in 6. Vel dic quod seueritas est per quam iudicialis sententia vel vindicta districte exercetur, vel est virtus debito supplicio coercẽs iniuriam, secundum Alber. in suo dictiona. in verbo seueritas.

DE SANTE I.

Sic, qualiter intelligatur vide extra

de priui. capitulo ex ore confir. vti.c.examinata & de verb.signi. c.abbati.cum simi.

Sicarij dicuntur homicide & interfectores,dicti a sicca.i.ferro vel cultro.inf de publ.3.§.siccarii. etiam dici possunt sica qui alicuius vite armis insidiantur de pe.dis. prima si quis cum telo.de Homi. capitu. sicut dignum.in gloss.

Sica est ferrum vel cultellus breuis in vtraque parte scindens & acutus.quo maxime vtũtur qui apud italicos latrocinia exercent, sed eius interpretatio est larga vt cõtineat telum, lapidem lignum & quodlibet ferrum,vi instit.de publ. iudic.§. item lex.& §.siccarij. præalleg.

Signum quid sit,& quomodo signum differt a sacrificio, de consec.dist. 2.sacrificium,& c.signum,& quomodo multiplex est signum, vide extra de consue.c.2.in gl. Et signũ perditionis, religiosi est quando propter proprietatem sepelitur in sterquilinio, vt de statu. mona.cũ ad monasterium.

Syllabe error non nocet vt no.extra de fide instru.ex parte per glo.

Syllabam superfluum lex habere nõ debet vt dicit gloss.in.l.j.ff. quod met.cau.

Signare est aliquam formam vel signum alicui imprimere, vel notã imponere: vnde testamentum signare id est notare debet quis vt notam sit illud quod in testamento scriptum. Isid.li.5. etymo.Sed subsignare est subscribere, vt si testes vocati & rogati a testatore subscribant.

Sigillatim i.singulariter.ita exponit Hostien.in c. venerabili. de testi. & Archi.in c.præsentium.§. testes eo.ti.lib.6.facit ad hoc de præbẽ. c.ad hæc licet.29.c.singu.in prin. Item.in symbolo Athanasij. Quicunque vuult saluus esse.vel sigillatim ideſt non plures simul. alias semel.no.Archi.in c.is cui eligendi.de ele.in 6.& haberur de hac dictione in l.sed & si per prætorem §.fi.ff.ex quib. cau. maio. & in l. cum quidam C.de verb.signi.

Significatio secundum Azo.de verb. signi.proprie est demonstratio facta proprio nomine rei de qua quæritur attributo,sed large ponitur si proprium nomen non interueniat,si tamen res per aliud verbum quod aliquo modo accedere possit ad rei ostẽsionẽ,notificetur.

Significationes vocabulorum vulgus adinuenit.Vnde dicunt grammatici,quod ignoramus,iuxta vulgare ponamus,vt refert Bal.in.l.maximum vitium.3.col.versi.præterea C.de lib.præt.

Sillentiarij sunt idem quod consiliarii vel secretarii principis, qui sile re debent & occultare principis consilia vt.ff.de minori.l. verum. & gl.3.l.illud.C.de col.

Siliqua secundum Isid.est vigesima quarta solidi, alii dicunt octaua, alii quarta pars vncie super quo vide.l.si liber.§. filium.ff. de annuis le.& in auct.sed hodie. C.de episc. & cler.& in authe.de sanct. episc. §.sportularum. Aliquando est cortex seu pellis fabe,& ciceris.l.frugen.§.fin. ff.de verbo. significat.& ibidem gloss.

Silua cedua est quæ ad hoc vt cedatur deputata est,& dicitur apta cedi,quia facile succedit.

Silua pascua dicitur quæ pascuis pecudum est assignata.

Silua palaris ex qua pali & pedamenta summuntur.

Similitudo est rerum differentium comparatio, secundum Boet. & quæ similitudo ad speciem vel genus

genus referatur est glos. notabilis in verbo curam animarum in c.non potest.de præben.lib.6.

Simile dici non potest vbi dissimilitudo subest.27.q.j.sicut enim& l. 3.ff. de iniust. rup. & irri. test. & qualiter interpretetur hoc verbū simile. vide capitulo olim de verbo.signi.

Simonia secundum Gof. est studiosa cupiditas vel voluntas emēdi vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum. quod spirituale censetur,ius enim percipiendi prouentus præbendales scilicet ratione prębende vel prælature, spirituale non est, sed annexum spirituali. sclicet canones, propter res temporales quæ ex illo iurę proueniunt, vr scilicet fructus .j. q. 2. si quis obiecerit, sic & ius patronatus dicitur annexum spirituali propter quandam confederationem, quia cadit in laicum a quo possidetur, vt c.de iure.e. tit. Et dicit a Simone mago. qui fuit primus author huius sceleris in nouo testamēto. Ipse enim voluit emere gratiam spūssancti a beato Petro, sic Giezim in veteri testamēto voluit gratiā sanitatis.Naaman syro vendere,vt 4.Regum.5. Vnde simoniacus dicit ꝑprie emptor spūalium.sed Gieziticus vēditor eorundē.j.q.j.studet.Et est simonia peccatū enorme respectu eius qui per simoniā bñficiū acquisiuit, qui penitentiā agere non ꝑt beneficio retēto, vel dicitur enorme.i.in dispensabile, quia dispensari nō potest cum simoniaco,nisi beneficio resignato,sicut in simoniaco in ordine contingit, vt 13. di.nerui. Et simoniacus etiam occultus in ordine suscepto qui vitiosum habet characterem.vt j.q. 3. in quibusdam.suspensus e quoad se, & quoad alios .j.q.pri.Reperitur etiam simonia sola intentione absque pacto vel facto committi,vt in capitulo qui studet. præal.

Symbolum est quadruplex,quoddam apostolorum ꝙ secundum quosdam theologos continet. 12. articulos fidei propter 12. apostolos Christi, qui in vna & eadem hora instinctu spiritus sancti, ipsum cōposuerunt, vnde dicit symbolum a syn.quod est simul & bolus morsellus, quia quisque apostolorum suum bolum.i. partem apposuit, Secundum alios theologos verius est quod principales articuli fidei nostre sunt tantum 7. secundum quam tantum septem sunt dona spiritussancti, quos quilibet christianus scire tenetur, clerici explicite, laici implicite, vt patet de sum. tr. c. firmiter, in tex. & gl. Aliud est symbolum maius quod canitur in missa, fāctum in synodo nicena propter grecos qui nō credebāt quòd spiritussanctus procederet ab vrroque sed a patre tantum, de conse. di.5. c. vlt. & pe. Tertium symbolum est Athanasij.s.Quicunque vult saluus esse quod canitur in primis. Quartum symbolum est iuris.s.primus titulus.de sum.ir.& fide. catho. vt ait Isid.7.li.ety.c.6.in quo id quid de fide cat. & sum.tri.in prædictis symbolis continetur confirmatur & reperitur.

Simplex præceptum est cū præter lit. cōte. iudex cōfessione partium accedēte aliquid præcepit.5. g.si qs a reo in iudicio absque libello cū instrumento debiti petat.10.& cō fiteatur in plano. tunc index sine alia causa cognitione vel commissione sibi pręcipiet vt certo termino soluat, & hoc dicitur ꝑceptū,

& non ſententia quia ſententia non dicitur niſi quando ordo iudicarius eſt ſeruatus.

Simpliciter, quid hoc verbum importet.no.per Inn. & Hoſt.in c.olim. de accu.& in Spec.de inquiſi.§.3. ver.ſed quid ergo.Item de hac dictione vide per Bar.Ioan.de Imo. Alex.& Fran.de ar. in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.obl.

Simplicitas cõtraria dolo cõmendatur c.ſi cupis.15.q.j. & ca. veritatis.Et hæc eſt legib.amica,vt inſt. de fideicom.hered.§. ſed quia.vbi Panormit.in.j.no.de iureiuran.& Panor.in c.cũ dilectus. quod met. cau.vbi dicit quòd nimia ſimplicitas eſt quædam fatuitas.

Symphoniaci ſeruiui erant hi quibus antiqui vtebantur vt in claſſe claſſicum pugnantibus canerem vt docuit Aſconius referens celeuma cani conſuetum per ſymphoniacos ſeruos remigibus.& de his meminit Vlpia. in l. ſed & ſi quid. ff.de vſufr.& Cicero. in li.de diuinatione. Ab hac (inquit) muliere præfectus Antonij quidam ſymphoniacos ſeruos adiiciebat per iniuriam, quibus ſe in claſſe vti velle dicebat.

Syndicus eſt procurator vniuerſitatis vel collegij pro certo ſententiario ad iudicia cõſtitutus.ſ. qui cauſas vniuerſitatis agit vel defendit & dicitur quaſi ſingulorum cauſas dicens. Eſt enim ſyndicus grece defenſor latine. Nam officium eius eſt agere vel defendere nomine vniuerſitatis cauſas preſentes, vel emergentes, vt ff. quod quiſq; iur.in rub.& in glo.j. in ca.vnico. eo.tit.& quando dicitur cauſa vniuerſitatis agi per procuratorẽ debet exponi, id eſt ſyndicum vel actorem,vt de procu. c.quia in cauſis.& de iur.calum.c.cum cauſam.

Synodus ex græco interpretatur comitatus vel cetus, & inter cetera concilia quatuor venerabiles fuerunt ſynodi quæ totam fidem cõplectuntur quaſi quatuor enangelia & quatuor ſymbola & totidem paradiſi flumina. Prima nicena. 328.epiſcoporũ a Conſtantino imperatore peracta,qua damnata eſt blaſphemia Arriane · per fidei de inequalitate trinitatis. Nam ſecundum glo. dicebat patrem maiorem filio,& filium maiorem ſpiritu ſancto. Secunda centum quinquaginta patrum Theodoſio ſeniore Conſtantinopoli condemnans Macedonium negantem ſpiritum ſanctum eſſe Deum & conſubſtantialem patri, ſed (ſecundum glo.) ſeruum patris & filij.j. q.j.eos qui. Tertia epheſina centum epiſcoporum Theodoſio iuniore quæ damnauit. Neſtorium aſſerentem.duas perſonas in Chriſto, & beatam Virginem non dei, ſed hominis tantum genitricem. Et hæc oſtendit in duabus naturis vnam Chriſti perſonam,& dicitur prima ad differentiã ſynodi epheſine ſecunde quæ fuit reprobata. diſtin.16.quoniam ſancte. Quarta calchedonenſis quingentorũ centum & triginta ſacerdotum ſub Martiano principe dãnans Euthicem Conſtantinopolitanũ abbatem verbi dei ,& carnis vnam naturam pronuntiantem, ſcilicet diuinam poſt reſurrectionẽ.diſt.16. capitulo ſexto, & Dioſcorũ eius defenſorem quondam Alexandrinum. Epiſcopum, & Neſtorium epiſcopum cum reliqui hereticis. De his eſt tex.ad literam. diſt.15. capit.canones.& §. garum prior. & ſecundum Gregor. in ca.ſeq.& de eiſdem Gelaſius papa in c. ſeq. De his etiam vide text. §.ſuſcipimus.

mus.in epistola inter claras.C. de de sum.trini.& fide catho.

Si de proprio significato importat conditionem non tamen semper significat, unde quandoque facit dispositionem conditionalē quādoque executionem.tantum quādoque significat causam incertam quandoque certam quandoq; euē tum incertum non conditionalem quia non suspendentem, quādoq; accelerationem,& quandoq; nihil significat.Exemplū primi ibi,promitto vel lego si nauis ex asia venerit.sit in l.itaq;.ff.si cer.pet.Secundi.ibi, iudex dicit do tutorē si satisdederat, quia sensus est q̄ pure datur, & immēdiate sit tutor, sed administrare non debet nisi prius satisdederit. vt l. mutue. §. hanc aūt.ff.de tut. vbi dicitur hāc conditionem si satisdederit conditionē non facere ratio est volūtas proferentis. Nā tutor a iudice nō potest dari sub conditione. c.actus legitimi.de reg.iu.lib.6.Etiā quia inuitus datur tutor. ergo non stabit in voluntate sua per conditionē.Hæc iudices in decernendo solent facere iudicia sua conditionalia. Exemplū tertij. Lego titio si negotia mea gesserit. Et est aliud exprimere causam per quia, & aliud per.si. Nam per quia exprimēdo falsa causa non vitiat,sed per si vitiat.l.demonstratio.ff.de condi. & demon. nisi aliud appareret ex voluntate disponentis.Etiā quandoq; si capitur pro quia, vt ibi.Si deus est,quia hic subiecta materia & fides cathol. habet quòd Deus creator est omnium certitudinaliter. Quarti quando ille euentus est de presenti vel de preterito, vt tibi promitto vel lego si rex est Parisius vel fuit tali die vbi euentus est disponentibus vel disponenti incertus, non tamen conditionalis,quia non suspendit. Nam actus purus statim valet vel non valet.vt §.fi.institu. de verborum obl.& hic accelerationem significat etiam quandoque nihil signifi cat,vt ibi promitto si talis morietur.arg.l.si pupillus.§.qui sub cōditione. ff.de nouatio. & delegat. quia non potest significare conditionem quæ est de euentu futuro certo. Sed quia nihil certius morte, ergo materia subiecta non patitur. Dicit tamen Bar. quòd in vltimis voluntatibus operatur conditionē, dicendo lego si hæres morietur, vel si sempronius morietur non ex eo quòd mors sit incerta,sed quia incertū an legatarius morietur antequam hęres vel sempronius. allegat. l.quibus diebus. §. cuidam titio. ff. de conditio. & demonstratio. vbi dicitur quòd legatum tale.si mater tua morietur est conditionale Petrus dicit contra quòd est purum.Et sic in text. allegato debet sumi pro cū quod significat principaliter tempus & per consequens conditionem. Itē nihil significat vt ibi, promitto si volueris, lego si hæres voluerit.l. sub hoc.ff.de act.& obl.quia actus in voluntate obligandi est, & sic nulla est dispositio vel restrictio sit nisi disponens videatur decidere.l.si ita expressisset. ff.de condi. & demonst.

Si non dederis, hoc complexum sic applicatum duobus ab eodem stipulantibus vel per pactum acquirentibus dicendo. Tu promittis mihi Petro si non dederis Henrico. Et Henricus similiter dicat. Tu promittis mihi Henrico si nō dederis Petro cappam tuam. Sensus huius dictionis est quòd altero.Itē contestato deficit conditio

per alterũ appoſita,& exiſtit conditio per ipſum appoſita ſuper re ſibi data,vt in l.ſi titius. ff. de ver. obli. Ratio eſt voluntas proferentis ſumpta ex hoc ꝙ ille non vult rem habere in caſu in quo iſte habebit. Item ibi promittis mihi ſtichum,& ſi eũ non dederis promittis mihi decẽ nomine pene vel loco eius ſignificat quã ſi non detur ſtichus cũ põt dari ſic ꝙ eſt in mora daupi exiſtat cõditio & ſtipulatio ſiue cõuentio penalis,quæ perdationem decẽ committitur ſiue purificatur, vt l.ſi ſtipulatus. §. j. ff.de verb.obl. Ratio eſt voluntas proferentis ſumpta ex hoc ꝙ ſtichus eſt in obligatione primo deductus pure, & per hoc agitur eũ dari cũ poterit, & promiſſor interpellatur dare & ſi de aliis. Finaliter autem ſemper ad mentẽ diſponentis recurrendum eſt, quia ſepe contingit quod vna dictio vel oratio per vnum capitur in vno ſignificato,& per alium in alio, ſunt ergo circunſtantie attendende per quas mens proferẽtis declaratur, vt ſunt qualitates perſone &c.

Si capitolium non aſcenderis, ſi titio nõ nupſeris,ſi nauis ex aſia venerit,hæc conditio per cautionem impletur prout teſtatorem voluiſſe concluditur ſicut conditio per illum modum deficit vel exiſtit per quẽ deficere vel eximere proferens intelligit prout ex conditionis ſignificato proprio,vel alio perſonali medio concluditur ex euentu vel defectu.

Si non valet hoc iure, valeat illo. Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum &c. He clauſule ſignificant, ſi nõ poteſt valere ex defectu ſolennitatis vt teſtamentum. ſ.quòd non ſunt ſeptẽ teſtes, vel non ſigillauerunt eodem contextu, valeat iure codicillorum ſi ſint quinq; teſtes, quia diſponens hoc voluit,& lex admittit. Significat ergo dictio ſi appoſita his verbis,vel aliis quòd voluntas diſponentis declarata ex verborũ ſignificato, vel aliis quouis mõ dictat.

Si peperit,hęc dictio & applicata verbis diuerſimode ſignificat, prout diuerſimode applicatur.v.g.dicendo,ſi res peperit,liber eſto, ſignificat quòd quartus partus ſit liber vt l.arethuſa.ff.de ſtatu homi.ſi ergo vnum primo peperit ſecundo tres ex eodem vtero, vel primo duos & ſecundo duos ex eodem vtero, tũc qui quarto naſcitur eſt liber, nec poteſt dici quòd duo ſimul naſcũtur, quia natura hoc nõ patitur,vt in.l.arethuſa.præalleg. Alij dicunt ſi naſcitur maſculus & femella, maſculus præſumitur prenatus quia fortios, ſed hoc eſt in contrarium, quia fœmina citius pubeſcit & perficitur. Alij dicunt quòd omnes erunt liberi. l.cum mater. §.fin.ff.de fideicom. lib ſed hæc non fuit mens teſtatoris.ergo primum dictum melius.

Sine hæc dictio tria importat. Eſt.n. priuatiua. negatiua, & excluſiua no. ff.de pigno.actio.l.j.§.præter. Item importat argumentũ a contrario ſenſu. extra de his quæ fiũt a prela.ſine cõſenſu capituli. cum apoſtolica.§.fin. Aliquando includit.5.diſt.ad eius.& tempo.ordin. c.nec epiſcopi.& in gl. Aliquando ponitur pro non. ff. mandat. l.ſi mãdauero.§.fugitiuus. Aliquando pro contra.ff.de acqui.poſſ. l.ſi ex ſtipulatione. & plene de hac dictione,vide per Alber.de Roſa. in anth.quod ius.C.de procur.

Sitocomia, id eſt fames vel guerra, vt C. vt nemi. liceat in empt. ſpecie. in glo.rubr.vel dic ſitocomia frumen-

mentaria dicitur, vnde sitocomia præfectus frumentarie. Nam siton frumentum & como curo dicitur, vt habetur l.fi. ff.de admini.re.ad ciui. pertinen. vbi corrupte legitur sitonias. pro sitocomas.

Siue euenerit siue non euenerit he orationes de se sunt cõtrariorum casuum, & tamen coniuncte significant puritatem. s.quòd actus qui disponitur his verbis sit purus, & sumitur significatũ ex hoc quòd certum est alterum casuum euenturũ, & sic dispositio redditur pura, facit l.quòd si petẽte. §.vlt.vbi habetur quòd venditio facta hoc modo siue nauis ex alia venerit siue non est pura. vt l. si pupillus. §.qui sub conditione. ff. de noua. vbi habetur quòd qui stipulatur sub conditione omnino extitura, pura stipulatur, vt. l. itaque.ff.si cert.pet.vbi conditio dicitur cum in incertum confertur. Et sic patet quòd hec conditio non reddit actum conditionalẽ de per se, sed hæc oratio applicata dispositioni vltime voluntatis eam reddit conditionalẽ, vt l.huiusmodi.ff.quãdo di.leg.ce. vbi dicitur quòd legatũ hoc modo factũ siue illud factum fuerit siue non est conditionale, & intellige siue non fuerit intra certum diem, ne in infinitum expectetur. Et licet certum sit alterum casuum euenturum, tamen incertum est an viuente legatario vel non, & sic incertitudo facit conditionem in vltimis voluntatibus. facit l.j.de condi.& demon. Secus in contractu qui pure transmittitur, siue factum existat siue non. ergo contractus factus cum ille morietur non est conditionali sed in diem. l.nam si cũ moriar. ff.de condi.inde. Et sumitur in his significatum ex communi modo intelligẽdi, nisi aliud certe appare ret ex voluntate testatoris vel cõtrahentium.

DE S ANTE O.

Sobrini & sobrine dicuntur qui vel que ex patruelibus fratribus vel sororibus consobrinis vel amicis progeniti vel progenite sunt.

Sobrinus propter & sobrina proprior sunt patrui magni vel amite magne filij filie ve. & sobrinus nascitur ex sorore.

Socer est pater mariti vxotis, in l.sicut autem. ff.de re iudic. etiam est pater vxoris mariti, vt ea.l.

Socrus est mater mariti vxoris pro socer proauus, & prosocrus proauia mariti. Societas est duorum pluriumve conuentio honeste contracta ad vberiorem quæstum, & cõmodiorem vsum qui potest solui multis modis, vt not.glo.instit.de societate. §.manet. & pro hac.require supra Actio pro socio, nam vera societas fraternitatem inducit, vt in l.verum.ff.pro socio.

Solet quid importet. vide Bart.in l.j. C.quomodo & quando iudex.

Solutio secũdum Gof. est rei quæ debetur redditio. instit.qui.mo.tol. ob.in princi. vel large est ab obligatiõe liberatio. Et alia est naturalis siue vera quæ fit per redditionem eius quod debetur, alia ciuilis siue imaginaria, & fit multipliciter per nouationem delegationem acceptilationem vel compẽsationem, de quibus in locis suis.

Soluendo esse est habere vnde soluat vel soluere possit insolidum per se vel per alium. ff.de verbo.sign. soluendo, & sic dicitur quis esse soluendo. Econtra non soluendo dicitur ille qui soluere nõ potest.

Solemnitas sumitur pro actu reali, vt solemnitas stipulationis dum quis fideiubendo se obligat interrogatione

tione præcedente, & reſponſione ſequente inſti.de fideiuſſ.§.fin. Et hoc eſt notandũ pro intellectu huius ſcriptum reperietur aliquem fideiuſſiſſe,quia ſub hoc verbo ſignificatur ſolennitas ſtipulationis niſi fieret in patria tali in qua efficax eſt ſimplex promiſſio. ſimiliter in autentico inſtrumento ſi reperitur tibi ſcriptum aliquem promiſiſſe,ſub hoc verbo includitur ſolemnitas eſt ſtipulationis.l.j.C. de vſur.&.§.ſi ita ſcriptum. inſtitu.de inut.ſtipula. Et ſumitur ſignificatum ex ſolemnitate inſtrumenti quod ſignificat ibi contentum ſolemniter factum etiã ex parte notariatus,quia natarij non redigunt inſtrumenta in ſcriptis publicis niſi de actibus corã eis ſolẽniter celebratis. Alias promiſſio nõ facit de ſe ſolẽnitatẽ ſtipulationis ſecus de fideiuſſione dum ſaltem apparet in quantum pro quo & penes quem, alias etiam nulla eſſet fideiuſſio.l.cum de indebito. ff.de proba.§.fi.iuncta l.j.de fideiuſſio. & ſic de aliis in quibus includiter ſolemnitas vel non.

Solus eſt cui nullus eſt contrarius. diſtin.8.ſi ſolus. ſi ſolus Chriſtus audiendi eſt,non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendũ putauerit,vt 8.q.j.ſciẽdũ in fi.

Sola eſt quæ fidei poſſidet meritum obedientia.

Solertia. i. cautela. de iure patro. c. lib.6.per Archi.velingenij ſcientia vel aſtutia no.in l.j.§.nõ fuit.ff.de dolo.& in l.j.C.ſi maior fac.

Solum idem eſt quod terra vnde. Si tibi terra ſolum quo poſſunt vincere ſolum. Vbi primum eſt ſubſtantiuum neutri generis, ſecundum adiectiuum maſculini generis,vnde dicitur. Quicquid plantatur ſeritur, vel edificatur. Omne ſolo concedit radices,ſi tamen egit.inſtitut.de rer.diuin. §. cum in ſuo.

Solidum.i.firmum. Et cõponitur cũ in vt inſolidũ.i. quilibet eorũ per ſe ſolum,vnde locum habet in promiſſionibus ſtipulatione vallatis, quæ ſtipulatio accipitur perverba futura,vt inſerit inſolidum ſedaturos vel ſeruaturos.

Sollicitus dicitur inquietus,quaſi ſoles & citus ſecundum Iſido. in titu.de ſollicitudine.

Solidus idem eſt quod aureus,& 82.ſolidi faciunt libram auri,inſt. de pena teme.lit.§.fi.ff.de in ius uoc.l.libertus. Item ſolidus & aureus qualiter accipiantur in iure, & quot ſolidi faciant libram. Panormitan.in capitulo conquerente,de offi.ordin.vbi Fely.

Solium latini greci tronum vocant & eſt locus in quo reges ſedent c. quorũdã.& ibi Arch.de elec.in.6.

Solutum matrimonium dicitur ſiue morte ſiue diuortio.l. cum quærebatur.ff.deverborum ſignificatio. & l.ſi quis.ff.ſolu.matrimo.

Sors eſt ars diuinandi. Diuinatio autem proprie in malo ſumitur. Idẽ etiã ſors idẽ eſt quod ſortilegiũ, vt extra de ſorti. Item ſors eſt portio hæreditatis eo q̃ per ſortes ſolent diſtingui hęreditatum portiones.de prębend.cũ ſecundum Apoſtolorum.21.diſt.cleros. Sumitur pro ortuna vel euentu. 26. q.2. ſors. Itẽ pro capitali capitur,vt de vſur.c.j.& 2.de hoc vide gloſſ. in prohem.cle.in verbo ſortis.

Sortilegium eſt quando aliquid per creaturam diuinatur. Et ſpecies diuinationis numerantur.26. q. 3.c. igitur & eadẽ cau.q.5.epiſcopi.& c.nec mirũ ẽt omnis diuinatioquocunque modo fiat & qualitercunque vocetur eſt prohibita & damnata,

nata,vt 26.q.5.per totum.

Sortilegi vel ſortilegiſte ſunt diuinatores,vel iſti quo ſub nomine ficte religionis per quaſdam quas ſanctorũ vel apoſtolorũ vocãt ſortes vel diuinationes ſententiã vel ſciẽtiam profitentur, ſiue dominationis aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt, vt 26.quæſtion.c.j.

Sotulares dicuntur, quaſi ſubtalares a ſub & talo. Et alias ſabbati genus calciamenti,vt in ca. ne in agro de ſtatu mo.

DE S ANTE P.

Spado quis ſit vide.ff.de excu. tuto. l.ſpadonẽ.& inſt.de adop.§. illud. & vide ſupra in verbo caſtratus.

Spado carens vtroq; teſticulo nõ poteſt cõtrahere matrimoniũ, ſecus ſi caret vno teſticulo tantum, Pano.in c.quod ſedẽ.de frig. malefi.

Spectacula ſunt quæ fiunt in loco vbi ludebant tragedi & comedi,vt dicuntur greci & habetur in auth. de conſulibus. Et ſpectaculũ prohibitum eſt prout importat effuſionem ſanguinis.C.de gla.l.j.lib. 11.& l.legatum.ff.de vſu.& vſufr. Sed ludi permittebantur ad letificationem populi, vt comedie & ſimilia.l.prima, ſecunda & tertia. C.de ſpecul.lib.11.

Specus eſt altus locus ſupra terram per quem ducitur aqua.ff.de riuis l.j.§. ſpecus. Item ponitur pro foſſa qua colligitur aqua, & eſt ampla & rotunda.ff.de aqua plu. arcem.l.ſupra iter. ibi. glo. ponit differentiam inter ſpecus & cuniculum,vide ſupra in litera.C.

Species ſignificat terminum ſignificationum plurium differentium numero, vt homo, ille terminus ſignificat oẽs homines inter ſe differentes numero, qui terminus homo ſignificatur hoc nomẽ ſpecies prout eſt vnũ de quinq; prædicabilib. Sed ſecundum legiſtis ſumitur ſpecies quandoq; pro indiuiduo, vt ſecus ſticus. fundus cornelianus dicitur ſpecies prout ex ſignificato ſuo vel quouis alio medio concludit proferente ſignificare voluiſſe,vt ſi dicat teſtator. Titio lego omnes ſeruos meos,ſeio lego ſtichum ibi ſeius in ſticho præfertur l.vxorem.§. feliciſſimo ff.de legatis 3. nam ſpecies expreſſius legatur quam genus & legatum ſpeciei præualet, & aliquid ſignificat,& operatur. Similiter ibi lego titio vnum de ſeruis meis, ſeio lego ſtichum. ſeius in ſticho præfertur l. cũ ita.§.j.ff.de optio. & ele.leg.non obſt.l. ſi haberes.§. j.eo.tit.quia ibi optauit de facto. Sed ibi lego tibi fundum ſempronianum ſeio eiuſdem fundi vſumfructum ſeius in vſufructu non præfertur,modo inter vtrunque communicatur.l.ſi alii.ff. de vſufructu lega. Sed ſi iudex diuidendo dicit,titio aſſigno fundum ſempronianum ſeio eius vſumfructum. ſolus ſeius habet vſumfructum l. & puto.§.j.ff.famil. erciſcun. Ratio eſt voluntas iudicis ſumpta ex natura diuiſionis qua agitur recidi.a communione. Nam ſi vſusfructus remaneret communis nõ fieret diuiſio,nec recederetur a communione. Et hæc diuido & ſententia iudicis eſſet euidenter iniqua, qua in fundo eque vni adiudicaretur tota proprietas & cum hoc pars vſusfructus ideo ſumitur intellectus talis quod vnus ſit proprietas, & alterius vſusfructus, quia hic nulla apparet inequalitas.Item ibi teſtator legat omnes ſeruos cuidam nõ capaci,puta deportato & ſtichum ſeruũ titio capaci.Titius habebit ſtichum, nec

de-

derogat legato generis per legatum speciei, quia legatum generis nullũ est ipso iure,& sic ei non derogatur,vt.l.nam & si.ff.de iniust. rupt. & irri. testa. vbi quod nullum est,rumpi non potest. Itẽ ibi papa.concedit gratiã alicui ad primum beneficium vacaturũ in prouincia,alij ad primum vacaturum in dioceſi,etiam prior profertur ad primum vacaturum in dioceſi propter ius acquisitum priori cui papa per secundam gratiam non vult derogare,nam papa specifice nominat dioceſim ad ipsius gratie restrictionem vt in illa dioceſi gratia tantum habeat effectũ. Etiam quia hęc gratia potest habere effectum absque hoc quod deroget gratie generali. secus in legatis vbi omnes serui vni legantur,& alteri stichus legatur, quia nisi derogetur legato generis, legatum specie non habebit effectum,& nihil operabitur.

Speculatores proprie dicuntur præſides prouinciarum.l j.C.de priua. carce.& l.ordinariorum.C. de cohabita.lib.12 & eorum auctoritas est magna.Panor.in c.suspicionis de offic. delega.

Speculum quasi exemplum est cap. enimuero.19.distin.vnde ecclesia Romana est speculum aliarum,vt dict.cap.enimuero. & est triplex speculum, secundum Archid. in §.ecce. 36. dist.

Specularij inter artifices nominantur.l.j.C.de excu. mune.lib.10.

Sperant idest putant insti.quibus ex cau. manumitt.non lic.§.in fraudem versiculo sepe.

Spoliatio est a possessione rei immobilius violenta & iniuriosa deiectio,vel rei immobilis ablatio, dicitur violenta quia si quis sponte possessionem suam renunciauerit vel abiurauerit, locum non habebit spoliatio,& per consequẽs nec restitutio,nã restitutio spoliatorũ est ablatorum in iudicio redintegratio.Et quia credendum est canones loqui sano intellectu, spoliatus intelligitur in casu quo criminaliter accusatur qui tota sua substantia,vel maiori parte ipsius se per violentiam destitutum affirmat, quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis non opponere debemus.Habet.n. spoliatus priuilegium vt non possit exui iam nudatus,vt est tex.in c. frequens, de restitutio. spolia. lib. 6. vnde. Cantabit vacuos coram, latrone viator. vide Gof.in sum.de resti. spol.vbi prædictam diffinitionem spoliationis subtiliter declarat.

Sponsus & sponsa sunt qui inter se de futuris noptiis promittunt per verba de futuro,a spondeo sic dicti id est promitto. vt. l. 3.ff. de sponsa.

Sponsa dicitur etiam quam pater spondet alicui futuram sponsam vxore.vt l.2.ff.eo.titu.

Sponsalia sunt futurum nuptiarum conuentio & repromissio.ff.eo.ti. l.j.30.q.5. nostras & ita iste consensus est de futuro matrimonio. consensus vero nuptiarum est de præsenti matrimonio. Sed dicit placen. eundem esse consensum sponsalium & nuptiarum.Sponsalia.autem dicta sunt a spondeo,nã moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi vxores futuras, vt l.2.ff.eo.ti.& inde sponsi & sponse appellatio nata est,& certe stipulatio potest interuenire sed nõ necessaria.& nota q sponsalia disolui possunt pluribus mod.secundũ Io.an.in tract.super quarto decretali,& not.super rubr.de sponsa.

Sponsalitia largitas dicitur quod dat spon-

ſponſus ſponſe,ſine animo tamen recompenſandi,ſed omnino gratis vel econuerſo. Et iſta donatio dicitur econtractus de iure ciuili. Et illi ſunt quatuor ſcilicet ſtipulatio literarum obligatio contractus emphyteoticus,& ſponſalitia largitas, vt in.§.ius autem gentiũ. inſti. de iur. natu. gen. & ciui. in gloſ.ſuper verbo pœne.

Sportule ſunt ſalaria apparitorum, vel ſecundum Azo.C.eo.ti. forte apparitores iſta non ſibi, ſed pro fiſco recipiebant, & illa reponebãtur in ſporta vel in aliquo ſimili vaſe, vt corbe, in quo conſueuerunt aliqua portari,& ita ſub tuta cuſtodia fiſco conſeruabantur. & ſic continentia ponuntur pro contentis, vt C.de ſpon.& ſum.in rurubro & nigro.&.l. 12.

Spurca eſt aliquod turpe per quod aqua turbatur.ſ.apud trebatiũ.ff. de aq.plu.arcẽ.l.ſi ſeruus ſeruum §.inquit ad legem aquil.& l.j. §. j.ff.de extraordinarijs crimin.

Spurius eſt filius ex inceſtuoſis nuptiis natus,& dicitur a greca voce ſporãdin,quod eſt vulgo cõptus, vel ſine patre nomen ſumpſiſſe,vt ff.de ſta.ho.l.vulgo concepti.Vel eſt natus de concubina,vt de renunc.c.niſi cum pridem.§. perſone vero.in glo. quæ diſtinguit notum, ſpurium manſerem,& naturalem.

Spurij qui dicantur.vide Pano.in c. tanta.in pen. col. verſic. quidam ſunt filii ſpurij qui filii ſunt legi.

Squalor eſt infectio propte multitudinem carceratorum.l. ſi quis C. de cuſt.reor.

DE S ANTE T.

Statuta ſecundum Papem ſimulacrum,idolũ,imago.Et eſt differentia inter ſtatuam & imaginẽ, quia in ſtatua nihil eſt quod non deſignet effigiẽ hominis, in imagine, eſt pictura ſola ,& multe partes q̃ non deſignant membra hominis, vt dicit glo.ſuper rub. C. de ſtat. & ima.& Azo.in ſum.C. eo.tit.

Stabularij dicuntur qui aduocatis hoſpitibus & ſtabularijs præponũtur,a ſtabulis ſic dicti. Qui vero ſic receperunt,hoſpites, & qui ſine equis vocantur caupones.

Stallus in choro & locus in capitulo cenſetur de parribus beneficii canonicalis.Panor. in.c.cum inter. in j.col.de renuncia.

Stationarij dicuntur milites qui vt alicubi teneant ſtationem,ſunt cõſtituti.Poſſunt etiam dici librorũ venditiores quia ſtationem faciũt pro libris vendendis. Item dicuntur eleemoſynarum quæſtores in c.cum ex eo de pe. & remiſſ. vbi prohibetur talib.prędicare & ponitur ibi forma de verbo ad verbum eorum quę tales dicere debent populo.

Stadium eſt octaua pars miliaris Italici,quod (vbi hiſtorice refertur) Hercules vno anhelitu currebat, & poſtea ſtabat,& eſt ſpatium centum & triginta paſſuum ſecundũ Azon. inſtitut. de rerum diui. §. vniuerſitatis.in gl.ver.ſtadia.

Statores ſunt nuncij vel apparitores magiſtratuũ, qui reos in ius vel in carcerem ducunt.l. obſeruare. ff.de offi.proconſul.& legat. licet alibi mendoſe legatur ſtratores. vel in ea.ff.ex qui. cau. ma.

Status eſt cõditio hominis in qua vt plurimum poteſt. vt ait Pla.

Statura libertas eſt libertas conceſſa ſub conditione, vt dicendo, lego ſeruo meo libertatem,ſi nauis ex Aſia venerit.l.j.ff.de verb.obliga

Statuimus bene ſignificat ſentẽtiã diffinitiuã. vt c. in his.de ver. ſig. & importat comuniter nouũ ius. ſeeus

cus decernimus,& innouamus, vt in c.decernimus,de iud.& c.innouamus.de tre.& pa.Nam decernimus discussione dubii innouamus antiqui iuris renouationem & statuimus noui iuris promulgationem importat.

Statutum est ius ab homine positum vel dispositio ex qua ius producitur.insti.de iur. na.gen.& ci.& significatur ius statuti ex verbis in statuto positis,quę significant qd̄ sonant,aut strictius,aut extensius, vel aliter prout obscuritas eorum declaratur suo quouis modo probabili cōcluditur.Nā in quibusdā statutis verba clare sumuntur in suis propriis significatis nō restringendo,nec extendendo.vt ibi.statutū impatoris dicit q̄ iudex qui dimittit ab administratione nō soluat pecunias vsure ab eo debite, nec ab eo exigantur,nec a fideiussore.l.cōstitutionib.ff.ad mun.&c. Q̄ñq; aūt restringuntur verba statuti vt ibi, statutū est q̄ si vir manumiserit seruū dotalē de voluntate mulieris,teneatur mulieri solu. matrimonio restituere quicquid peruenerit ad ipsum a liberto, & ēt hæres eius si ad ipsum peruenerit in quo statuto solū cōprehendi tur vir & hæres eius sed non socer pater viri.l.si vir.§.de viro.ff.sol. matrim.Quandoque significat extensius.ver.gra.statutū est q̄ conductores domorū habitent in illis, & non conducant aliis. nec alios secum in domo conducta pro pretio vel gratie teneant vir conduxit domū taliter, certe extenditur q̄ potest inhabitare cum vxore & familia sua tota, nec facit contra statutum,vt l.si ita stipulatus fuero.ff.de verb.obl.Bart.hic decidit hāc qō.statuto cauetur quòd quicunque fecerit,effundi sanguinem in palatio, capite plectatur. barbitonsor phlebothomat aliquem, an incidat in pœnā? Et dicit quòd non, quia statutū intelligitur quicunqne iniuriose &c.Etiam pœna non debet imponi nisi pro delicto, sed barbitonsor in tali nō cōmittit delictum igitur &c.nisi appareret de mente statuemus q̄ vellet prohibere de se licitū, puta effundere sanguinem etiam licite per phlebothomiam,propter loci honestatem. nam tunc bene staretur verbis statuti, & sic contra faciēs incurreret pœnā damni,& non lucri appositā. si statutum velit prohibere de se licitum,in dubio nō est tenendum nisi clare hoc pateat. Et prędicta intelliguntur de extēsionevel restrictio,vltra quàm verba significant de se. si autem verbum plures habet significationes tunc illa eligitur quā eligendā significatu verbi declarat,vt quādo lex dicit naturales filios esse in potestate patris intelligitur de naturalib.& legitimis, quia aliis legibus declaratur quòd filii naturales tantum non sunt in patris potestate. Et not. quòd significatio propria verbi dicitur illa in quo cōmuniter capitur ipsum verbūvt in l.labeo.ff.de suppel.le.Item statutum imponens pœnā pecuniariam pro adulterio vel homicidio, pro quib.est pœna mortis de iure communi vtrum valeat? Archi.in c.duo ista nomina.23.q.4.& in ca. fi.ne cler.vel mona.lib.6.Host.& Io.an.in ca.fin.de consue.decidūt quòd non valet, quia constitutio debet esse iusta equa & vniuersalis.4.distinctio.cap.erit autem lex. sed ista est iniqua, quia per quam datur occasio facile delinquendi l. si vnus.§.illud vero.ff.de pact.ca. quemadmodum & ca. & Christus

ver.

ver.quædam.n.de iureiuran.Nihil enim magis appetimus quàm ſatu rare volũtatẽ noſtrã cũ poſſumus. Cum ergo quis ſcit ſe pro homici dio moriturum.citius facit nec ſu am culpam pertimeſcit cũ ſperat poſſe redimere eã Bal . ſolus apud legiſtas.cap.i.§.iniuria de pact.iu. fir.in vſi feu.dicit ſine allegatione hoc ſtatutum inualidum eſſe quan do ponit pœnam pecuniariam par uam,& ſic contemptibilem , alias ſecus & nihil allegat. sed Lud . de rom.probat per tex.in §.pœna in-ſtit.de iureiuran.vbi dicitur quòd vidua erat lex 12.tabu . olim quę propter delictum imponebat pœ-nam pecuniariam & hoc propter magnam veterum paupertatem . Ite intelligat gl.dicentem.Qui ru ſtico aufert portum.aufert ſibi o-culum.l.illicitas.ff.de offi . præſid. Item ruſtici non audent optate pe cunias in comitatu florentino.l . domini prædiorum.C.de agric . & cen.lib.11.Item ſtatuta cũmuni-ter fiunt quòd qui ſteterit in ciui-tate per tot annos efficitur ciuis quòd ſi non ſteterit continue , ſed pro maiori parte tẽporis , an locũ habeat ſtatutũ ? tex.eſt ſingularis in l.cũ delanionis.§. ſabinus. ff.de fundo inſtruct.& inſtrumen. lega.

Stragula veſtis eſt.l.veſtis.§.i.& fi.ff. de aur.& arg.lega.l.i.iuncta l.ſe.& l.quę ſitũ.§.ſed ſi fundus,ff.de fun. inſtru.& in parab. solomo.ca.fin.

Statutum ſiue lex puniens vnũ deli-ctum,& pſupponens aliud nõ valet in illud in quo non verificatur de-lictum & pſuppoſitum.gl.vnica in l.mancipia.in verbo aduocandum C.de ſer.fugi.v.g.ſtatutum dicit, turbans aliquẽ in poſſeſſione pu-niatur pœna centum , & reſtituat poſſeſſionem punit.n.turbantẽ, & præſupponit poſſeſſionẽ iniuſtã, ſi ergo quis non abſtulit poſſeſſionẽ nõ punitur pœna ſtatuti . per hoc dicit Lud.de Ro.quòd lucratꝰ fuit ſex florenos.Itẽ rome erat ſtatutũ quòd quicunque nõ exequeretur diſpoſitionẽ defuncti intra annum priuaretur omnibus bñficiis ſuis , & excõmunicaretur,& ſtatim reſti tuere bona teſtatoris,iuxta cap.ſi hæredes.de teſta . quidam relictus executor ex teſtamento , nunquã habuit bona in poſſe ſuo,ſed erant pœnes hæredem , non fuit execu-tus intra annũ,& cũ fuiſſet benefi ciis priuatus& excõicatꝰ.dicit Lu. de Ro.ſe determinaſſe quòd male uerat excõicatus,quia pſuppoſitũ ſtatuti.ſ. qꝑ habuerit bona in poſ-ſe ſuo non verificabit in eo.vbi di cit hoc bene notãdum.Itẽ ſtatuti cauſa cõpromitti nõ põt caſus eſt. in l.nõ diſtinguemus.C.de libera-li.ff.de arbi.&c.cã.de in integ.reſ. Põt de ea incidenter cognoſci.ca-ſus ſingularis in glo.l.cum propo-nas.C.de reb.cre.quia idem eſt in arbitro quod iudice . de qui . in l. quoties.C.de iudi.Itẽ ſtatutũ pro hibet habentẽ vnum offm̃ accepta re aliud,ſic acceptat , pœna habet vt careat acceptato,& priuetnr of ficiis & ſolatio primi,tex.ſingula-ris eſt in l.qſquis.C.de coha.prin, lib.12.& ibi per Barto.Item ſtatu-tum eſt quod credatur teſtibus de ponentibus de credulitate, an va-leat ? dicit Hoſtiẽ.& dominus An-to.de But.in c.i.de appel.quòd nõ valeat.De hoc ſecundum Lud.de ro.in l.i.ff.de ventre inſpic.& in l. quid tamen.ff.de arbitr.plene per dominum Ant.in ca.quoties.ff.de teſte.vbi non valet dictum perver bum credo.Item ſtatuta ciuitatis iudex ſeruare iurat . Queritur an iudicans cõtra ſtatutum cõtinens id quod ius cõe ſit periurus? & re

cidi

cidit in hoc an ſtatutum cõtinens in quod ius cõmune, ſit ius cõmune municipale Bal. in l. ij. ff. de cõſtit. princ. dicit eſſe caſum ſingularẽ in l. magiſtratus. ff. ad munic. & dicit Lud. de Roma. hoc neſcio extendere. Item ſtatutum prohibet aliquando ne doctores ſalarij vadant ad allegandum ſeu aduocandum, & ſi faciunt debent deponi a matricula aduocatorum, & priuantur ſalario illius anni, ſecundũ Bal. ſingulariter in l. placet in fine. C. de epiſ. & cler. imo dantes licentiã doct. ſtipendiarijs reip. aut armigeris (cũ nõ poſſunt, quia eorum officiũ ad hoc nõ extenditur) vt vadãt ad balnea naturalia, vel alia loco ſimilia, ſalariũ illius tpis quo licentiã dederunt ipſi officiales de proprio ſoluere tenentur. caſus eſt ſingularis in l. per hanc. C. de eroga. milita. an. lib. 12. ſm Lud. de Rom. Itẽ not. quod in ſtatutis cõiter locũ habet argumentũ a contrario ſenſu, hoc tñ eſt limitandũ niſi argumẽtum illud ſumatur q̃ ſtatuentes in pœnã incidcrent, tunc. n. nõ valet, vt eſt gl. in cle. j. ſup verbo facere & ca. exquiſitus. de vſuris.

Stellio dicitur qui animo inconſtans, & varius eſt verbo vel facto, vel qui rem aliquã obligauit alicui, & deinde impignorat alij non facta mentione de primo & generaliter quod in his criminalibus cauſis dicitur dolus, in ciuilibus dicit ſtellionatus. Stellio. n. proprie eſt animal varijs maculis plenũ, & venenatñ ſimile lacerte, & eſt corpore pictum lucentibus guttis, vide hoc ſupra crimen ſtellionatus.

Stichas eſt nomen proprium.

Stillicidium quid ſit vide inſti. de ſeruit. §. item prædiorum.

Stilus aliquando opponitur id eſt diſpoſitio. C. de ſac. ſan. eccle. l. j. Itẽ quo differt ab vſu vel cõſuetudine vide. ff. de legi. l. de quibus, & Ioã. And. in not. in c. fi. de cõſuetudine.

Sigma eſt ſignum vel inſtrumentum qui brachia fabricenſium ſignabatur, cui erat impreſſum nomen imperatoris facies vero eorũ nõ figurabantur. vt l. ſi quis. C. de pe. ſm Io. an. in c. ſi iudex laicus. de ſent. excõ. lib. 6. in gl. verbi agnoſcitur.

Stipes eſt perſona a qua alij originẽ ducunt.

Stipulatio eſt firma verborũ conceptio qua quis aliquis ſe facturũ daturum vt permirtit alteri ſup hoc ipſum interroganti, & dicitur aſtipulo græce, quod eſt firmũ latine. denominatur etiã a ſtipite. Cõſtat autẽ ſtipulatio ex interrogatione præmiſſa. & reſpõſione ſubſequenti quẽadmodũ cõtradictio ex affirmatione, & negatione, hoc modo promittis vel dabis mihi decem. promitto vel dabo tibi. Quandoq; dicitur ſtipulatus ille qui promittit per ſtipulationẽ paſſiue. Vel ſic ſtipulatio eſt ſolennis promiſſio facta interrogatione pręcedente, & reſponſione ſequente. Et omnis ſtipulatio debet fieri aptis verbis, vt no. glo. inſt. de verb. obl. §. in hac.

Stipulationum alia eſt pura. alia conditionalis, & alia in diem.

Stipulatio pura eſt quę nec fit ſub cõditione, nec in diem, ſed pure vt dicendo, dabis hoc? dabo.

Stipulatio conditionalis habet fieri ſub conditione hoc modo promittis mihi dare centum ſi nauis ex Aſia venerit? & rñdens promitto.

Stipulatio in diem fit hoc modo, dabis mihi decem in calendis Iulij? & reſpondens dabo.

Stipulatio aquiliana eſt q̃ nouat omnem contractum. vt ſic, quicquid mihi debes ex quęcunq; cauſa, idẽ mihi promittis? ſi. n. ex mutui da-

t ione

tione mihi debitor ſis,velimq; acceptum ferre.i.per acceptilationē remittere nō poterit res expediri, niſi p obligationē q̄ in rē cōtrahitur.Req̄re ſupra Aquiliana actio.

Stipulatio prætoria iō dicitur quia a mero prętoris officio ꝓficiſcitur. inſt.de diui.ſtip.§ prætorie & harū ſtipulationū prętoriarū videntur eſſe tres ſpēs.ſ.iudiciales,cautionales,& cōes. Iudiciales eas dicimus quæ ꝓp iudiciū interponūtur,vt ratū fiat. iudicatum ſolui, & ex operis noui nuntiationes. Cautionales ſunt quę inſtar actionis hēt,& vt fiat nouatio inter cedunt,vt delegato ſtipulatio & de tutela, & ratā rem haberi & damni infecti.Cōes ſunt ſtipulationes quæ fiunt iudicio ſiſtēdi cauſa. Et oēs ſtipulationes natura ſui ſunt cautionales, hoc.n.additur in ſtipulationib.vt quis cautior ſit & ſerior interpoſita ſtipulatione.

Stipatus, ideſt vallatus, fulcitus ſecundum Ioan. an. in cle.paſtoralis verſi.notorium. de re iudi.

Stipulum veteres firmū appellabant, forte a ſtipite deſcendens ſecundū Iuſtinia.in.§.j.de verbo.obl.inſt.

Stinarij dicuntur amatores, idem dicuntur carnearij.

Stratum dicitur gn̄raliter oē genus veſtis vel omne indumentum, vt. ff.de ver.ſig.l.ſtratum alias inſtratū.ſed magis proprie veſtes cubiculares dicimus ſtratū a ſternēdo. Etiam via publica ſtrata dicitur.

Stratores etiā a ſternendo dicuntur quia cuſtodientes in carcere reos cōdēnatos puniebāt, vel ſtratores dicuntur eſſe iſti q̄ ſtabulis vel equis ſtātibus in eis prę ſunt. Et dicūtur a ſtratorio.i.ſtabulo ſecūdū Accur.C.de ſtrato.lib.12. in rub.

Studium (vt dicit Azo.) eſt vehemēs & aſſidua ad aliquā rem agendam cum ſumma voluntate occupatio ex qua voluntate labor in opus defertur,& perdit laboris tedium verſus in oblectamentum.

Strena eſt domum factum in calen. Ianua.C.de aduo.diuer.in l.laudabile.& 22.diſt.legatum epiſcopi.

Strepitus c.clamor vel tumultus.extra de elect.c.quorūdā in prin.li. 6.per Arch.& dicitur quādoq; vocatio.l.2.C.de epiſ.& cle.&de cauſis commiſſis ſine ſtrepitu & figura iudicij. cle. ſæpe. & ibi plene per Ioan.An.de verbo.ſignifi.

Strepitus iudicialis. extra de fer. c. vlt.& vide C.de fal.l.vbi.

Stricti iuris quot modis dicatur vide C.de iur.l.placuit.& per Arch. de appel.c.fi.lib.6.

Studium liberale & latinū olim tm̄ erat Romę & Conſtātino in aliis āt locis non niſi ex priuilegijs, vt C.de ſtu.li.in rub.& nigr.li. 11.& in ꝓhemio.fforū.§.hæc āt tria.hodie imperio ſciſſo ſtudiū in multis locis fit, & maxime Bononiæ quę legalis ſtudii optinet monar. Sed, vtrū in feſtis & dieb⁹ dn̄icis liceat ſtudere.Io.an.dicit q̄ ſic dum ſtudiū fiat ſine ſolēnitate.non ꝓp lucrū,cū non ſit opus ſeruile, ſed cū ſolennitate. puta in publicis ſcholis non licet.Ant.de Bu.dicit q̄ cā cōſilij dandi,vbi neceſſitas ſuadet .ſ.quia cā eſt tēpore peritura,vel de loco longinquo,tunc licet ſtudere ēt ad lucrū,alias nō,nec ſciētiis poſitiuis q̄ ad lucrū vel honores tēdunt,ſed in theologia & ſpeculatiuis ſic,addit Pan. ēt in iure cano.cum ſit theologia practica, quia talis laborat in vinea domini & efficitur per hoc ſpeculatiuus & abſtrahitur a vitiis,non aūt cultus diuinis vel officiū per hoc prætermittitur.Sanius.n. eſt maioribus ſtudere & mētes occupare,q̄

otiũ inſequi, vel in larius vagari, imo melius eſſet domi manere q̃ feſta eccleſiarũ propter dñas viſitare, vt no. c. j. de feriis. & c. odi. & proieci feſtiuitates veſtras. 24. q. j. vbi etiam vidua quæ in corbonã duo minuta poſuerat, a ſaluatore omnibus prefertur, quia dominus non ea quæ offeruntur ſed voluntatem offerentiũ reſpicit. Studeat ego diligens ſcholaris diebus feriatis & aliis, quia non ſufficit diu fuiſſe in ſtudiis, ſed bene & laudabiliter vixiſſe commendandũ eſt. 12. q. 2. gloria epiſcopi. in fin. Nec aliquis. repete ſummus. de pe. diſ. 2. §. hæc quæ de charitate. & gl. in c. cum ex literis. de in integ. reſti. Et non poteſt quis modico tẽpore multum addiſcere. 68. diſt. §. j. quãuis ingenium in bene ſtudentibus interdum ſuppleat tempus. 77. diſ. monachus. vbi dicitur. Morum hoc doceatur habere probitas, quod prolixior cõſuetudo nõ contulit. Aduertat etiam dictum iuriſconſul. ff. de fideicom. liber. in l. apud iulianum. vbi dicit. *Si* vnum pedem tenerẽ in ſepulchro adhuc quidem diſcere vellem.

Studium literarum an poſſit eſſe in villa vel caſtello. Panor. in ca. tue. de cleri. non reſi.

Stuprum eſt illicita virginis defloratio. quãuis in vidua cõmitti dicatur, niſi ſit meretrix vel illicita cõcubina ſm ll. ff. de concu. l. in concubinatu. in fi. Item cõmittitur in pueris. ff. ad iul. de adult. l. ſtuprũ.

DE S ANTE V

Suarij Requre ſupra porcarij.

Suaſio accipitur in bona parte vel in mala. ff. de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. & C. de ſur. & fer. corr. l. ſi quis.

Sub aliquando exponitur. i. poſt. de interdi. & releg. l. j. aliquãdo. i. coram. C. de iureiur. l. generaliter. §. fi. Item ſub qualiter ponatur not. in l. mathematicos. C. de epiſ. aud.

Subarratio fit per annulũ datũ ſponſe ſine aliis verbis, fit etiam aliis modis, vt no. in c. ſi quis vxorem. 26. q. 2. & in c. fi. de deſpon. impub.

Subhaſtata. i. præcommunizata. l. ordo. C. de execu. rei iudi. & de ſubhaſtatione habetur in aut. hoc ius porrectũ. C. de ſacroſ. eccl. & qualiter fiat. vide Spec. in tit. de emp. & vend. §. 4. verſi. hoc quoque & per Bar. in l. licitatio. ff. de pub. & in l. ſi tempora. C. de fide inſtru.

Subditus proprie dicitur ratione domicilij. gl. eſt in cle. vnica in verſ. ſubditos. de foro compet. & vide Panor. in c. 3. de appel. & in glo. in c. nuper. de ſenten. excom. & glo. id eſt in cap. ſtatutum. §. cum vero. de reſcr. lib. 6.

Subdiaconi dicuntur qui ſubiacent officio & præceptis leuitarum. ca. cleros. 21. diſt. & eorum officium eſt calicem & patenam ad altare deferre & leuitis tradere. c. perlectis. 25. diſt. nec debet aliquis ordinati in ſubdiaconũ niſi promiſſa caſtitate. 38. diſt. §. ecce. & c. 2. ſeq. & tempore apoſtolorum ſubdiaconatus non erat ordo ſacer. c. nullus. 60. diſtin. hodie ſecus. cap. a multis. extra de eta. & qualit.

Subiectiuum eſt de natura ſubiunctiui Fely. pulchre. in cap. ad hæc. de reſcr. & c. j. poſt prin. de teſt. cog.

Subſtantiuum reuertitur ad adiectiuum vt ratio vindicta, id eſt rationabilis vindicta. ff. de offic. proconſul. l. obſeruare. §. proficiſci. & aqua pluuia, id eſt pluuialis. ff. de aqua plu. arcen. l. j. in princi. Item ſubſtantiua duo copulatiua quandoque reſoluuntur in adiectiuum & alterũ ex ipſis duobus ſubſtantiuis, vt ius acceptans, violenta poteſtas. ff. de tut. l. j.

Subgrunda

Subgrunda est vna pars tecti vniuscu iusq; domus quæ incumbit extremus capitibus tignorũ tectualiũ. vt ff.de his qui deiec. vel effude.l. si vero. ff.prætor ait. & alias dicitur subgrauida vel subgrandia.

Subrogare est aliquem in locum alterius substituere vel cõstituere, vt officiales vel iudices alios subrogant.Et potest scribi r pro b commutando vt surrogare.

Subornatio est informatio facta per aliquem de veritate tacenda & falsitate dicenda, secundum Guil.de mon.lau.in cle.testi.de testi-

Subsignare est subscribere, vt testes in chirographo solent signare, & quasdam notulas subscribere .Et quando subscribens se consentire dicatur,& quãdo non est bona gl. in ca præsbyterorũ. in verbo subscripserit.de reb.eccl.non alie.

Substitutio est secunda condi ionalis institutio, quia institutio dicitur primus gradus,& substitutio secũdus. Et licet substitutiones in infinitũ de vno in aliũ possint procedere,tamen omnis institutio post primam dicitur substitutio & secundus gradus, sicut secunde nuptie dicuntur oẽs quæ sequuntur primas. Et diuiditur, quia substitutionum alia est directa,alia obliqua. & nota differentiã inter verbum directũ obliquũ & cõe.Vnde directũ est quod significat, vt ille cui relinquitur, vel in quẽ disponitur sua manu recipiat,vt est verbum instituo,vt patet. ff.de here. instit.Item illud,heres esto,vt ibidem.Item accrescat, similiter verbum capiat, vel accipiat, sed verbũ obliquũ est quod significat vt ille in quẽ disponitur vel cui relinquitur,de manu alterius accipiat, vt est verbum restituo. facit l. restituta.ff.ad trebel.& per totũ tit. Item volo.& quando per fideicõmissum pars hereditatis est restituenda.l.pater filiũ.§.fi. ff.de leg. 3.Item verbum rogo &c.sed verbum cõmune est quod vtranque significationẽ habet, siue de manu sua, siue de alterius quis recipiat,vt est verbum substituo,sicut in l.centurio. ff.de vulga.substit. Habet.n.quãdoq; directam significationem, quandoq; obliquam.

Substitutio directa dicitur cum nullo mediante quis capit hereditatem deficientis, & directe efficitur heres ipsi testatori qui instituit. eũ instit.de vulg.substit.§.quo casu. Et hæc subdiuiditur, quia alia est vulgaris,alia pupillaris,alia exemplaris, alia breuiloqua siue reciproca,alia compendiosa.

Substitutio vulgaris dicitur quia vulgo & a quolibet fieri potest, dum tamen hic testamentum facere,& ille ex testamẽto capere possit.Et hoc diuiditur,quia quædã est vulgaris expressa. Et quædam tacita substit.vulga. expressa est quæ fit vel bis negatiuis expressis, hoc modo. Titius heres esto, & si ipse heres non sit vel erit seius heres esto. i.sit sic .n.instituo mihi titiũ heredẽ, vt si ipse noluerit vel non potuerit esse heres seius. Substitutio vulgaris tacita fit per verba affirmatiua, veluti cum non miles puberem & impuberem heredes instituit, & communi verbo eos instituit,hoc modo,se.impubes & meui pubes heredes estote, vel sunto, quos vnanimiter inuicem substituo,vel sic,& in idẽ redibit, puberẽ seium, & impuberem meuium heredes facio, & eos sibiinuicẽ substituo.ex qua substitutione colligo quòd si vnus nõ fuerit heres, vel si vnus moriatur alius insolidum sit. & dicitur vulgaris

quia fit a quolibet de vulgo siue in ptāte siue non. Et dicitur tacita quia puberē tacite vulgariter impuberi substituit, q̄ substitutio magis esset pupillaris, nisi ꝓpter adiunctā personā, sed in milite talis substitutio pupillaris est ꝓp priui legiū militis. Quæ substitutio quā tū ad puberē vulgaris est, quantū ad impuberē pupillaris, qm̄ si pubes hæreditatē adeat ꝓ parte sua, non euanescit substitutio prius facta sed si impubes hereditatem adeat priusquam expleuerit pubertatem, euanescit. vnde sub expressa pupillari continetur tacita vulgaris. ff. eod. titu. l. nam hoc iure.

Substitutio pupillaris est q̄ soli pupillo & impuberi fit, & est ēt duplex alia expressa, alia tacita. substitutio pupillaris expressa fit hoc mō & iste filius meus impubes heres esto, & si heres nō erit, aut si heres erit, & intra pupillarū etatē decesserit, ille heres esto, vel sic instituo mihi heredem. T. filiū meū pupillū, & si nō erit heres, aut si erit heres, & intra annos pubertatis vel in pupillari etate decesserit, substituo, ei seiun. hæc dicitur expressa substitutio, quia in ea oīa verba exprimūtur quę exprimi oportet.

Substitutio pupillaris tacita est hæc. filius meus impubes heres esto, & si ille non erit, iste heres esto, vel sic quisquis mihi heres erit, sit heres filio meo hæc dicitur tacita, q̄a verbo q̄dā nō expressa hic tacite subintelligūtur, q̄ exprimuntur in expressa substitutione pupillari. Nam per hanc tacite intelligit ꝙ si filios decesserit in pup. etate, ille qui erit heres patri, erit heres filio. Et debent ille pupillares substitutiones solis pupilis potestate parentū existētibus & ab ipsis parentibxs fiunt. per ꝙ euidēter patet quod nō a matre, sed a solo patre fiunt, cū mater filios non hēat in ptāte. Sed nunq̄ substitutus ex pupillari expressa repellitur a matre pupilli, & substitutus ex tacita repellitur a matre pupilli, & succedit ipsi pupillo mater. Itē quo est substitutus ex pupillari substitutione fit heres ipsi pupillo, ille vero qui est substitutus ex vulgari, fit heres ipsius testatoris. Item pupillaris tacita intelligitur esse vulgaris expressa, qua mater substituitur pupillo & hoc propter priuilegium matris. Item eo modo quādo q̄s pupillo vel alii substituitur propter adiunctam personam.

Substitutio cōpendiosa est q̄ fit sub verborū cōpendio, q̄ verba in pupillari expressa sunt prolixiora, & ex hoc dicitur cōpendiosa. & hēt fieri hoc mō. instituo titiū filium meū mihi in heredem, & quādocū que decesserit sine filijs, substituo ei seiū, vel sic. Iste filiis impubes heres esto, & quocūq; tpa decesserit ille heres esto. q̄ substitutio tm̄ locū habet in militie. de hoc in l. precibus, C. de impu. & ali. substi.

Substitutio breuiloquia siue reciproca est q̄ cōtinet duas vulgares, & duas pupillares substitutiones. vt duo impuberes instituti a parente qui habet eos in ptāte inuicē substituuntur hoc modo. S. & T. filios meos impuberet mihi instituo heredes. & eos inuicē substituo. Vnde quia cōtinet expressā pupillarē si aliquis prædictorū decesserit in impuberi etate, mater impuberis decedentis omnino repellitur, & succedit substitutus. & hanc substitutionem lex appellat reciprocā, & omnes quatuor expresse sunt.

Substitutio exēplaris, vel exēplaria est q̄ fit a parentib. vtriusq; sexus, filio furioso vel mente capto. Et dici-

lo plures additiones exerpsi quas his expositionib. terminorum inserui. Item uerba sunt accipienda cum effectu. ut c.clerum.de cleri. non resi.pen.dis.i. hæc autē.c.ult. de spon.& l.j.§.hæc autem uerba. ff.quod quis.iur. Et debent uerba deseruire intentioni. non autē intētio uerbis, cum per uerba exprimatur intentio.22.q.j.humane aures.&.j.q.j.machion.c.intelligentia.de uer. sig.cum si.etiam uerba sunt referenda ad cōem intelligētiam,ut in c.ex literis. de spons.& non aliter.ff.de leg.3. & uerba generalia sunt generaliter intelligēda.ut in l.j.§.generaliter.de lega. præst. & c.qm̄ de coniug.lepro. & c.maiores.uer.ad id autem.in fin. de bapt.Nec uerbis inanib.est utēdum.l.ut uerborum. C.qui admi. ad bo.pos.ubi dicit. Vt uerborum manuū excludimus captiones &c. Verba etiam commendatoria non obligant,ut l.si idem filiussami.§. si adolescentes.in fi. C.quòd cum eo.facit c.cum uenissent. de insti. ibi non solū de illo,sed de omnib' redditib.suis faceret quod sibi placeret. Sunt enim uerba dubia contra stipulatorem interpretanda.ut l.stipulatio ista. §.in stipulationibus.ff.de uerb.obl. & l. quicquid. eod.tit.ubi dicitur. Quod non est expressum censetur omissum.

Verborum est forma cōsideranda,nec ab ea recedendum sine certa causa,ut c.ex literis de sponsa. & c.ad audientiam.de uerb.sign. In ultimis autem uoluntatibus uerbum indifferens, ut cum habuerit præteritum uel futurum, trahi debet ad futurum,quia ult. uolūtas semper de futuris est, alias a proprietate uerborum nō est recedendū, nisi constet loquentem aliud uoluisse,uel etiam nisi res alter salua esse non possit.& sic improprietates non sunt ad consequentiā trahende, sed excusande, secundum Bar.in c.prēterea.de uer. sig. Etiā dicit.in §.si is qui nauē.ff.de exer. act.qnòd uerba sunt intelligenda in pprio significato, licet possint impropriari, conueniant materie subiecte.ff.lo.l.fi.2.responso.

Verbis dicitur obligatio contrahi,ut condictio certi. ut supra de cond.

Verna est seruus ex ancilla in domo natus. inde dicitur uernaculus, & est paruus seruus, diminutiuum. ff.de lega.3.l.seruus. §.fi. ff.de rei uen.l.cum super. Vero quandoq; stat inceptiue quando non præcedit materia cui iungat sequentem ut de el.super eo uerbo. Quando quam aduersatiue.de hoc in auth. de here.& fal.in prin.colla.j.

Vepres dicuntur spine quæ ui præhēdunt & lacerant carnes & uestes, secundum Ioan.and. in cle. dudū. de sepul.

Vesanus dicitur qui sine sanitate est sicut ue cors sine corde. ut ff. de uerb.sign.l.malum.

Vestiarij sunt qui uestium exercent negotiationem.

Vestibulum secundum Azo.est locus ante ostium utriusque domus,uel primus aditus seu introitus uel porticus &c. & tectum erat quo ut uestimento tegitur homo. uel dicitur ab aue. i. salutatione quæ fiebat ibidem stantibus.

Vestimentum dicitur omne illud quod induimus.

Vestimenta interpellata dicuntur ueteres uestes iterum polite.

Vestis uirgata uel parrita & de caligis schicatis habetur in cle. 2. de ui.& honest.cleric.

Videtur est uerbum fictionis.ut ff.de ui & ui arma.l.j.§.deiecisse.& per Bar.in l.si is qui.ff.de usuc.& glo.

in verbo. habere videtur, & non minus de immunitate eccle.

Veterani sunt milites emeriti, id est extra militiam propter sua meriti positi. C. de vetera. in rub. Et in legenda sancti Martini vbi dicitur imperator præcepit quòd veteranorum filij scientiis militaribus implicarentur. Vetus & veteranū quid intelligantur, vide extra de elect. c. generali. lib. 6. & Albe. super ver. nunc videamus quāto. C. quæ sit longa consne.

Vetus ius. Require supra ius.

DE V ANTE I.

Via est ius eundi, ambulādi, vehēdi. vehiculū & iumentum ducēdi, ita ꝙ ille cui cōpetit ius vie pōt illa facere, & differt ab actu, quia plus continet via quā actus. Nam via, inter actū & ius in se cōtinet item eo contentus est actus vt iumentum agat quis, & si non vehiculū. plus. n. vehiculum occupat quam iuramētum, in via necessarium est vtrunq; posse agere. Item via habet ius trahendi lapides, ligna vel trabes, & ferendi erecte hastam, ꝙ non habet actus nisi de hoc specialiter cōueniissent, licet a tergo ducere vellet non in coilo. quod potius videtur rigorosum ꝙ equum. Item vie latitudo ad vehendū vehiculū, si latior vel angustior non designetur per contrahentes. l. 12. tabu. diffinitur. s. actio pedum per rectum, vbi via est recta. non tortuosa, sed in anfractu. 16. pedum, id est vbi reflexa est, quod in actu non oportet, vide supra vehiculū.

Vicarius ſm Gof. est qui vices alicuius gerit siue in officio contentioso siue in non contētioso, vt C. de offi. eius qui vi. al. gerit. per tot. & de offi. vica. per to. & de offi. Arch. c. j. de offi. Arch. c. j. in fi. Et sciendum quòd vicarij de quibus in ll. sub illa rub. positis tractatur, sunt non delegati sed subdelegati, vel ordinarij iudices. Nam eligebantur incertum tempus quod ordinariis erat præfixum, ut ipsi uices ordinariorū presentium & uinentium supplerent. Erant alii qui gerebant vices mortuorum & absentium, qui & suffraganei appellabantur, hi omnia poterant agere qui pertinebant ad iurisditionem præter vltimum suppliciū & mēbri absciſſionem. vt C. de offi. uic. l. 2. & vicarius ecclesie est præsbyter qui vice prīcipalis rectoris deseruit ecclesiæ. Et sunt quatuor species vicariorum. Quidam sunt ꝑpetui ad parrochiales ecclesias constituti. vt in cap. G. perpetuus. de fide inst. & extirpāde. de preb. Quidam non perpetui, sed ad aliquos actus constituti, ut temporales, de quibus, in cap. peruenit. de appell. Et isti dicūtur mercenarii. 7. q. j. nihil. Quidā sunt speciales, non ad curā sed ad certum locum articulum, uel actum cōstituti. de quib. c. tua. de offic. uica. Quidam nec perpetui, nec ad curam nec ad certum actum, sed generaliter dātur ad omnia vt uicarius in curiis episcoporum. de hoc glo. optima. in clem. quæ de ecclesiis. de offic. uica. & vide in lectura Inno. Item uicarij dicuntur illi qui vt cuiuscunque uicem compleant vel gerant sunt constituti, vnde uicarius dicitur quasi uicem gerens.

Vicecomes secundum Spe. eo. ti. dicitur ille cui dominus temporalis committit executionē iurisditionis sue aliquibus castris, & sic talē uocant uulgariter lombardi, & ali qui in patrimonio beati Petri.

Vice dominus ſm Spe. e. tit. proprie secūdum iura est qui preest rebus episcopalibus. 70. distin. colonus.

Victores

Vitores serui sunt quos quis habet vinctos parendi gratia.

Victus noīe intelligitur oē ille qđ necesse,est homini ad viuendum.

Vestis vicem habet victus.ff.de verbor.signifi.l.victus.

Vidua est non solū illa q̄ desijt esse nupta(vt in c.vidua 34.dis.vbi respectus habetur ad cōem usum loquendi)verum et ꝓprie est illa q̄ nunq̄ fuit nupta,vel q̄ non habuit virum.ff.eo.l.manifestum. Et dicitur uidua quasi uiro priuata,uel sine dualitate.vt.l.malū.§.uiduā.ff. de uer.sig. Dicitur ēt uidua q̄ maritum habet inutilem.i. damnatū ad perpetuos carceres,glos.solennis & sing.in.l.fi.in uerbo.orbitates.C.ad.l.falcid.de pla.per quam not.ibidem. Bal. quod priuilegia data viduis dantur inutiliter nuptis.quod uerbum dicit do.Ias.in l.si is qui pro emptore.in.3.colū. uer.adde.Ioa.de ligna.ff.de usuc. & confirmari potest ex tex. ca.2. §.sed neq; illud extra de transla. episco.ubi pontifex dicit ꝙ secundum communem usum loquendi ecclesia dicitur esse uiduata sponso q̄ habet episcopum inutilem.& glos.ne in c.admonere in j.gl.ubi dicitur.Si re priueris, nec nomen habere mereris 33.quæstio.2.

Ville dicūtur edificia rustica, & uilla ponitur ꝓ ciuitate.de censi.uene.

Villici dicuntur,uel sunt qui ad uillam mittuntur. uel sunt qui in uillis morantur.Item uillicus est gubernator uille,uel qui prꝫest toti. rei rustice, ut inquit. Pau. in.l.si cum uillico.ff.de inst.act.

Videtur Interdum est signum ueritatis non fictionis.l. seruum filii. §.si quis rem.ff.de leg.j.Et quandoque uidetur significare sententiam diffinitiuā,ut.c.præterea requisiti.de appel.& respōdetur de iure per ipsum.ut.c j.de iud.li. 6.

Vinum absynthiatum est cum melle & absynthio confectum.

Vinum picenum & tyriacum dicitur a locis 24.q.3. plerīq;.

Viuarium dicitur indago ubi ferre sunt incluse uel dicitur locus, in quo,pisces seruantur,ut ibi uiuāt, secundū Ioa. An.in cle. ne in agro de sta.mona. Et differunt uiuariū, saltus,foresta,garena,insula &c.

Villa est locus ruralis, inde in uilla natus dicitur uillanus.l.is qui. ff. de verb.sign.& differt uilla a uico l.urbana prædia.ff.eo. titu.

Vinaria proprie sunt torcularia seu dolia uel certa uasa uini, quæ etiam ad alium usum transferri possunt. & tandiu uinaria dicuntur quandiu uinum habent, ut.ff. de uerb.signi.l.uinaria.

Vinarij dicuntur ebriosi.Etiam uinarius est ortus ubi crescit uinum.l. ediles. §. pedius.&.l.uinaria.ff.de edil.edic.

Vinitor rusticus uinearum cultor appellatur,& de eo loquitur Vlpia. in.l.instrumenta fundi.ff. de fundo instru.licet aliqui mendose legant monitor.

Vicini secundum Bar.in.l. si tertius ff.de aqua plu.arc.dicūtur quousque uox hominis exclamantis audiri potest.l.j.§.eo.autem tect ff. ad fil. intelligitur de uoce cōi, non nimis gracilli, nec nimis tubali, sicut uox tauri. Etiam dum clamans medio modo sit,nec in tecto,nec ī apice turris.nec cellario.

Vindicta dicitur modus manumittendi & dicitur a uindicta precatoris uirga qua ipse caput serui tangebat hæc uerba solennia dicens. Aio te liberum more quiritum. Vnde Persius.Vindicta post quam meus a prætore recessi.

Vindicta secundum alios est ipsa li-

bertas quæ apud iudicem datur ſeruis a uindicio ſeruo uitelliorũ, qui uendicauit ciuitatẽ Romanã, coniurationem dominorum ſuorum cõtra rem publicã factã detegẽdo, ꝑꝑ qđ apud cõſilium libertatem conſecutus eſt, ſiue libertate a populo donatus. & poſt modũ obtentum eſt ut oĩs illa libertas q̃ a populo datur uel a magiſtratu q̃ uicem populi gerit dicatur uindicta. Hæc Azo in ſum. C. de uid. lib. & apud conſi. manumiſſione.

Vir & uxor illi dicuntur qui matrimonium contraxerunt per uerba de præſenti, de futuro ſponſalia. Require ſupra ſponſalia.

Vir bonus dicit̃ iudex. gl. no. in c. potuit in uer. celeri. ad fi. de loc. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de uerb. obliga.

Virginitas eſt in carne corroptibili perpetua corruptionis euitatio. Item uirginitas corrupta reſtitui non põt. C. de ra. uir. l. unica, circa prin. ibi. maxime cũ &c. & 33. q. 5. ſi paulus. ubi dicit Hieronymus. Audacter dicã cũ oĩa poſſit Deus, ſuſcitare uiriginẽ nõ põt poſt ruinã. Valet quidẽ liberare de pœna. ſed non coronare corruptã. Et infra ſubdit. Rectius fuerat hominẽ (i. uirginẽ) ſubijſſe cõiugiũ & ambulaſſe per plana, q̃ ad altiora tendente in inferni profunda cadere. Et ſi dicatur. Deus poteſt exoculato reſtituere uiſum, ergo corrupte uirginitatem. Reſpondet̃ ꝙ nõ eſt ſimile, quia Deus nõ poteſt facere quin illa corrupta ſit, quia factum non põt eſſe nõ factum. Vel dicitur quòd non refertur ad carnis corrupte reſtaurationẽ, ſed ad uirginalis palme retributionẽ, & ſic non poteſt. i. non cõgruit ei de eius potentie, & eſt contra iuſtitiam corrup. coronare aureo. Itẽ uirginitatis floren non ammittit ꝑ uiolẽtiã ſtuprata ut c. ita ne. & ſequentib. 32. q. 5. Etiam melior eſt uirginitas mentis q̃ carnis. c. tolerabilis ea. cau. q. j. Et pœna capitis punit̃ qui tm̃ attentare cũ effectu tamen auſus fuerit uirgines ſacratiſſimas ẽt cã matrimonij iungendi. ut C. de ep. & cle. l. ſi quis non dicenda rapere.

Viriole inter mulierũ ornamẽta enumerant̃. in l. argumẽto. §. mulieb ri. ff. de ar. le. iuncta. l. fi. §. fi. e. ti. & ẽ diminutiuũ a ueriis quo minores annolos quos uulgus corrupto uocabulo uergetas nuncupat ſignificant.

Virtus ſecundũ phi. 2. ethico, eſt quæ habentem ꝑficit. & opus eius bonum reddit. & dicitur quaſi uirum tuens, a uirus præſeruans, de penſ. diſ. 2. illa aĩe. & c. ſe. & no. Io. an. in cle. i. de ſum. tri. & fide catho.

Virtutes theolog. ſunt tres fides. ſpes & chari. c. q̃a paſs⁹. de cõſe. di. 2.

Viſitatio quomodo & quãdo fiat per archiepiſc. & quæ crimina punienda ſint, & in quibus procuratio fiat. uide. c. j. de cenſi. lib. 6.

Violator eccle. dicitur q̃c unq; ipſam eccleſiã frãgẽdo oſtia capiẽdo res ſuas & inuadiẽdo, priuilegia ſua ñ cuſtodiẽdo uel corrũpẽdo. offẽdit.

Vis ẽ rei maioris impetus qui repelli nõ põt, uel cui reſiſti nõ põt ſupple cõmede. ff. qđ ui me. ue cau. fi. l. j. & 2. & quot modis ſumatur, & quot actiones interdicta introducat. no. in c. ad audiẽtiã. e. ti. in gl. 2. Cuius gl. effectus infra patebit. ẽ generalis quãdoq; unde ſm Goſ. & Azo. e. ti. Vis eſt q̃ntuplex. ſ. impulſiua, abbatiua, expluſiua; & turbatiua, & inquietat ſua. uide infra.

Vis compulſa eſt per quam compellitur quis ad faciẽdum illud quod non fece it ſi eſſet liberi arbitrij, nec compelleretur quæ impo

nit neceſſitatem cõtrariũ vulũtati ſpõtanei. & ex hac vi oritur actio quod me. cau. ff. eo. ti. l. in ſi.

Vis expulſiua eſt quando quis eiicitur de poſſeſſione ſua. & ſecundũ iſtam inducitur interdictum vnde vi, & eſt tantum rerum immobilium, vel de his quæ immobilibus coherent.

Vis ablatiua eſt rerũ immobilium, & hæc inducit actiones vi bo. rap. in rebus mobilib. eſt. n. circa mobilia tm̃, vt. ff. de vi & vi ar. l. j. §. ſi fundus. §. 2. & inſt. vi bo. rap. §. ſed ne dum per illã. n. alicui bona ſua vel res ſue uiolenter rapiuntur.

Vis turbatiua eſt qñ quis turbatur in poſſeſſione ſua, q̃ inducit interdictum vti poſſidetis in rebus ſoli. ſed in reb. immobilib. inducit interdictum vtrobi, cum duo ſe poſſidere contendunt eandem rem.

Vis inquietatiua eſt q̃ introducit interdictum ꝙ vi aut clã. Et dicitur inquietatiua, quia nõ ſunt vti aliũ re ſua quiete, vt arare vel aliquid facere, vel qñ alter vult alio inuito aliquid edificare in ſuo ſolo vel forte iã edificauit. Nec diſtinguitur in hoc interdicto an iuſte vel iniuſte fecerit, vt ſi quis a me prohibitus vel putans ſe prohibendũ quid in meo faciat, ſiue ius faciẽdi habuerit ſiue nõ. vt. ſi. quod vi aut clam. l. j. Et dico ſecundum Az. in rub. quod metus cau. ꝙ accipitur hic vis prout nullo modo poteſt ei reſiſti ſed in rub. de his quę vi me ve cau. ſi. accipitur ,put põt reſiſti, licet cum periculo, & eſt cõpulſiua. hæc ibi. Itẽ eſt quædã vis publica q̃ fit cũ armis, quędã priuata ſine armis. de ordine cognitionũ. cum dilectus. in gloſſ. 7. Itẽ vis maior dicitur impetus rei cui reſiſti non põt, vt ſupra dictum eſt de his quæ vi metuſue cauſa fiunt ad audientiam. in gloſſ. ſecunda.

Vis negati. ẽ qñ res alicui⁹ inqetat.

Vis publica eſt q̃ fit cum armis, priuata q̃ fit ſine armis. inſti. de pub. iud. circa fi. in §. itẽ lex Iulia. de vi priuata, ut. Vis priuata reum depo nit ab ordine rerũ i. mulctabit in tertia parte bonorum. Sed deportatur cum vis armata probatur, ut in gl. j. c. 2. de ordi. cogni.

Vis ſiue metus cadens in conſtantẽ uirum eſt metus pœne uel cruciatos ſiue amiſſionis omnium bonorum. & iſta excuſat, niſi poſtea cõſenſerit, ut in c. de illis. 2. deſpon. Alia eſt uis uel metus non excuſans quæ nõ cadit in conſtantẽ uirum. ut in c. ueniens. & c. conſultationi. eo. ti. Et no. ꝙ põt quis uim ui repellere ut c. ſignificaſti. 2. de ho. c. ſi. uero. de ſen. excõ. & diſt. in ius naturale. l. i. §. uim ui. ff. de ui & ui ar. l. ſcientiam §. qui cum aliter. ff. ad. l. aquil. Et hoc uerum ſi repulſio fiat incontinenti non ex interuallo. ut. l. idem eſt. §. cum igitur. ff. de ui & ui arma. Dicitur autem ſic fieri incontinenti quando fit in flagranti crimine, hoc eſt donec animus continuus durat, & non diuertit ad alios actus ui. §. uim ui prealleg. Secundo debet fieri cauſa defenſionis, non offenſionis uel uiciſcendi, ut. §. penultim. in. l. eſcam prȩallegat. Tertio debet fieri cum moderamine inculpate tutele. C. unde ui. l. prima & capitulo ut fama. §. ultimo. de ſenten. excommunicatio. Et datur ibi talis concluſio, ꝙ iſta defenſio eſt vera & iuſta quæ ſit tantum & tunc quantum & qñ eſt opportunum, ut in gl. l. prima. C. vnde ui. prælleg. a. tamen ſi defendens modum excedat non ex propoſito non tenentur. 23. quę ſtione tertia non inferenda. Ala-

nus & Ioan. distinguunt, aut vis sit persone, aut rebus. de hoc vide glos. in capitulo significasti præallega. & capitulo dilecto filio de senten. excommunicatio libro 6. & in. c. significauit. de pe. & re. vbi consideratis circunstantiis imponitur penitentia arbitraria illi qui defendendo modum excessit. Quarto potest fieri quando habet iustum timore offense, puta per minas alicuius qui minus exequi solebat, aut per occursum, non enim oportet expectare quousque detur. primus ictus quia talis posset esse letalis. Sed an quis excedens modum in defendendo, se vt cum possit euadere vulnerando occidit, puniat de occiso? Solu. si voluit occidere, non tamen occidit, non tenetur, sed vt culpabilis punietur ex arbitrio iudicis vt. l. si adulterium cum incestu. ff. de adul. & bal. singulariter. in ca. j. de pa. te. in vsi feudorũ. Itẽ si accusatus de homicidio fecit articulum q̃ hominem occidit̃, sed fecit ad suam defensionem, & probauit q̃ in articulo cõtinentur, an debeat absolui per regulam in l. sententiã §. si cum aliter. ff. ad. l. aquil. & l. j. C. vnde vi. §. vt vim. & in cle. si furiosus. de ho. bal. singulariter dicit q̃ non, sed venit potius puniẽdus. vt. l. j. C. de confes. Ratio, q̃a etiam in defendendo debet seruari immoderamen. in culpate tutele. Debet ergo adijcere in probatione defensionem necessariã, prout not. Ludou. de Ro. in singularibus suis.

Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. vt in c. quidam. de conuer. cõiu. & 27. q. 2. sunt qui dicunt. Nec potest nisi ob causam fornicationis vxorem suam dimittere, secundum interpretationem sacri eloquii. hoc verũ de his quorum matrimonium carnali copula consummatum est, vt c. ex publico in fi. de conuer. coniu. Nam vir & vxor & per copulam coniugalẽ effecti sunt vna caro, vt c. ad apostolicam. & c. cũ sis prędictus eo. ti. Etiã vir cogitare debet quo modo placere possit vxori ergo minus quæ dei sunt cogitare valet, cum quasi diuisus in duo plenam sui non habeat potestatem, vt. C. de diuersis fallacis. de cleri. coniu. Et est caput mulieris 33 q. 5. cum caput 32. q. 7. non mechaberis. & capit. duo pueri. de d. sp. impub. & glos. in cap. j. de clandesti. despon.

Vis mai or q̃ dicenda sit, cuius memi nit Caius in. l. si merces. §. vis maior pulchre. Bu. in. l. ex cõducto. §. sed & si habes. ff. locati & cõduct.

Vite hominis tps longissimũ est spacium centum annorum. l. fi. & ibi domi. Ias in. 7. no. C. de sac. sanc. ecc cle. Adde q̃ homo potest viuere centũ & viginti annis, vt est tex. in. §. j. & ibi not. Angel. in auc. de mona. ponit do. Ias. in. d. l. fi. in fi.

Vix quandoq; denotat affirmationẽ nã q̃ vix fit, fieri tamen dubiũ nõ existit vt c. 2. de cogn. spiri. li. 6. ff. de iud. l. vix certis ex causis. & 15. q. j. merito quæritur. Quandoq; ẽt significat negationem. i. nullo modo. vt. ff. de leg. j. si seruus legatus §. qui quãdoq;. Sic etiam dicitur. Vix bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio 71. distin. miramur. & j. q. j. principatus. & ca. cum Paulus.

DE V ANTE L.

Vulgo concepti dñr qui patrem demonstrare non possunt, nati ex meretrice quæ plures admisit. l. vulgo concepti. ff. de statu homi.

Vltra aliquando ponitur temporaliter

liter.15.q.2.si paulus. ff.pro socio l.cum duobus.§. idem respondit. Aliquando notat modicum tempus extra de dila.c.litere.Aliquando includit.C.de non nu.pe.l.cum vltra.de vsur.l.eos. & l. cum allegas.de col.filiam.& de inof.testa. l.2 Aliquando taxat.C.de iud.properandam,circa princip. Item adde quid vltra importet in testamẽto.Bar.in l.celsus. ff.de vsur.

DE V ANTE N.

Vnanimiter, uide extra de causa pos. cum ecclesia de elec.cum dilectus & c.in causis.& de concess. præbẽ. post electionem & de postu.præl. ca.vlt.Item adde ꝙ vnanimiter factum dici potest quod factum est a maiori parte capituli seu collegij aliquibus contradicentibus ita colligit dominus Ant.in c.ad aures.extra quod metus causa adde ẽt Bar.post alios in c.cum eccle. sutrina.de causa poss.& proprie.

Vncia est duodecima pars assis,vt nati ex concubinis in domo,ficcedũt in duabus vncijs.i.in duabus partibus duodecim partium asis,si alij legitimi non supersunt.Cætera nomina asis require supra.As.

Vncias ex octo dragmis constituitur,vt no.per gl.in l.j.C.de metal.& meta.libr.11.

Vnde agnati,& vnde vir & vxor.Require supra bonorum possessio.Et no.Lud.de ro.ꝙ viro ducẽti duas vxores,vel mulieri nubentini duobus viris,de iure ciuili,est pœna capitis l.eũ qui duas C.de adul. Sed de iure canonico debent vxori in scindi capilli & panni anteriores, & posteriores xxxij.q.j.de beneficio secundum expositionem veram & ibi approbatam.

Vniones id est margarite l.si quid.§. j.ff.de fur. & ibi no.& l. apud celsum.§.itẽ quæritur ff.de do.exce.

Vniuersitas secundum Azo. in sum. quod cuiuscunque vniuer. nomi. est plurium corporum inter se distantium uno nomine spãliter eis deputato collatio . Est ẽt studium vniuersale priuil igiatum.Sed quæritur si vniuersitas congregatur, & aliquis bestialis deridendo & rixando conturbat totam vniuersitatem, qua pœna talis punietur? Respondetur quòd excõicatione tridua,& electione de collegio.te. est sing.ſm Lu.de Ro.v.q.4.in loco benedictionis,quẽ dicit nõ esse alibi . Itẽ uniuersitas scholarium vbi precipue per scholares regitur, disponere põt quòd aliquis equi non sit de vniuersitate det vocem,vt si scriptum.de el.& 63. distin.abeuntibus cum simili.Sed nunquid si unus tantum in vniuersitate contradicat ne ille admitatur,valeat actus admissionis?dominus Lud.de Ro.dicit.Tu qui pauca scis sicut ego,diceres hoc indubitatum , per regulam quòd maior ff.ad muni.l.plane.ff.quòd cuiusque vniuer.not. & cle.j. de his quæ fiunt a ma.par.ca.Sed contrarium est verum. Nã hoc casu vnus quantuncunque minimus contradicens reddit actum nullum . hoc est dictum singulare Composte-la.quod refert & seguit Io.an.in c.scriptum.præall.nouella &c.

Vno cõtextu fieri aliquid est fieri nullo alieno actu interposito, nisi fiat ex necessitate & actu nature, vt superflui ponderis depositio, vel medicine acceptio,vel breuis languor,vt C.de test. l.cum antiquitas.Hæc Azo.& Gof.eo.tit.

DE V ANTE O.

Voluntas coacta etiam est voluntas 15.q.i.merito. ff. quòd met.causa l.si mulier. §.si dos. &.§. si metu. Sed hoc intelligitur sic.quòd non

est

est libera voluntas quę requiritur in matrimonio, vt in c. gemma, de spon. cum l. si titia ff de ve. ob. Nā volūtas & propositum distinguūt maleficia, vt ff. de fur. l. qui iniurie §. j. & l. diuus ff. ver. sig. & est glo. in l. fulcinius. §. quid sit latitare, in verbo animus ff. qui. ex cau. in pos. ea quæ dat quatuor modos ꝑ bandi animū alicuius. & dicit lex. Voluntates hominum varie sunt, vt ff. ad tre. l. quia poterat. j respō. circa fi. vnde hoc nomen voluntas significat generaliter. s. cum rōne vel sine ratione, vt l. cum quidam ff. de le. 2. Et in hoc differt ab arbitrio quod significat velle cum rōne. Vbi autem actus ponitur in voluntate, voluntas significatur per modū conditionis, quia sensus est actus v3 si velit, sicut cum petietur in arbitrio sensus est si arbitretur. Vnde actus pōt poni in voluntate eius cui debet quæri & est condō nalis, & purificatur cōdō declarata sua voluntate vt l. si ita expressum ff. de condi. & demō. Sed in voluntate obligandi non pōt poni, quia obligatio sua natura debet astringere necessario, ꝙ non facit actu posito in voluntate obligandi. In voluntate alicuius tertii in certi non pōt contractus poni. Et partes non videtur habere animū cōtrahendi, sic nec eo posito in arbitrio, immo multominus. l. si merces in prin. ff. de loca & condu. In voluntate vero tertij pōt contractus poni, & v3 si velit, & nō ualet si non declarat se uelle, vt l. fi. ff. de contrah. em. & vē. & si uelit stabitur eius dicto siue uoluntati. Item quia nō uidetur fieri iniuria disponenti quia sic disponit. Itē quia fieret differentiam inter arbitrium & voluntatem. Vltima aūt voluntas non pōt poni in voluntate, puta heredis institutio vel legatum, vt l. illa institutio. ff. de hære. insti. l. nouūq̄ de cōdi. & de. Et hoc est positiuū, quia alias in simplici rōne pōt poni, sicut contractus. Ex hoc p3 ꝙ quo ad omnia idē est in contractu & volūtate vltima hoc excepto quando ponitur in voluntate tertij, quia contractus v3 vt condōnalis, vltima, vero voluntas non v3 quod est positiū. Ioa. fabri dicit ꝙ hoc nomē voluntas ex cōi vsit intelligendi significat idē ꝙ arbitrium. Significat ergo finaliter voluntas vt sua impositio, persona cui iniugitur vel lex ciuilis significatum dat, seu quod quouismō mens proferentis, nisi lex ciuilis impediat, voluntas prima derogatoria significat prout verba sonant v. g. testator dicit. Cui his legauero, semel dari volo. po ea titio legat bis, puta primo. Sthicum postea Pāphilium, legatum tamen semel debetur. ut l. si quis in prin. de leg. 3. quia clausula derogatoria significat consensum de esse legato eidem in secundo facto. Et ꝑ testatio ꝓcedens in facto sequenti nocet vt l. qui aliena in fi. ff. deacq. hære. legatum ergo ℔3 factum qđ alias deberetur, non debetur quia voluntas testatoris in eo deest ex voluntate prima derogatiua. si ergo testōr idem ab eodem hærede in eadem scriptura allegat bis eandem quantitatem semel tantum debetur. etiā non præcedente uoluntate derogatoria. Si vero testator dicat, cui bis &c. vt supra & addit non obstante volontate præcedente derogatoria, uel sic adiicit & nolo clausulam derogatoriam hoc casu locum habere, tunc valet vtrunque legatum, quia verba addita tollunt significatum clausule derogatorie & faciunt voluntatē

addesse

adesse vtrique legato. Item ibi testator in testamento dicit sic, nolo me posse facere aliud testm̃ &c. vel sic. Nolo me posse immutare hoc testamentũ. vel nolo me posse penitere si fecero aliud testamẽ tum v3 etiã nõ expressa priore voluntate derogatoria. Hæc Bart. si probat, licet per prædicta verba testõr quãtũ in ipso est aufert sibi liberã testi factionem, tamẽ hoc nõ põt. l. stipulatio hoc modo. ff. de ver ob. Et sic prædicta verba nihil possunt significare, quia talis voluntas non admittitur iure. Ideo sequens dispositio v3, ac si prædicta verba non prædiceret, sed si testator diceret, si fecero aliud testamentum, nolo valere, quia hic nõ disponit circa potestatem testãdi, sed circa voluntetem suam quam dicit esse in futuro facto tunc non valet ꝑm testamentũ nisi reuocata clausula derogatoria. Rõ quia lege ciuili non potest dari vel adimi hæreditas in codicillis. l. j. C. de codicil.

Voluntas testatoris est lex. vt in authentica de nupt. §. disponat. co. 4.

Volo, hoc verbum significat prout eius significatum, vel quodlibet addiunctum vel quelibet circunstantia significare dictat. Nã quando simpliciter profertur significat motum animi ad aliquid prosequendum, & cum nihil adiungitur, seu non apparet id ad quod refertur in iure nullus est effectus. etiã non disponit per Bar. in apostilla præalle. & etiã. C. de tum. tri. & fid. catho. l. Et no. in l. qui se patris. C. vnde liberi ꝙ volo & nolo non sunt oppositа, quia volo ad omne tẽpus refertur, vt dicẽdo volo adire hereditatem. sed nolo ad præsens tempus tantnm refertur, dicẽdo nolo adire intelligitur nũc licet postea velim. & ideo facit orationem ambiguã, de tua ambiguitate de verbo nolo no. do. An. de But. in c. literis. i. de spõ. Sed ibi si ille cui relicta est electio, dicit. volo eligere hanc rem. significatũ illorum verborum est ambiguum quia põt intelligi dupliciter. Vno modo. i. primus motus meus fertur in hanc rem non tamẽ deliberare. Secundo modo pro ipso actu acceptionis. i. accepto hanc rẽ. Si ergo quæris in quo istorũ sit retinendũ, respondetur si est traditus terminus ad eligẽdum seu deliberandum, & in fine termini, respondes uolo eligere hanc rem, tunc significatur electio facit. l. ſ3 si alio 2. respon. ff. ad treb. cum dicit post deliberationis tempus. Et sic deliberationis dat significatum. facit l. omnis qui ff. eo. tit. Idẽ si ad interrogationẽ eius cuius inter est, eodẽ modo respondens. s. uolo eligere hãc rem, significato sumpto ex verbis pro certo maxime cum dicis pro certo volo eligere hanc rem. Si autem non est aliud vnde recipiatur significatum nisi ex ipsis verbis, tunc nõ significatur electio, immo recipitur primo id est primus motus finitur in hanc rẽ. Item ibi legatarius cui relicta est electio, dicit volo hanc rem, significatur electio, vt l. 2. ff. de opt. leg. quia motus cũ significatur ꝑ verbũ volo, refertur immediate ad rẽ per quod significatur acceptatio rei. Et idem si heres institutus diceret, volo hãc hæreditatẽ, quia ꝑ hoc significatur aditio, secus si diceret. volo eligere, volo adire, ꝙa tunc nõ significaretur acceptatio & aditio, quia motus animi nõ fit, immediate ad rẽ, sed actũ eligendi vel adeundi. Item ibi, institutus dicit volo esse hæres significat aditio,

tio,vt l.nam dubitari.ff.de hæred. insti. Et sic aliud est dicere, volo adire. & volo esse hæres quia per secunda verba significatur simpli cirer aditio.sed per prima non.Et idem est dicere,volo esse hæres.& volo hanc hereditatem. Item ibi volo relinquere significat.i. relin quo,vt in l.pamphilo.§. propositum.ff.de legat.3. Et sumitur significatum ex natura vltime voluntatis,cuius est prouidere in futurum, ēt fauor eius vt valeat dispositio. Item dicendo.volo p talem geri negotia mea significatur mandatum.ff.mandati.l.j. Item si vendere volens dicit,volo vēdere pro decem, & emens dicit uolo emere ,p decēsignificat emptio & venditio, quia per verbum p̄senti.Secus dicendo. vellem vēdere, & vellem emere.

Votum est alicuius boni cū deliberatione facta promissio vel deo facta pollicitatio. 27. qōn.j. de viduis. 2.Et dicit boni, quia de malo nec etiam de re bona sine deliberatione non procedit obligatio. nam de malo quis non obligatur, quia in male promisso rescinde fidem, & in turpi voto muta decretum. 20.q.4.in malis. Dicitur cum deliberatione, quia votum quod facilîter animi potius quàm arbitrio discretionis emittitur, non est vsque quaque obligatoriū. vt c.veniens.e.ti.Et est triplex votū. Primū necessitatis,qđ quis necessario in batismate ,pmittit,vt abrenunciare diabolo, & Pompis eius tenere fidē.seruare decalogum.de conse.dist.4.c.j.Scđm est voluntatis quod quis voluntati emittit super his ad q̄ ante votum non tenetur,vt continente abstinentie &c. Tertiū est votū mixtū ex his duobus.s.partim necessitatis &partim voluntatis. Sed votum voluntarium subdiuiditur in votum solenne &simplex,vnde simplex est cui nulla solennitas adhibetur.Solum aūt vntum continentie solenniza tur. Quę aūt vota redimi & commutari possit.vide Gof.in sum.eo. ti.Item votum obligat quem deo cum dicitur,vouere & reddite,,vt c.& si X̄ps.& c.debetores, de iure iu.& c.magne.devo.post prin.Sed quæritur, primo numquid votum ante ingressum religionis dissolui tur per ingressum,de volūtale abbatis? Et videt ꝙ non,quia abbas nō videt posse tollere obligationem deo q̄sitā.sed contrarium est verum per Gof. 20.q.4.monacho. Secūdo q̄ritur an dissoluatur per contractum matrimonij accedēte consensu alterius coniugum? Sol. per gloss.23.q.5.uoluit. Tertio filiusfa. non obligatur ex uoto nisi de uolūtate patrisut l.si quis rem. §. uoto ff. de pollicita. An hoc sit uerum de iure canonico. Sol. ꝙ nō p gl.30.q.2. mulier. cuius tres sunt rōnes.Nam filiuſ.delinquendam ēt sine uoluntate patris diabolo obligatur,ut c.j.de deli.puero. ergo & deo obligatur.Secūdo uouendo filiuſ. ducitur spū dei, & q̄ spū dei aguntur nō sunt sub regula.19.q.2.due sunt.& c.licet.de regula. Tertio quia uotum est quid spūale & in spūlibus patris potestas nō curatur,ut c.fi.de iudi.li.6. & gl.in l.ait prætor ff.de mino. & in ca.ex parte de rest.spo.Itē non nouere sanctius est quàm uotum prout melius potest nō perficere. Grauius.n.poniuntur qui votū fecerunt & non perfecerunt, quàm si sine uoto mortui sunt simpliciter in fide 12. q.j.§. quicunq; uel describitur sic.Votū est animi conceptū cum deliberatione firmatū.

DE V ANTE R.

Vrbs ſimpliciter prolata populi ro. ciuitate ſignificat antonomatice inſti.de iur.na.§. ſed quoties. Vrbis aũt appellatio muris aut continentibus edificijs finitur, vt c.ſignificauit.de pe.& remi,ff. de uerbo. ſig.l.2. & appellatur ab uruo. i.aratro,quia aratrum in urbe cõdenda adhiberi ſolebat l.pupillus. §.urb.ff.eo.

Vrbana prædia omnia edificia accipimus,non ſolum ea quæ ſunt in ciuitatibus uel oppidis conſtituta, ſed etiam in iure, niſi forte ſtabula ſint, quia locus non facit prædia vrbana,ſed mater in ff. de uer. ſig.l.j.uide ſupra prędium.

Vredo eſt morbus herbarum, frugũ & arborum in uitibus, & alio nomine carbunculus appellari poteſt l.ex cõducto.§.j.ff.loca. & de frigore procedit,nam & frigus urit. Verg. Aut boree penetrabile frigus adurat. Aliquando ponitur pro proritu, ut apud Plinium de urtica piſce. Tacta (inquit) uredinem immittit.

Vrephotrophium dictio greca eſt locum ſignificãs ad infantes nutriẽdos paratum,urephon. enim græci infante dicunt l.illud.§.j.C. de ſacroſan. eccle. licet in aliquibus conſti.mendoſe legatur.

Vrbanorum prædiorũ ſeruitutes. Require ſupra ſeruitutes.

DE V ANTE S.

Vſurarius eſt qui alicuius rei uſum habet,ut ſi tu qui es dominus huius ſerui conſenſeris ſiue conceſſeris mihi uti miniſterio eius ſalua proprietate & dominio, unde uſurarij dici poſſunt clerici qui nõ poſſunt uẽdere uel teſtari ſiue donare de bonis eccle. ſed uictu tantum & ueſtitu debent eſſe contenti.10.q.2.epiſcopus habeat,& c.cum conſtet.de pig.ſm Bar.ſm aliquos uero clerici poſsũt uſufructuario comparari, ad quem pertinet oĩum fructuũ perceptorũ ius diuidendi. ſcilicet quantum uſufructuarij in morte & in uita ſunt ſuorum dominij, & ex eis debita ex quacunque cauſa ſoluere poſſunt Tamen fallit in prælatis ſecularibus qui ex redditibus ſuis prouenientibus eis rõne prælationis ſoluere nõ poſſunt debita, niſi eſſent ꝓp utilitate eccle. contracta. Cõpetit ergo uſuario ius & uſus, ſe non põt uendere,locare uel alienare, ſed ſolum ad uſum ſuũ & familie ſue poteſt uti ſeruitute tali, ut in ortis,fundis, & ſimilibus, ſi quis habeat in his ſeruitutẽ uſus.

Vſus eſt ius utẽdi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia proprietate & dominio, & quomodo accipiatur, uide Archi. de offi. deleg.cap. q̃uis.lib.6.

Vſufructuarius eſt qui fruitur & utitur rebus alienis, uel qui res ſuas nemini furatur ff.uſufr.l. iure cõi.

Vſusfructus eſt ius utendi fruendi,alienis rebus ſalua ſubſtantia rerũ. ut ff.de uſufru.l.j. & inſti. de uſufru.in prin.Et eſt ius corpore.quo ſublato & ipſum tolli neceſſe eſt, deſtructa enim domo deſtruitur, & uſufru. qui habetur in ea,ut ff. eo.tit.l.2. & not. ſecundum Azo. in ſum.C.eo.ti. quòd uſufru. formatis dicitur ius.i. ſeruitus.ſed uſufru.caſualis ſecundum quem aliquis habet cãm dominij, nõ dicit̃ ſeruitus.Et ponit̃ hic fruẽdi,& nõ in diffinitione uſus,q̃a differũt ius utẽdi,&fruen.ut infra patebit,utẽdi dicit̃ ad differẽtiã creditoris q̃ habet ius in pignore, non põt eo uti, imo furtũ committit ſi eo utitur,ſed ſm ponitur differẽtiã utilis dñii quod habetur in rebus alienis

nis ſicut emphiteota & feudatarius habent. Sed fruendi ſm Accur. & Ber. dicitur ad differẽtiam nudi vſus, quia minus eſt invſu quàm in fructu. Dicitur in rebus alienis, q3 ſua res nemini ſeruit. Salua rerum ſubſtantia dicitur ad differentiã ſu pficiarij & emphiteote, qui nõ tenẽtur reficere edes, ſed vſufructuarius tenetur, & ẽt teneat ad tributum, q3 ad eũ pertinet fructus, vñ Ber. exponit ſalua rerũ ſubſtantia, id eſt ne peat in tota ſubſtantia. Accur. exponit ſalua ſubſtantia, quia tamdiũ durat vſusfruct. quamdiu durat ſubſtantia, & no. differentiã inter eũ qui habet ſeruitutẽ vſus, & eũ qui habet ſeruitutẽ vſufr. q3 is qui habet ſolũ ſeruitutẽ nudi viſus, ita vtitur ꝙ fructus non percipit ſicut poſſum uti equa tua, ita ꝙ fructus inde nõ percipiã, ſic quod paratus nõ ſit meus, ſic ſimiliter q3 habet vſum tm̃ alicuius fundi non poteſt vti pomis, oleribus & cæteris fructibus ad vſum ſuum quotidianũ, ille autem cui competi ſeruitus vſufr. põt hæc omnia facere.

V*ſucapio* eſt acquiſitio dominij vtilis directa rei aliene per continuationẽ poſſeſſionis tpis lege diffinitiui id eſt. per ſpatium tpis a l. diffinitũ ff. eo. tit. l. 3. v. g. Emi rẽ mobilem a nõ domino bona fide putans rem eſſe vendentis, & per continuũ trienniũ poſſideo ſine interruptione ipſo iure efficior dominus illi⁹ rei. Directũ autẽ dominiũ habet verus & principalis dominus rei. Sed vtile dominiũ dicitur quãdo quis in veritate non eſt dominus, ſed habet vtilitatẽ rei ac ſi eſſet dominus vt feudatarius, vaſallus, & ſimiles. Et dicitur vſucapio, quia vſu quodã & cõſuetudine poſſidendi cepi, & acquiſiuit dominiũ. Secundo in rebus mobilibus vel ſe mouẽtibus, nã immobilia non dicunt vſucapi proprie, ſed potius pſcribi. In immobilib. n. pſcriptio locum habet. Tps. n. a l. diffinitũ eſt trienniũ in vſucapione, ſed in præſcriptiõe ſtatuitur decẽniũ inter præſentes, & vigenniũ inter abſentes, vt inſtit. de vſu. Et datur vſucapio ne dñio rerũ ſint in incerto, ꝓ publico bono introducta, vt l. j. ff. eo. ti. cõtra equitatẽ naturalẽ ff. de neg. ge. l. j. in fi. & de cõdit. & de. l. nã natura. Nã locupletari nõ debet quis cum alterius dãno ſm regulã locupletari. de reg. iur. li. 6. & ſic aliud eſt equũ, & aliud bonũ vt C. de pact. cõm. l. hac l. Et quia opponitur equitas ſcripta præfertur rigori ſcripto. Sol. verũ eſt dum vtrunq; ſcriptũ eſt in ſpecie, ſed in præall l. nã natura equitas eſt ſcripta in genere, & hic rigor in ſpẽ, ergo præfertur rigori. Etiã in vſucapione vel pręſcriptione verſatur quædã equitas naturalis quæ ſuadet ꝙ poſtq̃ quis iuſto titulo bona fide certo tẽporis ſpatio rẽ tenuerit, dominiũ acquirere debeat & imputetur domino qui negligens eſt tanto tempore rem ſuã quærere cuſtodire. Et ſic nemo debet locupletari &c. niſi ſubſit cã, vt hic propter cõeem oĩum vtilitatẽ, & vt aliquãdo ſit litiũ finis. l. fi. ff. ꝓ ſoc. vbi datur hęc rõ, ideo exceptio præſcriptiõis eſt exceptio litis finite & opponitur ſicut alie litis finite exceptiones.

V*ſque* ſtat quandoq; incluſiue. vt ff. de ſeu. l. fi. & in c. j. de ord. ab epiſ. qui re. quandoq̃ ẽt excluſiue, vt c. cũ dilectis. de fid. inſtr. vbi dicit ꝙ vſque ad diffinitiue ſiñe calculũ põt vtraq; pars exhibere inſtrumẽta, eſt ergo dictio vſq; ſignificatiua vltimi termini ad quem ſicut dictio a vel ab primi termini a quo. item ibi, vendo vel dono hunc fundum

dum qui est meus vsque ad cemiteriū vel vsque ad ecclesiā, significat exclusiue. Ratio quia materia subiecta nō patitur sensum inclusioni, licet hoc ēt ageretur p̄ disponentē. Sed ibi ab ecclesia vsq; ad cemiteriū est locus diuini iuris vel religiosus. sumitur inclusiue, quia materia subiecta importat sensum inclusionis. Itē exclusiue, vt ambulatoria est vlt. volūtas vsq; ad mortem, vt l. 3. ff. de adi. leg. sed dicēdo vsq; ad vite exitū verba ponuntur inclusiue, Itē inclusiue ibi, minori datur tutor vsq; ad pubertatē. Sed exclusiue ibi vendo tibi agrū vsq; ad illum fundū qui est vicini, quia non disponit quia de re aliena nisi habeat in mandatis. Itē inclusiue. ibi do tibi iter vsq; ad calend. Martij, sed exclusiue ibi, promitto tibi dare 10. quolibet die vsq; ad calen. Apri. Rō quia voluntas disponētis coniecturatur in j. ex fauore dilationis & debitoris. facit. l. arrianus ff. de ac. & ob. Sed in 2. coniecturat ex obli. q̄ stricte capi. Itē inclusiue ibi do tibi in penit. dicere 7. Sal. singulis dieb. vsq; ad cal. Iul. sed exc. ibi, sētia lata a iud. de sol. quolibet die vnum flo. vsq; a cal. Iul. Vsura sicut cōiter dicit̄ est quicquid præter vsum sorti accidit, vel accedit ſm Go. 14. q. 3. plerīq;. Et addit ipse intentionē vel pacto p̄cedēte. Sola. n. spe vel expectatione vitiū vsurarium contrahitur. ut c. j. & c. consuluit de usu. & 14, q. 3. si fenerarius. Et hoc cum principaliter habetur spes & expe. lucri alias si ob char. moueatur quis ad mutuādū, & secundario speret de aliqua retributione, non putatur uitiosum. arg. ad hoc 80. dist. in singulis 42. dist. quid proderit. secundum Gof. Item vsura est ubi plus recipitur quàm datum est, & diffinitur secundum Azo C. eod. titu. sic usura est quod propter usum rei concessē datur. Concessē, id est date vel mutuate. vnde vsura dicitur ab usus es eris, quasi usura, id est, vsus eris data. s. pecunia, cum nomine pecunie quicquid homines habent continetur. j. q. 3. totum. & not. quòd omnis usura præstatur super facta dilatione ad annum, unde quædā usura uocatur centesima illa. s. quę intra ānum equiparatur sorti quædam uocatur sextupla (alias sescupla) a sex quod est totum & plica. id est pars vel medietas, quæ etiam alio noīe dicitur hemiolon, ab hemi p̄ est medium & holō qđ est totum & est illa usura q̄ totum cōtinet, & medietatē tot. 9 q̄dā uero est triens. s. q̄ p̄statur usq; ad tertiā partē centesime uel fortis, quædā semis, q̄ p̄statur ad medietatem sortis q̄dā bes quę præstatur ad duas partes sortis. Itē quædā usura ē fenus sortis, & quędā fœnus fœnoris. Nā usura dicit̄ quæ ultra sortē recipitur, ut c. fi 14. q. 3. sed fenus dicitur lucrū de usura sumptū, uel usura ubi ad mutuum restituēdum non fuit certum tps determinatū. & fenus ubi determinatū. Est tamē distinguendū inter usurā & rē illā in qua usura cōmittitur, nā quæ ab usurario exigitur, pprie est lucrū p̄ vltra sortem exigitur. s. lucrum restituēdū. Sed res in qua usura cō mittitur est mutuum de quo lucrū p̄dictū gignitur. Sed utrū de usura cognoscat iudex secularis uel ecclesiasticus, no. plene per doc. in c. cum sit. de foro comp & 11. q. j. in sum. c. ex literis. de iureiur. & est gl. no. quę incipit, cum repetuntur in cle. dispendiosa. de iud. & 14. q. 4. quid dicā. Sed breuiter nisi quæstio usurarii est quæstio facit iudex secularis cognoscet, si quæstio

iuris

iuris, solus iudex ecclesiasticus cognoscet. Et intra quātū tēp⁹ exce. vsurarū debeat ꝓbari Host. & Ioā. an. sing. in nouel. dñt ꝙ intra octo dies a die ꝓpositę exceptionis. ar. c. pia. de exce. li. 6. Et pro certo est extranea inductio, vt dicit Lud. de Ro. nā ille tex. reuera loquitur exceptione excōicationis. Hoc etiā confirmat Lapus abbas in allegationib. suis alle. l. 5. ad fin. & subdit Lud. de ro. ego rome decidi cōtrarium. vide pulchrā rationē ꝙ imo intra. 15. dies ꝓbari debeat. nā qui vsurā exigit raptor est & latro & spoliator, vt ca. si quis vsuram. 14. q. 4. Sed exceptio spoliationis probatur intra. 15. dies, vt c. frequens. de rest. spol. lib. 6. igitur &c. quod est menti tenendum.

Vsurarius manifestus qui dicatur. vide c. j. & 2. de vsu. li. 6. vltra hoc dicit Matt. quod sit ille qui vsurari⁹ ex libris suis conuincitur. alle. cl. j. de vsur. & c. sinee. 45. dist. ca. sane. 24. qō. 2. & l. j. §. editiones. ff. de eden. Secundo ille qui cōfitetur coram sacerdote se esse vsurariū, quia vsurarij iudex est sacerdos, & sic cōfessus coram suo iudice erit manifestus, vt c. quē penitet, de pen. dist. 7. Io. an. dicit hoc verum si adsint testes, vt c. quāquā. de vsu. li. 6 Item sequitur. Ioann. de lign. quia iudiciū fori penitentialis nō inducit illos effectus quas iudicium fori contentiosi, quòd ideo sit manifestus, quia confitetur coram iudice anime, nisi adsint testes. Tertio dicitur ille vsurarius manifestus q̄ habet altare paratū. Sunt ergo vsurarij triplices. Primi notorij, q̄ habent altare continue paratū semp mutuātes. Secundi nō notorij sed manifesti q̄ nō hñt altare cōtinue paratū, sed interdū mutuantes. Tertij per famam tātū manifesti sunt.

Vsurpare est aliquem contra rationē ius vsum vel consuetudinem capere inuadere vel præsumere. vide Alber. de Rosa. in dic. suo in verb. vsurpatio vbi plene.

Vsurpatio est interruptio vsucapion. vt in. l. 2. & in rub. ff. de vsuc. & vsu & dicit ibi text. ꝙ oratores vsurpationem frequentem vsu vocant.

DE V ANTE T.

Vt, hæc dictio modum facit sicut si cōditionē. & cū cām facit C. de cō di. quę sub mo. l. j. & ibi nota. & vide. ff. de manumiss. l. causam. §. fi. & de leg. 2. l. si ita relictum. & de contrahen. emp. l. cum ab eo. & de mā. test. l. mensa. Aliquando facit conditionem, vt l. cum tale circa fi. ff. de condi. & demonst. Aliquando vt exponitur id est sicut. C. de sepu. viola. si quis & ff. de acqu. re. dom. l. in laqueum. in fi. Aliquando vt id est secundum C. de his qui paren. vel lib. occi. l. j. Aliquando ponitur causatiue & consecutiue ff. de don. caus. mort. l. senatus. Causatiue ponitur 47. dist. sicut ff. de leg. primo si quis. in prin. Consecutiue ponitur C. de obse. patr. pręst. l. si manu missori. de epis. & cler. in ecclesia. ff. de serui. & aqua. l. j. & j. quæst. j. cum liqueat. & ca. vēditio. Aliquādo ponitur aduersatiue pro sed C. de app. l. cum post. aliquādo est ad uerbium temporis vt. i. postquam ff. de pign. l. j. §. idem quesijt. Aliquando ponitur vt pro in authen. de resti. §. si vero deducens. ibi nō tamen per longum interuallum vi &c. Aliquando vt, id est tanquā C. de legi. l. leges. Aliquando est aduerbium qualitatis vel quantitatis vt id est quantum, vel optandi, vt pro vtinam. Aliquando est exemplificatiuum vt eum dicitur, nomē appellatiuum, vt homo. & not. ff. de interdic. l. j. §. interdicta. de pac.

l. iu-

l.iuriſgentium.§. quinimo.Aliquã do.i.quãuis de neg.geſt.l.ſed an vl tro.§.fi.C.de ſer.& aqua.in j.Aliquãdo vt exponit.i.quãdo ff.de arbit.l.ſi cũ dies.§.ſi arbiter.Aliquã do abũdat ff.ad l.põp.de par.l.j.& ibi in gl.Aliqñ eſt aduerb.ordinis, vt l.poſtea Aliqñ eſt cõiunctio adiunctiua,vt volo vt tu legas.Aliqñ cãlis.vt l.q.a vnde ver.Qualiter & quãtũ notat.diſcernit & optat.Ordinat exẽplat,ſimulat,vtrunq; requirit.Dat comitẽ,dat quoq; ſequens ſic dat duodena. Et de ſignificato huius dictiõis,vt vide extra de priuile.ex ore.de confir.vti vel inuti. c.examinata.& de verb.ſigni.c.abbate.Item de effectu huius dictionis vt,vide extra de cõdit.appo.verum.in cle.de eta.& quali.cap.j.

Vterque aliquando ponitur cõiuncti ue ff.de leg.2.l.ſi quis duob⁹.& de leg.3.l.titius.& ff.de cõd.inde.l.ſi non ſortẽ §.fi.de eui.l.ſi duos.Ali quando ponit diuiſiue,vt ff.de rei vendi.Põpo.cõia pre.l.binas.& de actio.emp.l.ſi ea res §.fi.Aliquãdo dicit de tribus ſ mvnã exp̃oſitionẽ glo.inſt.per quas perſo.no.acq.§. non ſolũ.Itẽ adde qũo vterq; attribuit actũ & in quo verificet.Bart. in l.hoc articulo ff.de inſt.Itẽ quæ ſit eius natura vide eundẽ Bar.in l. cõquerebatur.de imp.& ali.ſubſt.

Vtroque iure l.iure ſpũalibus & temporalibus.extra de priuil.qm̃.Aliquando ponitur ſimulatiue. ff.de pac.l.reſcripta.§.ſi pacto.& de re. dub.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.

Vtifrui differunt ſic,quia vti dicitur ille qui ita vtitur re quod fructus non percipit, ſicut poſſum vti ad vſum quotidianum & miniſterium equa tua.ita ꝙ fructum non percipiam ꝙ.ſ.patruus nõ ſit meus, ſed is qui alicuius fundi vſum habet pomis & oleribus vti põt ad vſum quotidianũ, nõ tamen donare vel vendere põt.Frui vero dicitur ille qui fructus percipit.& ſic vſurari⁹ habet vſum rei vt cui dñs nemo ſis cõſtituit vſum nemoris ad neceſſitatẽ ſuã & familie ſue, vt accipiat ligna,olera,poma.flores &c.q̃ naſcuntur in nemore ꝓ ſe & ſuis conuiuis,nõ tñ vẽdere ꝓmittit ipſum alias frueretur. quare clerici dici poſſunt vſurarij,vt ſupra dictũ eſt.

Vti poſſidetis eſt quoddã interdictũ cum poſſeſſio inquitatur a nõ poſſidente,vt iudex ꝓ ipſo det ſniam Si vnus fuerit,tunc ꝓnuntiare habet in ſingulari numero,ut ita poſſideas vt poſſides.Si autem plures tunc debet pronuntiare in plurali numero.at vti poſſidetis, ita poſſideatis. Hodie tamẽ honoris cauſa cum hoĩes vni tm̃ loquuntur plurali ſermone vtuntur dicentes,bene ueneritis tranſite bene.Et cœperunt iſte honorabilesvoces a Iulio Cæſare vnde & illud dicit.Nos turbati ſumus.hęc Azo.in ſum.eo. ti.& vide gl.añpe.in c.licet.de ꝓb.

Vtique, id eſt certe.ff.de rei vend.l. utique. Aliquando ponitur continuatiue.ff.de dam.infect.l.vtique. Aliquando,id eſt ita demum.ff.de neg.geſt.l.diuortio.§.ſed nec.Aliquando,id eſt ſicut ff.de act.empt. l.ſicut. Aliquando, id eſt,tm̃.ff.ad muni.l.nõ.vtique.Aliquãdo.j.vſq; adeo.de capit.dimi.l.amiſſi.§.primo aliquãdo vtiq; ſunt due partes ſcilicet uti, id eſt ſicut,& ꝙ pro & ut not.ff.de edil.edic.l.ediles.

Vtro, id eſt,altero.C.de agri.& cen. l.diffinimus.lib.12.

Vtrobi componitur ex utrum & ubi pro ad.q.d.apud quem eſt poſſeſſio,apud illũ ſit no.per Hoſt.extra de proba.c.licet in fi.& uide.C.& ff.in tit.de utrobi,& inſtit.de interdictis §.ut utrobi.

DE V ANTE V.

Vulua secũdum Arch.14.q.3.pleriq; quandoq; illud est quod extra nascitur, vel est venter porci, vel vber, farcimen, vel ilia.s.salicia.

Vulgaris persona dicitur minus honesta.l.legitimos.ff.de legi.tuto.

Vulgaris substitutio dicitur cũ quis loco instituti vel eius cui alias puta ab intest.est ius adeundi in casu hereditatis nõ adite apponitur seu subrogatur.vñ conditio est semp, si hereditas nõ adeatur.Et dicitur vulgaris quia in hunc casum seu euentũ fieri põt a quolibet qui testari põt,& cuilibet qui ius adeundi.habet ex testõ vel ab intesta.qa voluntas talis disponentis simpliciter admittitur iure ciuili, secus in pupillari & alijs substi.vbi non simpliciter admittitur, immo restringitur & limitatur. & quãdoq; penitus non admittitur iure ciuili scripto.Et not. quod conditio ibi apposita si hereditas non adeatur, potest dupliciter intelligi, secundum quod non adire dupliciter contingit scilicet vel propter nolle adire.vel propter non posse. Et istud non posse multis modis potest contingere,vel quia euenit furor,vel deportatio, vel quia bonorum acquisitio interdicitur.Vulgaris.n.sustitutio semper continet conditionẽ de euentu nõ adire hereditatem, licet iam vnum casum vel plures vel omnes cõtinere possit.Cetera vide supra de sub.

DE V ANTE X.

pora, commentauit egregium librum feudorum. Ioan.de ana.tandem Archid.Bon.floruit Bononię longo tempore commentauit decretales.Obijt an.d.1455.vel circa Thomas doctius Senen.doct.verus & clarus iuris interpres obijt ann. do.1460.Io.Petrucij de Perusio, & Ang.de perig.de Perusio præceptores mei primus de mane, alius de sero florebant an.do.1461.quo anno incepi studere in iure ciuili. obijt.d.An.ann.1460.a.d.vero Ioan.obijt ann.1462 quorum animę requiescant in pace, fuerunt illustres doc.vt notum est. Multi alij fuerunt veri solennes in iure ciuili,vt Andreas de ysern.commentator feudorum & constitutionũ regni.Alb.galeotij parmen.qui fecit opusculum quod dicitur margarita.An.de Pisis qui scripsit super ff. Argen. domini reinerij de Forli. Benedictus de plombino,qui commentauit aliquos titulos in prima parte ff.noui incipiendo a titu.de manu.ff.fecit etiam solemnes rep. & dist.Bartolucius de presbyteris de bon.Barth.de capua comites de perusio Fran.de rampo.de bonon. Fede.de scalis de bon.Flo.de sancto pe.de bon.Gand.i.Albertus de gandino.de cremo.Guid.de suzaria.Vgolinus de fontana parmensis.Homo bonus cremonensis.Onofr.Bartolom.de perusio.Iac.de archizono de Verona commentato.feu.Iac.de ysolanis olim cardinalis Lanfr.de luca.Marinus de caramino de regno gl.constitutionũ regni Marsilius de mantigelis de bon.illustris doc. cuius multe disputationes inueniuntur.Mat. de matthe.de bon.cuius reperiuntur notabilia dicta quodam & clara opuscula.Nico.cremonen. Nico.furiosi qui glossauit librum feudorum.Nicolaus de Neap.maximus textualis.Nellus de sancto gemin. qui edidit illustre opus bannitorũ Hospertusde cremona qui fuit primus doc.qui incepit legere perusii.Petrus de cer.qui scripsit super libris feu.Pet.de boacterus de bo. Pet. boemus. Tancre. de corueto, cuius repetitur opusculum quod dicitur compendiosa.Vber. de bonacurse.Vbe.de bobio,& alii plures.Itẽ in iu.cano. prænotatus Abbas antiquus.Bern.gl.parmensis.Bonaguid.Aretinus Bert.Hispanus qui scripsit super cle.Basianus Berengarius olim cardinalis, qui inter cætera fecit pulchrum repertorium super speculo.Egidius bo. Fran.vercellensis Gofr.beneuentanus cuius repetitur vtilis summa Gratianus Aretinus Guid. de monte laud.ultramontanus Guid. naso.Gandul.Guil.de bonis consiliis de bon.Henricus boic.Io glossator decreti.Ioã.de deo hispanus Lauren.antiquus doct. Lamen.de pinu,qui scripsit super clementinis.Lauren.de rodulfis,de Florentia.cuius reperitur egregium conuentum super vsuris inter cetera. Mattheus romanus qui scripsi sup cle.Nepos de monte albano.Paul. de leaz.Pet.de saxonia. Petrus mãducator. Prosdocimus de Padua. Simon de barsiano.Cardinalis mediola.qui scripsit super cle.Steph. prouincialis, qui similiter scripsit super cle.Steph.trocheus & Pe.de stagno qui similiter scripserunt super cle.legentes apud montẽ pessulanum.Cancr.glo.Lucas de penna doctor gallicus Tho.de piperata. Raymundus de penna torti. Vincentius antiquus doct.Vgusio vercellensis.Zenzelinus vltramõ. Ioan.de blamasco burgundus.Ioan.Florentinus Ioã. de sctõ geor.

de bono. Ioan. de morio de Florentia. Ioannes de fantusis de bon. Iason de mayno doctor celeberrim⁹. & profecto admirabilis est suus in primis docendi modus eruditio nova omnino atque incredibilis politiorum, in audita & lacteo fonte exuberans facundia scripsit sup. ff. & C. Edidit in super concessa solemnia. Itē fecit aditiones ad Christoforum porcum in inst. Phil. decius doct. memorie singularis scripsit egregie in iure ca. Iodocus Lauuerinis vtriusque censure & do. valde subtilis alme vniuersi. Tho. edidit multas repetitiones super l. stipulationes, nō diuiduntur ff. de verbo. obliga. & super l. rem maioris pretij de rest. ven. C. & aliū infiniti quorū tpa, patrias, celebritatē & opere tu ipse prosequaris.

Duorum solidissima ingenia in quorum dictis rarius inuenitur error tibi propono, vt illos eligas tanquam principatum tenentes inter commentatores iuris scilicet. Ioā. an. in iur. ca. & Bart. in iure ciuili. Illi sunt tibi colendi 5. tra. ceros. Io. an. in iure can. ceteris præferendum, esse ordine & emolumento exclamat Car. Flo. in proemio cle. dicit enim quòd sapientiam canonicam adeo locupletauit suis commentis, vt a centum annis simul omnes commētatores relique nō equa commentauerint & merito datur ei principatus vt eius commenta. textui sint appositā sexti & clementinarum Recolo etiā quòd ipse idem Ioan. an. in addit. Specu. in titu. de fil. presbyt. dicit sibi puero fuisse reuelatum a quodam religioso viro ipsum illuminaturum ius can. Bar. etiā in iure ciuili fuisse principē quis negabit? Huius dictis semp fere in esse causam veritatis re ipsa patet. ut pontanus exclamat consi. 417. Propterea in Hispania & lusitania decre. regio & cōmuni illarum partium est sanctū constitutione publica (vt alias audiui a quibusdā auditoribus meis illarum partium) q̄p in casibus in quibus. reperitur contradictio doctorum, opinio Bart. præualeat tanquam principalior & secundum illam iudicetur. Si Hispani tantū deferunt Bar. nos Italici quid faciemus. Intrepidi sua scripta curem⁹ habere scire, imitari, quia Bartolista optimus, iurista censendus est.

Sextum documentum principale.

Co ngrvit vtilitati scholaris, vt doctorem & præceptorem sine intermissione audiat. Vnde Lauren. antiquus doc. in d. cle. j. de magi. & Guil. de monte laud. & d. Cardinales Flo. & dom. Go. porreianus exclamant cōtra scholares capitosos non intrantes scholas, qui quadā capitositate credunt plus addiscere quam si a doctoribus doceantur quod dicunt in vanum, cum sensus auditus aptior sit ad percipiendū & memorie tradendum quod verbali voce traditur quā in scriptis, vel sit nequam visus vel alius sensus. 44. dist. sit recto. Zenzelinus etiam dicit ibidem q̄p requiritur instructio a voce magistra. Primo est tempus tacendi, postea loquendi. Ecclesiastici. 3. & veritas prius addiscitur a magistris, postea docetur. 36. dist. §. ecce. ver. hinc etiam Salomon, vnde Hie. ad rusticū monachum dicit. Nō ingrediaris absq; doctore viam quàm nunquam ingressus es 16. q. j. c. si clericatus.

Nec sufficit scholarem moram trahere in studio, nisi studeat 16. qō. j. cap. generaliter. & in c. cum ex literis. de in integ. rest. notatur. Hinc dicit Host. in cap. fi. de magi. & Io. de Ligna. in proe. clemen. q̄p Scolares

res habitu & non actu non sunt appellandi scolares, quinimo fortius dicit Dominicus de sancto Ge. in proe.sexti, & dominus Ab.in ca.j. in fi.de iud.q̄ scolares solo habitu possunt puniri tanquā mendaces, bene facit glo.37.q.5.cauere.& q̄ doc.notant in l.qui sub pretex.C. de sac.san.eccl.vide circa hęc quæ dixi & quę not. l.j.scriniarios.C. de rest.mili.dominus Pau.de cast. etiam exclamat coutra scolares nō intrantes continue.in l.frater a fratre.ff.de condi.inde. Viua.n.vox multum imprimit,quia habet nescio quod latētis energie vt inquit Hie.in prohe.bibli.Plin.ēt in quadā epistola primū nepotem exhortatur vt audiat vocem magistri.

Ab istis excipiendi sunt colares prouecti & ꝓximi cingi, quia aliquando ruminant in studio camerario quæ didicerunt aut per se studentquę non leguntur in scholis.

Quisquis sibi proficiat prout sibi nouerit esse consultius.Caueat tamē ne decipiatur a pigritia vel alia cā.

Septimum documentū principale.

SCHOLARIS diligens & intrans institutus vt seruet hunc modum,vt cum audit doctorem non numeret regulas,non faciat castra in mari, vt dicit glo.in l.j.C.de stud.li.vrbis rome.deinde.secundum Mart. de fa.in d.epistola, hoc seruet, vt casum ad totam & ad quàm licet partem litere concordet & nō credat, se intelligere si aliquam particulam non intelligat ad plenum & videat si lex pertinet ad rubricā deinde ipsius casus,& quare sic statuta fuerit consideret rationem,& soluere cōtraria causas solutionis diligenter attendens de qua fonte procedant.Cur et sibi ex se inuenire similia, ex generalibus non inhereat multitudini, nā vel duas leges de generalibus quæ meliu id exprimant memorie commendando,& illas quasi vnicas gēmas teneat & amplectatur.Tempus nō perdat in littera cōmendando memorie,sed intellectui & vbi & qua re sub tali.ru.sint posite contemplando studeat.Demum in cor suo concipiat si aliquem casum audiuisset vel sensisset cui decisio illius lege possit applicari, & illū casum auditum quasi præfigurationem illius legis habeat. Cetęrum dum vigilat in lecto, ruminet in corde dicens tot leges & sic incipientes habuimus ex q̄b.in effectu istud reportauimus aduertat ēt dū legit legē,an super illa possit formare aliquā qō.ꝑ quā possit legē ad inconueniens reuocare.Tādē quęrat veritatē & equitatis& iustitie sit semper amator.hæc Mar. in epistola p̄al.Sed in p̄missis aliqñ clarius loquar cū inoleuerit iste mos dādi in scriptis,& multiplicati sunt infiniti cōmētatores varie loquētes, q̄d fiendū?Dicet intra se diligēs auditor,si recollectis instituero,ergo cō fundor,si nō instādū in illis, vt q̄d perdimus illud tps? malo domi studere cū vno cōmētatore præcipuo puta Bar.vel cum intra vero,nolo scribere respondeo. Super omnia consultus est intrare,ꝓpter impressionē uocis magistri, ut si.dixi in serto cōsi.Itē si stas in scholis consultius est scribere relectos.§.nul nullus.n.liber est tam malus quin aliquid boni habeat vt dicit Plin. li.3.epistolarū epist.5.ipsa ēt scriptura facit te olfacere omne minimū verbū. Præterea multomagis (vt vulgo dicitur)viua vox afficit, nō licet acriora sint q̄ legis, altius tñ in animo sedēt quę pronuntiatio,vultus,habitus, gestus etiā dicentis affigit,vt dicit Pri.secundus

in epistola 3.secundi li.Cum.autē domum redieris,& volueris stude lectionem nimis textus legas & lectites vt imprimas magis.n.firmū & stabile ē qđ repetita, probauit lectio,vt dicit tex.in consti.cordi. C.de emen.iust.codi.Casum, figurabis litere & intellectui doctorū congruētem,de inde iterū resumatur tex.& notando singula verba, & partes postquā adaptaueris ad reb.& quæsieris rōnem dubitandi & dedicendi colliges sextualia & notabilia q̄ doctores inde eliciūt. & coneris ēt tu scire euellere aliquod ex illa litera. Et hoc potissimum & primarum in nouitio. Et cū hoc feceris, surgas cum intellectu,& calcules tecū,dicens, ex ista l.in effectu habeo hoc non dignū, & illud cōmenda memorie nō de verbo ad verbū sed sufficit in effectu & hoc sufficeret nouitio, nec vltra ne si ꝑgat sentiat stomachū oneratū,q̄a fragilis hoīum memoria sepe aliud nouū q̄rit,aliud iam q̄situ amittit, vt dicere solebat seneca.Qđ si ītellect⁹ tuus & memoria sit capax vltrioris inquisitionis,capias gl.illas & explica oppōnēdo vel quærendo ſm modum q̄ dat Bar.in l.petēs.C.de pac. & ibi dixi.& tandē calcula gl. si aliquid habeat nō,dignum & illud assigna memorie, & semper habeas ante oculos monitiones Senece quas vidisti supra.in.5.consil.tibi dato. Circa recollectarū tuarum vsum do tibi hoc cōsilium vt recollectis qui nō versantur circa legē tuā & intellectum & notabilia & necessariā declarationē legis & glosse licet extrauagātur cū floribus varijs singularium dictorum aliquā do recollectorum,& principaliter extra rem, non inhereas dum es scholaris, quouis mō ista sint uaria, quæ licet delectent, inquinant. Et doctores qui ista tradunt consultiuus facerent si comitterent, vnde bellissime exclamat Salic. in repetitionibus l.quod te. ff. si cer. pet. & l. quod nerua. ff. de pos. contra illo qui negligunt regulas scire, & implet caput suū casib. singularib. & peregrinis,q̄ doctrina est fallax & periculosa.

Quando vero doctor tuus ordinaret tibi recollectas claras pro intellectu legis in primis illud videat omnino nouitius & super textuali intellectu vigiliam præmat, omnia pertentet reliquum quod doctor subdit additiue,vel cumulādo qōnes & dicta reseruet aliud tps post q̄ erit solidatos in reliquis, & termīs iuris, & hoc mō recollecte ꝑ sunt & nō obsunt si clare tradunt & nō īpertinēter,qñ vero īpertinēter absint oīno a te tanq̄ venenū.

Quod si diceres, nomine melius esset studere cum Bar.tantum? Confiteor q̄ Bar.omni tempore omni persone vtilis & necessarius est, sed aliquando breuis,aliquādo obscurus,aliqñ nō legit legē aliquādo nō habet. Itaq; impleas stomachū tuū bonis cibis & nutriuis.i. bonis legib. & reliq⁹ & bonis doctri.cōib.ꝓ capacitatē.ingēij tui.

Laudo q̄ tu qui es iam solidatus in regulis iur.& reali cognitione terminorum,& audisti partes, quæ ordinare legūtur,videas totum corpus iuris cum Bar.& toties facias, vt Bartoli doctrinas proviribus assequi coneris,& tenere illū in studijs emulaberis, licet illius ingenijs adipisci arduitatem etiam ſperare nimium est, quod dari nisi a deo nō potest,sicut in simili de Cice.Dicit.Plinius li.4.epistolarum epistola 8. eius tamen Bar. vestigia semper adorabis. vt de Virgi.

dicit

dicit Statius in fine libr. Thebaidos ibi. Nec tu diuinam eneida tẽta, sed longe sequere, & vestigia semper adora.

Dixi ꝙ emuleris Bart. nam stultissimum est ad imitandum non optima quęque præponere, vt inquit Pli. tit. j. epistolarum epistola. 5. & lib. 7. epi. 9.

Cũ Bartolũ bene videris, legat alios dignos author, ex his quos supra memoraui, & semper notes & excerpas quæ digna inueneris vt facere consueuerũt omnes illustres viri, & tue memorie debilitatẽ artificio stili & pupillarum iuuabis, Ad id te inuitat epistola Plinij. 5. in lib. 3. quę incipit per gratum Io. dico quòd videas alios, quia quanto plures respicies tanto, magis proficies, quia non est vnus quamuis pręstat imitandus præcipuus & solus, quia nunquam perfit imitator authori. hęc rei natura est, semper enim veritate simili tudo minor est, vt dicit. Sene. in prologo declamationum suarum. Præterea sicut terre varijs mutatisque seminibus, ita ingenia nostra, nunc hac nunc illac meditatione recolũtur, ut inquit Plinius. lib. 12. epistolarum epistola 9. quę incipit queris.

Laudarẽ ꝙ nouitius memorie commendaret titulum de uerb. signi. & tit. de re. iur. ff. id regulas iuris de quibus in sexto singulis diebus aliquas nam & animum recreant ipsarum uarietate & plurimũ conferunt. Sunt enim principales claues iuris quibus est in hęredũ tanquam Bonon. Carocio ut dicit gl. in lege omnis diffinitio, ff. de re. iur. quinimo illas ignorare lata culpa est. Deinde prouectus cum rusticatus aut peregrinatur, põt secum conferre Dynum de reg. iur. quod non puto eẽ utilius opusculum 2. magis uarium consulat sibijpsi illum uideat authorem ad cuius cognitionem ingenium ardentius excitatur, & ꝙ cuius emulationem credat melius legitimos assequi thesauros.

Tempore uacatiuũ repetat quæ audierit, legerit, & cõmendet memorie ea quę fuerunt notatu digna.

Fœlix ille cuius memoria fuerit bone fidei, quæ in promptu reddit sibi credita ut inquit Sene. in prologo declamationũ suarum. Quod si memoria tua fuerit infidelis custos committas excepta filio & pugillaribus, ut prædixi, & quicquid dixeris audieris, egeris, in die uesperi commemorabis, ut inquit. Cin. in libro de senectu. & ad hoc studium in secessu habendum uideat epistolam, Plinij nonam libro settimo. quæ incipit quæris. quæ est elegans ad hoc.

Octauum documentum principale.

Consulo nouitio donec nouus Iusti. appellatur .i. durante primo anno, ut nunquam curet ad ostentationem arguere, curet sciret potius quàm apparere, discat non uideri doctus, sed esse quærat. iuxta consilium moralis uiri Arb, causidici Brixiensis. pars. n. scientie est scire quod nescias. De omnib. sibi ignotis diligẽter interroget, quorũ possit esse capax. Nã si nõ purgauerit aliquid erroneũ qđ ipsum faciebat musare illud in de cõtinuo trãsiret in habitũ & faceret apostema. i. esset cã multorũ errorũ unde Martia. Discendi modus ẽ dũ te, nescire uidebis. Discesed assidue, disce sed ut sapias, sumpta parũ prodest q̃ mox emittitur esca. Bos quibus ẽ pastus ruminat hæc eadẽ. Quinimo fortasse meli-

us faceret si secũdo ãno quo edicta li vocatur,ab argumẽtatione ostẽ di causa abstineat ille solent esse fructuose contentiones quę secreto fiunt inter collegiatos in collegijs ordinis literarij , vt in domo sapiente senensis,& similibus,quo secreto genere disputãdi nihil sincerius aut simplicius aut melius. Aulus Gel.li.j.c.9.ꝙ cum quis exploratus a Pytagora idoneus inuẽtus fuerat recipi in disciplinã statim iubebat certum tempus tacere,si omnes idem, sed aliũ aliud tẽpus pro estimato captu solertie, sed nõ minus quisq; tacuit quam bienniũ.Reperi ẽt ꝙ Hyp.cũ discipulos susciepiebat , antequã doceret iuramentũ ab eis extorquebat inter cetera,vt silentium , sermonem,incessum mansuetudinem habituum morumque , seruarent.

Tertio anno quo papinianista.vocabitur,audacter.incipiat disputationis genus ad vtilitatem frequẽter non ad põpã.Disputationis.n.multiplex & mira est vtilitas,vt luculentissime ostendit eloquentissimus vir Leo.Ar.in opusculo quod edidit de vtilitate disputationis.

Quarto anno quo grẽco vocabulo ab antiquitate vocabatur hircos in proe.ff.§. sed quia solitũ. quod gl.ibi exponit quasi subtiliter videns quod opinor dictũ,quia hircus est oculorum angulus , secundum Seruium grammaticum.hinc apud Virgilium.Transuersa tuentibus hircis.i.oculis in hircos,hoc est mangulos retortis. Vnde scholaris qui studuit tribus annis,& inchoauit studere quarto , fortasse ideo hircus dicitur,quia sit conueniẽs vt oculos habeat fixos & speculationi diu intentos, & eundem in locum directos,hoc enim facere solem cogitabundi , vt supra in domo recolende memorie domini Angelido.pig.gl.de perusio.de quo supra vel ideo hircus.quia sanguis hirci frangit adamantem lapidem , durissimum , sic scholaris qui iam tres annos studuit , omnẽ duram & per difficilem materiam iam tractare potest.Est enim tempus speculandi & pensitandi . Sic igitur in continuatione & collu-ctatione legali vt cum opus fuerit in corona denique hominum acri magnoque iudicio ab origine causisque primis repetat , discernat, expendat,ponderet, colligat,concludat.& omnem hesitationem dubitationemque redundantem resoluat,& in audientiũ animis oculeum relinquat.quo fiet vt in disputando per vsum qui est magister egregius fiat in comprehensibilis & lubricus , & ianuam fame patefaciat per illas actiones. Radices discipline sunt amare. fructus dulces , secundum philosophum. Patienter igitur seriat oẽm laborẽ,quia labor improb.oĩa vincit.

Quinto anno celorite vocantur , vt in dicto proemio digestorum de his nominibus habere Iac. enim sciunt colorare verba cognitis legitimis arcanis eis reseratis , sciũt vti legum inductionibus congruẽter,quod est potissimum,vt l.non solũ.§.qui pilum.de excusa. tuto. ibi recte adaptans omnibus similibus,& iste inducendi modus imitatione amarum potissime habetur,& disputationis vsu coalescit. Audi Leonardum in præalle.opusculo de vtilitate disputationis, dum dicit.Nam quid est, per deos immortales, quod ad res subtiles cognoscendas atque discutiendas plus valere possit quàm disputatio?vbi rẽ in medio positam velut oculi plures vndique speculentur,

vt

vt in ea nihil sit quod subterfugere nihil quod latere, nihil quod valeat omnium frustrari intuitu. Quid est quod animum sessum atque labefactatum ex nimia longitudine otij assiduitate lectionis plerunq; fastidiente magis reperet atque redintegret quam sermones in corona cetuque agitati. Vel gloria si alios superaueris, vel pudore si superatus fueris, ad legendum atq; perdiscendum vehementer incenderis. Quid est quod ingeniū magis acuat, quod illud callidius versutiusq; reddat quam disputatio. cum ibi necesse sit ut momento temporis ad rem se applicet, viq; verborum se reflectat, colligat concludat, vt faciliter intelligi possit hac exercitatiōe exercitatum, ad cetera discernenda fieri velociorem. paulo infra subdit. Itaque ego qui veste vtilitatis sum auidus. quiq; vos quam maxime florentes in studiis vestris videre cupiā, non iniuria uobis irascor, si quidem hunc disputandi vsum ex quo tot emanant vtilitates negligitis. Et enim absurdum est, intra parietes atq; in solitudine secum loqui, multaq; agitaret si in oculis hominum atq; in cetu veluti nihil sapias obmutescis. Et que vnam aliquam vtilitatem in se habeant ea magno labore prosequi, disputationem vero ex qua per multe vtilitates proficiscuntur summa cum iocunditate, nolle attingere. Nam velut is agricola improbandus est qui cum licere ei fundum vniuersum excolere seltus quosdā steriles erat partem vero quāpiam eius fundi pinguissimam atque vberrimam relinquit incultam, sic reprehendendus est is qui cum omnia, studiorum numera adimplere posit, cetera quanuis leuiora accuratissime obiit, disputandi vero exercitationem. aspernatur & negligit, ex qua tot fructus colliguntur vberrimi, vt per cum vbi latius. Et hoc est quod dicere volui iurisco. in l. numerum. §. mixta. ff. de mu. & ho. ibi Herennius modestinus ex notando & disputando bene & optima ratione decreuit.

Nonum documentum principale.

TIBI consulo vt si disputaturus in corona fueris nunquam temerarie illud onus suscipiat respondendi de singulis. de quibus fueris interrogatus. Licet enim Valerius lib. 8. c. antepenul. commedet Gorgiam Leontinum studiis literarum etatis sue cunctos præstantem, eo quòd primus in conuentu ausu sit poscere qua de re quisquam audire vellet. & ideo ei (vt idem dicit) vniuersa græcia in templo delphici Apollinis solido ex auro statuam posuit, cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset, beatus tamē Hieronymus in opusculo cōtra Ioannem episcopum Hierosolymitanū, Origenis. s. assertorē sic inquit Gorgiam Leontinum cuncti philosophi & oratores laterent, quòd ausus sit publice sella posita polliceri responsurum se de qua quisque re interrogare voluisset. Sed de nouissimis agamus. Tempore quo illustris do. Bal. de perusio legebat papie. quidā do. Philippus de regio qui fuerat doctor omniū fere illorum doctorum Parisiensium, & apud eos erat maxime autoritatis cum multis annis postea legisset Padue rediens Papiam, in principio sui aduētus publice pollicitos est se velle respondere de quolibet in materia vltimorū voluntarium. Dominus Bal. ibi præ-

sens interrogauit eum dicēs. Vbi habemus nos substitutio vulgaris facta in legato non comprehēdat nisi casum si voluerit & facta in hereditate comprehendit casum si noluerit vel n ōpotuerit vti. l. cū proponas. C. de here. inst. Breuiter ille dominus Philippus obmutuit. & Bal. tunc aperuit librū, & legit tex. legis, pater seuerinā. ff. de condi. & demon. vbi erat casus secundum vnam lect. vnde illi cathedranti resultauit magna cōfusio. Hoc refert dominus Paulus de castro. in dicta l. pater seuerinam, dicens. Caueat a talibus actibus præsumptuosis, quia solus Deus nouit omnia.

Decimum documentum Principale.

CONSVLTO scholari quod in disputando solis textuum allegationibus inherat, non vt quidam inesperti faciunt, aut qui arguendo glo. allegant & doctores absque iurium allegatione, illo enim nihil apud doctos ineptius. contra istos exclamat. glos. in l. j. sed licet. ff. de offic. præsidis si volueris apte arguere in forma legistis, congruente vtaris argumentandi modis quos edidit subtilis doct. Iacob. de butr. vel illis quos edidit Albericus de Rosate vel illis quos Bal. inseruit in l. conuenticulam. C. de episco. & cler. Si vero fueris responsalis, tunc vt facile delines omnia argumenta tibi facta videas Odofredum in proemio fforum. in princi. & ibi Bal. qui mira quadam dexteritate instruit omnem argumentandi vim altero de tribus modis posse repelli & declinari, scilicet per aliter & aliter, per aliud, & aliud & per secundum quid non simpliciter quod qualiter intelligatur & practice adaptandum sit bellissime explicat ibi Bald. quem omnino videas. Hæc si seruaueris optima quoque iudiciorum tam athleta quam gubernator euades in omni loco q; felix, vt dicit tex. in d. proe. florū. §. discipuli. faciliusque continget. si patriam propriam fueris egressus gratia studiorum, nam in propria patria multa diuertunt, vt dicit dominus Simon de Bulsiano Cardina. Mediol. in proem. clemen. & si egregi decreueris, & eligas locum vbi sint celebris doctores, & vbi sit numerosa multitudo scholarium, prout erat bononie tempore domini Azo. quo tempore ibi erant decem millia scholarium, vt Azonis refert Odof. in authen. Habita. C. ne filius pro parte. refert quòd semel propter multitudinem magnam orta contentione inter scholares Lombardos & thuscos ciuitas fuit in magno pericolo, nemo enim poterat coercere illos, & vt facilius coerceri possem in futurum de concordia. tunc renunciarunt priuilegio iudicum, de quibus est dicta authentica, & in criminalibus se submiserunt iurisditione potestatis.

Facio igitur finem, Quo premisso, licet prædicta parua sint & talia quæ auribus & ingeniis vestris cultissimis tanquam puerilia (non dubio) & diminuta videbuntur, aut fortasse non carentia rubore, & cū & ego ipse alterius consilio in prædictis & aliis indubitanter indigeam, sed tamen sincere loquutus sum quasi mecum loquens. vos diligentiam vestram omnem sinceritatem & ineptitudinem emendabitis & melius reformabitis potissime cum omnia prædicata absq; diligenti præmeditatione ediderim.

Compilatio

Compilatio iuris ciuilis.

VERVM quia supra in. 3. consilio dato dictum fuit quod discipuli dicunt amare præceptores vt habetur etiam apud Quintil. li. 2. institutionis oratorie vbi dicit. discipulos moneo vt præceptores suos non minus quam ipsa studia ament, eosq; parentes existiment non quidem corporum sed mentium plurimum hæc pietas discipulis, proderit, nam ita & libēter audien. & dictis credēt & similes fieri concupiscent. sicut leti & alacres in conuentu aliorum emendati. non irascantur laudati gaudēti. nam vt illorum officium est docere, si horum præbere se dociles. Doctrina enim coalleſcere nequit nisi sociata tradentis atque accipientis concordia.

Cum sim vtilitatis vestre auidus, & optem ꝙ per vos facta sint bona fundamenta, & ab origine causisq; primis intelligatis vt dicitur in l. j. ff. de iust. & iu. visum est insignum mei in vos animi aliqua præmittere acuentia ingeniū, que nō reperieris alibi tradita. & paucis sunt nota, & quæ ignorare est lata culpa, scire plurimum affert becoris, ne illotis manibus templum sacratisimum iustitie opus C. & ff. ingrediamini, vt in l. j. ff. de orig. iur. iūcta l. j. §. has itaque. C. de ve. iur. enucl. Videamus ergo quæ sit causa efficiens, materialis, & fin alis libri. C. & ff. in hac scientia legali.

Quidam (vt Azo) dixere ꝙ causa efficiens libri. C. eum Iustinianus Imperator. Alij dixerunt ꝙ fuit ipse deus, cuius minister fuit Iustinianus, & hoc not. in authen. debere. & fa. in rubri. hoc probari videtur ex eo, quia lex est inuentio & domum dei. l. 2. ff. de legib. Item leges fuere per ora principum diuinitus promulgate. vt l. 2. C. ve ve. iu. enucl. & l. fi. C. de pre. lon. tempor. & hoc tenebat antiquus docto. Iac. de ranignei. Lotoringus glossator vester Accur. breuiter. se expediuit, dicēs vna cum Azone ꝙ causa efficiens fuit Imperator. Iustinianus vt no. In rub. ff. de iureiur. Tertij quidam nituntur cōciliare, dicentes quòd causa efficiens potest considerari tripliciter. s. prima, remota, magis, remota. Causa efficiens proxima primivoluminis. C. Iustiniani fuerūt illi decem illustres compilatores qui numerantur in prima & secū da constitutione Codicis. s. Ioannes, Leontius. Phocas, Basilides, Thomas, Tribunianus. Constantinus. Theophilos, Dioscorus, & presentinus. Isti commissione domini Iustiniani cōpilauerunt primum. C. Iustinianum, commissio eis data patet in prima constitutione. C. Confirmatio vero dicti. C. ad illis cōpilati patet in secunda constitutione illius voluminis.

Causa vero efficiens proxima. C. emēdati. i. codicis repelite prę-electionis quem hodie habemus, fuerunt quinque illustres viri ab eodem Iustiniano electi scilicet Tribunianus, Dorotheus, Mema, Constantinus, & Ioannes, vi patet in constitutione quæ incipit cordi. C. de emen. iust. codic.

Causa efficiens remota fuit Iustinianus Imperator, cuius autoritate cempilatio facta fuit, & qui post compilationem confirmauit. vt patet in dicta. j. constit. & 2. & 3. & in l. 2. omnia enim. C. de vet. iur. enucl. Iste Iustinianus Imperator fuit. 14. in Oriente.

Cucurreret ab vrbe condita vsque ad tempora sui imperij, secū-

dum

dum computationem quem puto veriorem mille & quadrigenti pene anni, vt exprimitur in l.j. §. cũ quæ hæc materia. & 2. in prin. ver. erat enim mirabile. C. de vete. iu. enuc. Ab vrbe vero condita vsq; ad aduentum Christi currerunt anni septingenti quinquaginta vt patet in chronicis quas veriores puto. Ab aduentu vero Christi vsque ad tempora Imperij Iustiniani predicti cucurrerunt annos sexcẽti quadraginta septem vel circa assumpsit Imperium præfatus Iustini. die. j. Aprilis anno domini nostri Iesu Christi. 607. indist. 5. vt probatur in auth. vt preponatur nomen Imperatoris. §. si qua vero. & ibi notatur iuncta data de qua in. 2. 3. constitutione. C. & l. 2. de vete. iur. enuc. si recte inspiciãtur. Imperaui autem annis. 39. fuit, iste Iustinianus positus in cathalogo sanctorum, vt refert Bar. in j. rubr. C. & in proemio. ff. vete. super prima rubr. Cæterũ insignis docto. dominus Ioan. Fabri aquitanicus super rubr. proemij institutio. dicit se vidisse nomen Iusti. scriptum in cathalogo sanctorum calendis augu. Gennadinus etiam qui prosequutus fuit libellum Hieronymus de viris illustribus ecclesiasticis ponitnr Iustinianus inter illos. Quod ad sacras. ll. attinet, notandum quòd Insti. Imperator in primordio sui imperij cõmisit prefatis. 10. illustribus viris, vt visis antiquos codicibus Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano, multis constitutionibus extrauagantibus a Theodosio Imperatore & succesoribus factis nouũ codicem Iustiniauum ederent. & hoc patet in prima consti. C. sed rubr. de nouo co. facien. & colligitur ex constitutione 3. quę incipit cordi ibi, primordio nostro. Supradicti. 10. illustres compilatores. Codic. Instit. ediderunt illum anno. 3. Imperij domini Iustinia. tempore consulatus Decij, anno domini nostri Iesu Christi 649. indistinctione. 7. Et eodem anno. 5. idus Aprilis, id est nona die Aprilis dominus Iustini. illum codicem confirmauit, vt probatur in titu. C. de iust. codi. confir. in fi. constitutionis ibi posito, iunctis his quæ præmissa sunt.

Post hæc Iustinianus imperator vertens animum ad enucleanda infinita & immensa prudentia veteris volumina, commisit sex illustribus viris, videlicet Tribuniano, Constantino, Theophilo, Dorotheo Anatolio & Cratino, vt vna cum aliis. 11. doctissimis viris excellentissimis causarum patronis apud partes Orientales videlicet Stephano, Menna, Prodocio, Entalino, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Constantino, & Ioanne legerent immensa prudentie veteris volumina, & sub compendio redigerent in vnum codicem distinguẽdum in quinquaginta libros, communem Romanam sanctionẽ continentes quæ ab vrbe condita & ab romuleis descendit temporibus, iam confusam per tanti tẽporis lapsum & tot ventorũ dispersa volumina vno codice indita ostẽderent, fuitq; his data a Iustiano ampliſſima autoritas corrigendi ac diminuendi. vt probatur in l. j. C. de iu. an. Tandem iste rribunianus magister huius operis legitimi, vna cum aliis. 16. prænominatis compilarunt enuclearunt ex immensis patrũ voluminib. paudectas & digesta, videlicet. 50. libros fforum, quos hennus, quod opus

velu

velut sacratissimum templum cõsecratum dominus Iusti. approbauit & confirmauit anno.8.sui imperij.&.3. consulatus sui anno domini .654. indictione. 12.tertio calend.Ianuarij,id est penult. die Decembris, vt ipse Iustinianus attestatur in l.per C. de vete. iur.enuc.col.vlt.§.leges autem.

Hic notandum quòd ideo semper tribunianus præfuit vt magister legitimo operi prędicto.tum quia ultra legum peritiam,experientia rerum decoratus erat, tum quia antique sapientie librorum copiã ipse maxime prebuit, in quibus multi fuerunt etiam ipsis eruditissimis hominibus incogniti. ut dicit tex.in d.§.3.presenti autem.

Estq; hic singulariter aduertendum ad unum ꝙ dicta antiquitas commentatorũ iuris nostri ignorauit ꝙ continebant dicta ueterum immensa uolumina pene tricies centena milia uersuũ.& duo milia librorum.ut d.l.2.& in proe.instit. & ff.ueteris.Digesta noua qua hodie habemus iurie enucleati,continent.pene. 150. milia versuũ.& l. libros.ut d. l. 2. & in aliis locis præal. Vellent scire quidã hoc dictũ. Accursus glossator qui omne uerbum fforum glossauit illud exponit uersuum. i.legum seu paragraphorũ aut rñsorum, quasi senserit quod hodie digesta que habemus cõtineant.160. milia legũ uel paragraphorum uel rñsorum.

Aduerte quia Accur.noster qui affirmauit se succurrisse tenebris iuris ciuilis, ut dicit in l.facta. ff. ad trebel. in hoc paxu adduxit tenebras hoc tibi demonstrabo ad oculum, uolui alias numerare omnes leges fforum quæ habemus uidelicet.ff.ueteris, infortiati. & ff.noui. Comperique in ff. ueteri sunt duo millia noningente decem & octo.In infortiato sunt duo milia ducente triginta quatuor. In ff. nouo duo millia noningente octoginta tres. Et in summa leges digestorum.uidelicet omniũ quinquaginta librorum sunt.8. 1125. Vnde patet manifestissime, quòd Accur.noster in hoc dormitauit, puto non aduertens, & incaute glossam super hoc faciens.

Cogitabã alias ꝙ exponi debuisset versuum.i.linearum feci periculũ & numerum literarũ ff.veteris in fortiati.& ff.noui reperi hoc esse verisimum. nam ꝑm comptum meorum textuum reperi.ff. vetus constare ex quinquaginta milibus versuum id est linearum.infortiatum cõstare ex 39.milib9 & quingentis viginti lineis ff. vero nouum ex.44.milibus linearum.Vnde ipsum omnes quinquaginta digestorum lib. constan. secundum volumina mea ex.139. milib.versuũ.i.linearũ & quingẽtis viginti.

Opinor ꝙ si quis computaret numerum linearum pandectarum quæ sunt florentie quod facile fieri ꝑ numerationem quinternorũ & numerum chartarum, & per lineas vnius lateris inueniret illas cõstaret ex. cl. pene milib. versuũ.i.linearum ad hoc neminẽ reperi ante hac aduertisse. Sed accuratius inuestigando quęro a te quid vult dicere re.dũ dicit quod olim erãt tricies centana milia versuum,hodie uero centum quinquaginta? Diceres fortasse quòd olim erant tercentena.i. trecẽta milia versuũ hodie vẽro.cl.Cogita qd dicas,nã cũ olim esset duo milia librorũ,hodie vero 50.libri. & sic fit quadragesima pars respectiue ad cõputũ librorũ ergo respectiue ad numerum versuum erit dimidia pars, &

ideo

ideo expone tricies.i.trigenties si cut vicies.i.uiginties. nam sciēdū ꝙ omnia quæ sunt supra cum centum syncopantur,vt terceni.i. ter centum ducenti.i.ducenti. quadrigeni. i.quadringenti intra centū vero non syncopantur vt quinquies,septies,decies,centies,ducēties,trecenties,millies,decies millies,uicies millies,& ita deinceps. Cæterum ita reperi expositā illa verba tricies & vicies a Prisciano in opusculo de numeris.Similiter exponit eloquentissimus vir Laurentius Valē. Romanus in li.3.de eleg.lingue latine,sub rub.de numeris.Olim ergo erant tricies cētena milia versuum, hodie centū quinquaginta milia,& consequenter ex 20.partibus vna est compēdium.digesto.quæ habemus quo ad linearum numerum quod singulariter notabis,quia non reperi hoc expositum ab aliquo iurista de quo plurimum minor.

His incideuter intermixtis quæ non sunt extra rem sed ex re,vt not.in l.j.super verbo bene.ff. si cer.pet. Respondeo ad rem, & dico ꝙ Iustinianus cum edidisset codicem Iustinianum & deinde digesta, vt prædixi,componi fecit institutiones quas habemus a tribuniano, Theophilo,& dorotheo , ex institutionibus veterum & commisit inseri in illo libro institutionum ea quę per cōstitutiones Iustiniani emēdata esset,& ita factum est, Fuit autem consumata dicta ordinatio Romani iuris tribus annis. vt d.l.2.oīa igit̄.Post hæc ad vnū aduertens Iustinianū ꝙ an.3.sui imperij ediderat codicē , & demū digesta & institutiones ann.8. sui imperij.vt prædictū est,eundē codicē quē fecerat primo cōponi a decem illustribus viris prænominatis,fecit relegi,& iterum edidit propter aliquas constitutiones de nouo factas super quinquaginta decisiones quas iussit inserti . Et hanc secunda editionē C. quæ dicitur repetita prælectio , commisit quinq; illustribus viris , videlicet Tribuniano , Dorotheo. Minne, Constantino , & Ioanni , & facta fuit dicta secunda editio.i.codex emendatus domini Iustinia.repetite prædictionis quem habemus. item confirmatus a Iust. prædicto imperij sui anno 10. & tempore sui quarti consulatus,& euam pauli,anno domini.656. indictione 14.4.Cal.Ianuarii id est 28.die decembris vt probatur C. de emendando Iustinia.cod.in constitutione cordi.iunctis præmissis . Et hūc C.iussit appellari C.domini Iustiniani . repetite prælectione vt in dicta constitutione cordi . Et ita dicta est prima rubrica.C.Ideo autem dicitur codex repetite prælectionis , nam apud veteres quando post primam editionem fiebat secunda editio , appellabatur a veteribus repetita prælectio , vt colligitur ex libris Vlpiani ad sabinum , & exprimitur in dicta constitutione cord.ver.in antiquis etenim . Et ideo dicitur repetite prælectionis.i.secunde editionis , quia præcedens lectio,id est prima editio fuit repetita . Protestatus etiam fuit Iustinianus quòd si post ea nouas constitutiones ipsum facere contigeret, illas congregabit in libros qui appellabitur liber nouellarum constitutionum , vt patet in eadem cōstitutione ver.hoc etenim.Suadente postea varia rerum natura Iustinianus multas cō stitutiones nouas fecit , numero centūvel circa,quas hodie insertas habemus in li.auth. q̄ facte fuerūt

ab

ab eo(vt opinor)anno 11. fui imperii anno domini ccccccclvii.ind. 15. vt colligitur ex tex. in authē. vt præpo.nomen impera.§.ſi quæ vero iunctis aliis præmiſſis. Hoc notandum quod ex eo quod imperator (vt paulo ante dicebatur) dixerat quod appellaret librum nouellarum conſtitu.ſ.quem poſtea ederet ꝙ Irnerius dicebat librum auten.quem habemus non fuiſſe iuſti. quia non appellatur nouellarum, ſed auten.adducebat Irnerius rationes quas ponit gl. in d.conſt.cordi ſuper verbo congregationes & idē dicebat Placentinus,vt refert Bal in.l.humanum c.de leg.Io. vero antiquus gloſſ. dicebat contrariū per tex.in d.cōſtitutione cord.ſ.ꝙ liber autenticorū fuit Iuſtiniani,& cū hoc trāſire videtur gl.ibi.& in d.l.humanum.C.de legi.& Bal. in.d.l. cor. & Cyn.& Bal.in d.l.humanum.Et ita tenendo proculdubio patet ex ſupra ſcriptionibus cuiuſque tituli,& ex data in multis titulis,& nomina ipſum in titu.vt prępona tur nomen imperatoris,& in ti.vt iudices ſine quoquo ſuffragio,& ī ti.iuſiuran. ꝙ præſtatur ab his & miror ꝙ de hoc aliquis vnq̄ dubitauerit.Ratio tñ dubitandi potuit oriri ex eo qa fertur reperiri quē dā librū quia dicitur liber nouellarū,quem dicunt continere eaſdē cōſtitutiones quas continet li.auten.licet in aliquibus ſit varians de quo li.nouellarum mentionem facit gl.in auten.hoc amplius C. de fideic.& doc.in auten. res quæ C.cōmunia de leg.vnde egregius commenta. Albericus de roſate bergomenſis quē refert dominus Raph.ful.in autē.hoc amplius C. de fideicomm.dicit quod liber auten. quem habemus exceptus ſit ex libro nouellarū, vt compendioſior fieret.Vnde dicit ꝙ liber nouellarum erat multū prolixus. dicit dominus Rapha. ſe nunquam vidiſſe dictum librum nouellarū, dominus Pau.de Ca. in dicta auten.hoc amplius,dicit ꝙ liber nouellarum fuit extractus de l i.auct. per breuiora verba & magis apta. Item dominus Pa.in d. auten. res q̄ dicit non eſſe ſtandū illi textuit nouellarum qñ textui auten.contradicit, quia de ſide illius operis dubitatur.Bal. ēt in d. auten. hoc amplius dicit ꝙ pręualet ti.auten. & ꝙ ille liber nouellarum non legitur in ſcholis. Sed ibi reliquit nos in certos,qs liber corrigat aliū vel liber nouel. vel liber autē. Ego ſemper credidi & ſemper credā(donec conſtet de cōtrario) ꝙ liber nouel.tanq̄ de cuius fide dubitatur,& qui per ſtudia vniuerſalia non verſatur,ſit reſpuendus. & ꝙ li.auten.ſit liber conſtitutionū a Iuſtin.editus, & ideo illum gloſſauit Accur.& etiā ſuper illo fecit ſummam Ioa.baſianus cremonē. & Azo. & illū ſtudia receperunt, & pleriq; illuſtres commētatores cōmentauerunt.vt la.de beluiſio. Bar.& Ang. nec obſtat l. humanū C.de le. nā illa l. fuit imperatoris Valentini,non Iuſtiniani vt patet ex ſupra ſcriptione,ideo gloſ. ibi ſomniauit. Nec cura indum de varietate ſtili,ꝙ non ipſe,ſed illi quibus committebat componebant, qui erant alij ab ipſis præmiſſis compoſitoribus codicis.Adde prædictis ꝙ egregius Doct.Odof. in auten. caſſā. C.de ſacr.ecc. ſic ait. Vnum ſciatis ꝙ autenticum quod fuit compoſitum a Iuſtiniano,habet nouē collationes.Poſtea quādo venit Federicus minor, miſit has conſtitutiones ad ciuitatem iſtam

istã.s.Bon.vt doc.legum adaptarét eas singulis legibus sub congruentib.ti.Doc.cõuenerunt in S. Petro & aptauerunt. Post ea quid fecerunt? dominus Vgo.posit nonã collationem posuit librum feudorum & omnes const. Federici antiqui & minoris,& aliquas leges Corradi imperatoris,& vocatur decima collatio,sed pauci sunt qui habeãt ita ordinatum in libris suis. Odo. hæc refert,& eum sequitur Bal. in præludiis feud. in versi. porro aduertant ignorantes.& moderant sibi labia reprehensores veritatis, quia ego vidi Odo.ita dicentẽ. Aduertat etiam nouitius quod ante autenticas quem sunt inserte C.solet esse scriptum constitut. notat. ideſt constitutio noua. Patet ergo ex prædictis quo tempore fuerit factus li.auten.& qualiter fuerit factus a Iustiniano.Item auten.quæ sunt in C.fuerunt inserte de mãdato Federici secũdi qui regnabat anno dñi.1215.tpe Honorij tertii itẽ & tpe Gregorij noni,qui Grego.9.decessit an.dñi.1212.de mense Iulij.& deinde regnauit ipse Inno.4.qui fuit assumptus ann.domini.1244.die.j.mensis Iulij, & attestatur Rofre.in libellis iuris cano. in ti.ne sede vac.& Io. an.eo.ti. in addi.Iste Inn.4. Federi. ecclesiam persequentẽ deposuit, & imperiali dignitate priuauit ann.d. 1244.in concilio Lugdonensi,de qua dispositione habetur in c.ad apostolice. de re iud.lib.6.

Est etiam notandum quod cum multa bella fuissent inter imperium & quasdam ciuitates Lombardie tpe Henrici 6.& deinde Federi.secũdi minoris. Iste Federicus secundus fecit pacẽ cum dictis Lõbardis in ciuitate Constantie,quæ pacis capitula habentur pro lege & allegãtus a docto.in.l.imperium.ff.de iure.om.iudi.& alibi Bal. super dicta pace in versi.volumus dicit ipsam per lege allegari & cõsueuit allegari hoc modo,vt in extrauaganti de pace constantie. quam glossauit & commentauit de Odo. deinde Bal. etiam solenniter commentauit reperto in archiuo Bononiensi apparere dictam pacem registratam & dicitur concluſam. anno do. 1274. in di.j.ann.d.22.seu imperii, regni vero ann. 32. 7.cal.Iulij.Hæc ideo feci te scribere,quia Bal.in fi.dicti commenti dicit istam pacem fuisse factam post depositionem Federici,& tamen concludit pro.l.debere seruari,vt ibi vidẽdum.Ista pax deberet esse situata in fin. lib. seu post alias constitutiones eiusdem Federici secundi in illo li.insertas.

Vidisti quod li.auten.est diuisus magistraliter in 9.collationes, & postea superuenit lib. feud. quem decimam collationem vocamus vt supra dicebat Odofre.& Bar.ponit Bar.super ru.extrauagantis ad reprimendum Deinde facte fuerunt constitutiones ad reprimendum, & constitutiones,quoniam nuper ab imperatore Henrico.7.ann.do. 1308.quas Bar. super ru. appellat vndecimam col. & glossauit illas tempore Caroli. 4. seu Ludouici cum fuisset donatus pluribus insignibus & priuilegiis a præfato Henrico,& dicta Bar. super dictis extrauagantibus puto maioris auctoritatis aliquibus aliis dictis eiusdem alibi ? quia magi digeste edidit tanquam glos.

Sed dicit aliquis,quomodo tibi constat de tempore approbationis C. digestorũ institutionum & cõpilanis autenticorum,& aliorum prædictorum , quo anno domini,quo anno imperii dom. Iustiniani hæc

acta sunt.quo consulatu, & quia in dictione?Respondeo q̃ hæc collegi ex numeratione annorum ab vrbe condita ad tempora imperii Iustiniani.Item ab vrbe condita ad aduentum Christi.Item ab aduentu Christi ad tempora Iustiniani. Item ex data quæ ponitur in secũda constitutione,& in tertia constitutione voluminisC.& in l.2.C.de ve.iur.enucl.& ex tempore aperte posito in authe.vt præponatur . & ex computatione chronicarũ . Ité dicet aliquis.Tu notas tempora cõsulatus domini Iustiniani imperatoris.Si imperator quomodo consul.Si consul quomodo imperator? Respõdeo quod imperator aliquã do assumebat sibi consulatũ vt quidam extraneus,& hoc erat quãdo sibi placebat,vt est textus in autẽ. de consulibus.§.fi.ibi, aduenit aũt cũ ipse annuerit.& not.gl.in proemio .ff.in fin.glo.Iterum dicet aliquis , tu dicis quod Romana sanctio fuit triennio consumata, vt dicto.§.omni.imo videtur q̃ quinq; anni sunt lapsi,nam codex primus fuit factus tertio anno imperij. domini Iustiniani.liber vero.fforum anno 8.vt supra est dictum . Glos. aduertens ad hęc in secũda constitutione.C.§.fi. super verbo optime dicit qd̃ aliq̃ opinãtur q̃ duo anni fuerunt interpositi post compositionem primi codicis ante inchoationẽ .fforũ. Alii vero opinantur quod immediate post compositionem C.fuerit inchoata cõpositione .fforũ est cum triennio cõsummata esset,biennio fuit super festum antequã publicaretur. Huius rei non habetur certitudo.Credo ergo quod volumnis cã magis remota fuit ipse deus a quo lex & omnis scientia vt supra dicebatur.

Sequeretur videre quæ fuerit causa materialis legalis sapientie. Azon. super hoc in summa C.in princip. multa verba dicit actiter obscure loquens,ad cuius dicta in hoc omnes refugiunt , verum quia aliqui mordent dicta Azonis si uoluetitis ista,videre videte per Bar.in proemio .ff.præsertim in lecturis antiquis,quę dicuntur lecture Paduane.Videte etiam Baldum ibidem , & in l.j.ff.de inst.& iur. & per Io. fab.in proemio tinstitutionum .

Tertio videndum esset quæ sit causa formalis librorum iuris ciuilis Doctores consueuerunt dicere qd̃ duplex est causa formalis . nam ex parte tractatus est diuisio operis in libros librorum in titul.titulorum in lib.legum. in. §. §. §. orum in versiculo opus enim constitutionum imperialium, de quibus supra dictum est in duodecim libros digestum est, & conclusum , vt dicit textus in l.2.in 2. colum.versic.omnia C.de ve. iur. enu. Horum duodecim librorum nouem sunt inserti volumine codicis quem habemus tres vero reliqui sunt inserti in libro qui appellatur volumen.

Constat autem totum ius constitutionum & decisionnm imperialium esse distinctum in dictos duo decim libr. in rubr. ccxlviij. leges quatuormillia quingentas sexaginta duas , Codex vero quem habemus , habet rubr. cccxxxij . leges vero tria millia & sexcentas . viij . Illi vero tres libri codicis de quibus in volumine habent ccxxvij . rubr. leges vero nongentas. 54.ff. vetus habet rubri. 152. leges vero duo millia nongentas xxviij. Infortiatum habet ru. ca. j. leges vero duo milia ducentas trigintaquatuor . Digestũ nouum habet ru. 172.leges vero duo

ro duo milia nongentas octoginta tres. Summa ro. ff. 484. leges. ff. octo milia centumtriginta quinq; rub. inst. 99. non computato proemio. rub. autem. 99. rubr. feudorum quæ habentur 132.

Summa legum. ff. octo milia centum quinquaginta quinque, legum vero C. 12. librorum quatuormilia quingentas sexagintaduas.

Summa omnium legum. ff. & C. & voluminis ponendo quemlibet titulum institutionem & autenti. pro Ana lego. 13. milia. 27. & istud est mare per quod nauigas.

Causa formalis ex parte tractandi idem est quod modus agendi qui multiplex est diuisionis, ordinis & exemplorum positionis, & regularum traditionis, vt per Azo. loco præalleg.

Quarto loco esset videndum quæ sit causa finalis, & super hoc dicas, vt per Azonem loco præall. & docto in dicto proemio. ff. veteris.

Quinto loco essent videndum cui parti philosophie supponatur iuris scientia, & dicendum est quã ethice, idem morali philosophie. Tractat enim de moribus, vt dicit textus in. l. j. ff. de iusti. & iure.

Reliqua considerate per vos. & studio inuigileris, vt tandem consequamini quod communiter optamus, quod vobis concedat altissimus Deus. Amen.

FINIS.

31-6

248 carte
colla 2
Compl